1st Edition

M.14

CAMDENI

ET

ILLUSTRIUM VIRORUM

EPISTOLÆ.



GULIELMUS CAMDENUS CLARENTIUS

ÆTATIS LVIII. M.DC.IX.

V. CL.

GULIELMI CAMDENI,

ET

ILLUSTRIUM VIRORUM

AD G. CAMDENUM

EPISTOLÆ.

CUM

APPENDICE VARII ARGUMENTI.

Accesserunt

Annalium Regni Regis JACOBI I. Apparatus,

ET

Commentarius de Antiquitate, Dignitate, & Officio COMITIS MARESCALLI ANGLIÆ.

Præmittitur

G. CAMDENI VITA.

Scriptore THOMA SMITHO *S. T. D.*

Ecclesiæ Anglicanæ Presbytero.

LONDINI,

Impensis RICHARDI CHISWELLI ad Insigne Rosæ Coronatæ in Cœmeterio D. Pauli. MDCXCI.

NOBILISSIMO VIRO,

D. Joanni Cottono *Baronetto.*



UT hæc Epiſtolarum ſylloge, Vir Nobiliſſime, præclariſſimi tui nominis titulo & elogio inſcribatur, ſi nullæ privatæ amicitiæ rationes hoc quicquid eſt obſervantiæ popoſciſſent, id à me jus faſque longè potentiori & planè ineluctabili argumento exigere videntur. Quid enim æquius honeſtiuſve à quoquam, cui probitatis ac recti amor & ſtudium cordi ſunt, præſtari aut poteſt aut debet, quàm ut Tibi, quod *tuum* eſt, reddatur? Illud autem merito jure *tuum* appellabo, quod ex Bibliothecâ tuâ erutum, jam tuo potiſſimum

hortatu & consilio, quo me, ut id facerem, satis ex studio utilitatis publicæ volentem pronumque animasti, in publicam lucem emergit. Apud magnum Avum tuum, cui ex editis immortalis ingenii monumentis, è rerum nostrarum maximi momenti, in quibus Angliæ salus & honos versantur, usu & exquisitissimâ cognitione, éque tot veteris ævi Instrumentis & Diplomatibus, Regum nostrorum & sacri Consistorii consultationibus & Literis authenticis, Monasteriorum Origines & Historiam continentibus Chartis, vitarum Collectaneis, Commentariis publicis, rarissimisque rei tum Antiquariæ tum Historicæ, præsertim Britannicæ, ceimeliis, maximis impensis & auspicatissimâ curâ ac industriâ congestis, non minor surgit & in omne ævum surrectura est gloria, quam ex illustrissimorum Majorum longo stemmate & regali Roberti Brusei Regis Scotorum prosapiâ, magnum quoque suæ Patriæ lumen & decus,

Gu-

Gulielmus Camdenus, ſuaviſſimæ neceſſitudinis & amicitiæ tantâ cum fide & religione per triginta annos alterutrinque cultæ, itinerumque ſtudio Antiquitatis indagandæ ſimul initorum memor, ad iſthæc ſacra ſcrinia toties admiſſus, ædibus veſtris toties exceptus, chartas, numiſmata, codiceſque tum manu exaratos, tum typis evulgatos, in eodem auguſto Armario, ex teſtamento, jam æternitati maturus & Indigetibus cœli annumerandus, deponere geſtiebat, ut huic incomparabili theſauro quippiam pretii ex tam magnifico Auctario accederet; ſatis ſecurus, hoc quantum eſt apparatûs librarii nuſpiam aut tutius aut ſanctius aut honorificentius in publicos virorum eruditorum, qui in hiſce præclaris & laudatiſſimis ſtudiis diligentem operam eſſent impenſuri, uſus potuiſſe reſervari.

Tu verò, Vir Nobiliſſime, qui pro antiquitatis amore, & bonarum literarum, quo totus accenderis, patrocinio, quæ

ſunt

ſunt gentilitiæ familiæ Cottonianæ laudes, Avi & Parentis tui exempla pari animi ardore æmulatus, avitæ virtutis pariter ac ampliſſimi patrimonii hæres ex aſſe meritò ab omnibus, qui te nôrunt, (quotusquiſque verò eſt per totam Angliam, qui nomen ſuum inter harum rerum ſtudioſos profitetur, qui Te non norit?) cenſearis, non aliorum ritu, qui gemmas, aut nunquam aut non ſine difficili apparatu videndas, in loculamentis occultant, ac ſi quippiam curioſuli oculi delibarent, illæque ex frequenti uſu detererentur, gazas tuas, quaſi non tui ſolius eſſent peculii, ſed omnium eruditorum, ubi ubi ſunt, in herciſcundâ hâc literariâ hæreditate commune jus, cuivis, quem virtus, quem eruditio, quem ingenium, quem publici boni ſtudium commendant, (non enim aliis parariis ad procurandam tuam benevolentiam opus habent) promptiſſimâ animi propenſione & admirandâ morum facilitate ſoles recludere.

Nihil

Nihil auribus tuis do, nec veri limites transgredior. Alterum dignitatis tuæ amplitudo, alterum mores mei vetant. Notissima loquor, nec meâ ineleganti aridâque oratione eget, quod Usserius Armachanus, Camdenus noster, Seldenus, Spelmannus, Du Chesnius, Whelocus, Twisdenus, aliique Viri in re literariâ Principes de tuis Avo & Patre, de Te Franciscus Junius, Dugdallus, & reverendissimus J. Fellus Episcopus Oxoniensis (quanti ob exantlatos ferè immensos labores, & ob splendida eruditionis trophæa Heroes!) elogiis penè invidendis certatim prædicaverint; ut ab eruditissimis & clarissimis Viris, qui hodiè in vivis sunt, nominandis abstineam, qui in vestris omnium laudibus celebrandis, justissimo meritorum & benignitatis sensu tacti, mirè concinunt.

Sed nec minus, in tanto natalium ac fortunarum splendore constitutus, bonis incubuisti literis, quàm literatis faves, quod bo-

næ indoli & induſtriæ debes, qui neglectis ſolutioris vitæ blanditiis, quibus emolleſcit animus, ab ineunte juventute Gratiis & Muſis litans, verſus è divite fœcundi ingenii venâ placidè & facilè fluentes, abſque omni violento cerebri nixu, cum animum à gravioribus negotiis hiſce oblectamentis relaxare placuerit, panxiſti, quos ingenii Ovidiani nitorem, & elegantiam leporeſque Catulli referre & æmulari jure dixerim. Neque his amœnitatibus contentus, in profundiora Græcæ linguæ arcana penetraſti, Viris præclariſſimis & eruditiſſimis, D. D. Merico Caſaubono & Iſaaco Barrow, non tam in ſtudiorum tuorum duces & adjutores, quam teſtes & laudatores olim adhibitis; quod literatus orbis, paritèr ac ego cæterique intimæ admiſſionis amici, dudum agnoviſſet, ſi, uti olim per publica Regni negotia in Comitiis Parlamentariis, quibus unanimis Comprovincialium tuorum ſuffragiis electus, ſub ſereniſſimis Regibus,

au-

augustissimis Regis Caroli I. τοῦ μακαρίτου Filiis, intereras, ita jam per valetudinem & longè provectam ætatem, Græcos *Geoponicorum* Scriptores, ad fidem optimorum codicum manuscriptorum emendatos, quod olim in animo habuisti, edere tibi licuisset. Sed alia cura, eaque longè sanctior, jam te, septuagesimum vitæ annum feliciter emensum, animumque tuum exercet, non fictam aut tetricam pietatem morosâ & nubilâ fronte & obstipo capite ostentantem, sed qui præstitis ubilibet humanioris vitæ officiis erga omnes, sive paris sive disparis fortunæ, eandem benevolâ comitate condire à prudentiâ magistrâ didicisti, dum, quantum humanæ naturæ infirmitates, vitæque lubricæ & quotidianis ægritudinibus & casibus obnoxiæ conditio sinunt, procul ab Urbis molestiis, inter horrendos istos, quibus universus orbis Christianus hodiè deplorandum in modum concutitur, tumultus, Deo totus, prout tuâ sapientiâ,

 pie-

pietate tuâ dignissimum est, placidissimè vacas. Interim hanc felicitatem mihi ipse gratulor, quod jam publico hoc alloquio, quanti Te, tuamque nobilissimam familiam faciam, quanti amicitiam & benignitatem tuam, quæ mihi omni tempore faciles in Bibliothecam tuam aditus concesserit, palam testari liceat; quod omni cum debitâ mentis gratæ observantiâ lubens facio. Sanctissimum & maximè misericors Numen, quod mei muneris est, votis ferventissimis veneror precorque, ut Nestoreos annos vivas perquam felicissimè, & serus in cœlum redeas, beatâ immortalitate donandus.

Amplissimæ dignitati tuæ addictissimus,

THO. SMITH.

Benevolo Lectori S.

CUM virorum verè magnorum, quos summa aut virtus aut eruditio seræ posteritati & exemplo & admirationi commendat, Epistolæ ab omnibus, qui vel paulò erectiorem habent animum, aut literas humaniores profitentur, maximo in pretio habitæ, quod ex isthoc literario commercio, quo pro communi amicitiæ jure se invicem exceperint, non parum adjumenti studiis & voluptatis menti accedat, pronis animis avidissimisque oculis legantur, dum ipse in hoc otio, quo invitus fruor, quo pacto quippiam ejusmodi, quod publicæ utilitati sine cujusquam præterquam morosulorum offensâ in hâc acerrimâ de rebus Civilibus & Ecclesiasticis ingeniorum contentione conducat, in medium proferam, multùm solicitus fuerim; tandem in animum induxi meum, me hoc munere non meliùs aut fructuosiùs defungi posse, quam si præstantissimi Viri Gulielmi Camdeni, *aliorumque tum eruditione tum dignitate perillustrium ad eundem scriptas, epistolas luce publicâ donandas curavero. Hoc consilium eo fini, nec temerè, ut putâram, initum, Amicis, quibus id communicavi, tantum aberat, ut displiceret, ut illi potius.*

potius currenti stimulum adderent: nullusque dubito, quin tu quoque, Lector candide, si cor tibi ritè salit, calculum tuum sis adjecturus. Hunc tamen nolo in antecessum emendicare, totam rem arbitrio tuo pro mentis, quâ polles, solertiâ dijudicandam permissurus; nec aliquâ prensatione aut verborum aucupio opus erit, cum diffusa argumentorum ad Historiam tum civilem tum literariam spectantium, quæ inibi tractantur, varietas illis honorem, reverentiam, & authoritatem, quam merentur, abundè conciliaverit. Tantum id agam, ut pauca, quæ et tuâ & meâ, ne nescias, interesse duco, hâc præfatione edoceare.

Prostat in Bibliothecâ Cottonianâ sub Julio. C.5.

Dum hoc epistolarum volumen, quod mihi in amantissimi mei Fratris ædibus, ad quas, tanquam ad portum tempestuosissimo mari jactatus, confugi, utendum pro summâ suâ benignitate dederat Vir Nobilissimus D. Joannes Cottonus, iterum satis attentè perlego, id curæ mihi primum incumbebat, ut illas pleraque ex parte confusas nulloque ordine digestas, (quod solius Librarii inscitiæ imputandum est, cujus operâ in iis colligendis connectendisque Bibliothecæ illustris Fundator, cui ex legato in peculium cesserant, usus fuerit) juxta temporum seriem disponerem; quod in multis, quæ anni adnotatione omninò carebant, non adeò proclive & facile factu erat. Ideo ad hujus seculi synchronismos recurrere oportuit, quorum ope rem istam non malè admodùm aut infeliciter mihi cessisse perspectum habebis, paucis epistolis, quas supprimere nolebam, consultò & ex industriâ ad calcem rejectis. Deinde

de, in tantâ, quæ occurrebat, varietate, quænam potiores essent seligendæ, aliquantulùm hæsi; sed hîc non longâ aut anxiâ deliberatione opus habui, cum omnes promiscuè in lucem edere planè temerarium & inconsultum videretur, nec è re literariâ fuisset. Eas igitur, quæ privati & domestici argumenti erant, tanquam luce hac novâ prorsus indignas, saltem non æquè dignas, ne in molem inutilem excrescerent, seposui. Nec tamen fortasse hâc ex parte noster delectus rigidissimis Aristarchis, qui totas gemmeas, licet gemmæ ipsæ non sint æqualis pretii, exspectant, ex integro placebit: quibus non multùm refragabor, censuramque, si non ex invidiâ aut malevolo affectu proficiscatur, æquo & patienti animo feram. Interim aliorum in hâc palæstrâ sudantium exemplo me solabor, qui in Epistolico opere edendo non adeò scrupulosè se gesserint, quasi de illorum aut probitatis aut judicii famâ esset periclitandum, si quippiam aliundè congeratur, quod mediocre ingenium sapiat, quod promatur è trivio, quod literarum arcana non pandat, aut quod hosce grandiloquos Magistros, quibus pusilla & leviuscula sordent, novâ voluptate non perfundat. Ut ut de hac integrâ, prout jam comparet, sylloge severè admodùm, ne dicam iniquè, judicaveris, quod te ad istam familiarem, quam cum D. Camdeno illustres Viri per literas habuêre, conversationem admiserim, quod quivis cordatus magno pretio olim redemisset, bonam de te merendi voluntatem æqui bonique consules, saltem excusabis; quod cum postulare jure possem, id à tuo candore & huma-

humanitate me facilè quidem impetraturum haud mala aut incerta ſpes erit.

Non parum ſanè doluit, quod tibi quoque mecum dolere non vanus auguror, haud plura ipſius Camdeni epiſtolarum apographa reperiri potuiſſe. Forulos Bibliothecæ Cottonianæ diligenter ſatis excuſſi, ſed penè fruſtra; niſi quod unam & alteram in cæteris Collectaneis repererim. Viros etiam clariſſimos, quos in aureis Antiquitatis fragmentis, inque ineditis noſtratium Monumentis colligendis ſummam operam impendiſſe nôrim, ſubindè conſului, percunctando, ſi quid uſpiam ſcriptiunculæ, quod Camdeni nomen præ ſe tulerit, in cimeliarchiis ſuis exſtaret; inter quos, quamprimum id rogaretur, vir antiquâ fide & probitate præſtans, D. Franciſcus Sandfordus, non ita pridem Heraldus titulo Lancaſtrienſis, in genealogiarum ſtemmatibus ſummâ cum induſtriæ & judicii laude verſatiſſimus, (quod eximium illud opus, Genealogica Regum Angliæ, & Monarcharum magnæ Britanniæ Hiſtoria, *inſcriptum, ſatis clarè teſtatur) Adverſariorum librum, à D. Edwardo Walkero primario Armorum Rege dono acceptum, in quo multa curioſa ad rem Antiquariam, Hiſtoricam, & Heraldicam ſpectantia propriâ manu congeſſerat Camdenus, mihi obtulit, ex quo ſex aut ſeptem ipſius epiſtolas in hoc opus tranſtuli.*

Cum verò Camdeni literas reſponſorias, quod maximè volebam, ad D. D. D. Thuanum, Peireskium, Petrum Puteanum, alioſque, quorum nomina in Annalibus Galliæ æter-

nitati conſecrabuntur, apud noſtrates, etiamſi ſedulò quæſiverim, hactenus reperire non licuerit, certâ fide edoctus, literas originales tanquam ſacras pretioſaſque reliquias in Bibliothecis Pariſienſibus, ſc. Regiâ & Thuanâ, adhuc-dum aſſervari, ad D. Thevenotium, cujus nomen nudè prolatum abſque omni titulo & elogio, quod meritis & dignitate longè inferius erit, abundè ſufficit ad laudem, ſcripſi, ut hanc jacturam ex iſthoc ditiſſimo penu pro ſummo, quo erga bonas literas fertur, amore reſarcire vellet. Sed an literæ viarum difficultates non eluctatæ perierint, vel an Vir Clariſſimus ejuſmodi commercium, funeſtiſſimo bello flagrante, licet in re omnium innocentiſſimâ, habere, ſibi vix tutum fore pro prudentiâ ſuâ judicaverit, planè incertum eſt, non mihi adeò felici eſſe licet, ut illo auctario opus hoc, cujus editionem hâc de causâ per aliquot menſes protelaveram, ornatum prodeat. Interea dum Amicorum conſiliis, qui, ut hic theſaurus orbi literario diutius ſubtraheretur, vix permiſerint, morem gero, illum alioſque V. V. CL. ubi ubi ſint, ſive in Angliâ, ſive alibi terrarum, obnixè & ſeriò obteſtor, ſicubi occurrant ejuſmodi epiſtolæ, ut eas nobis, ſi fortè meremur, qui tamen gratas repenſuri ſumus vices, ſi verò non meremur, certè Respublica literaria merebitur, impertiri ne grave duxerint.

Appendix, quæ proximè ſequitur, quoad longè maximam partem, ex eodem codice Cottoniano deſumitur, quam, etſi multa congeneris argumenti, quæ epiſtolis explicandis vice commentarii inſerviant, complectatur, ſeorſim ta-

men ab iisdem ponere placuit, ne series ista alienis quasi admixtis interrumpatur. Nec, uti spero, Lectori displicebit, quod magni Thuani Testamentum, *illico post mortem illius ad Camdenum transmissum, licèt toties editum fuerit, hîc quoque denuò recudatur. Inde enim veram sinceramque Viri optimi pietatem nullâ superstitionis labe infectam propiùs contemplari licebit, simulque ex tristissimâ instructissimæ Bibliothecæ, quæ Dominos & Possessores bis terve mutaverit, sorte perspectum habere, quàm parum valeat vel sapientissimorum cura contra hæredes & posteros.*

Annales, *sive mavis*, Apparatum Annalium, (*nam prior iste titulus non Camdeni est, sed à recentiori manu*) regni Regis Jacobi I, *cum ex viri celeberrimi D. Gulielmi Dugdalli, qui codices suos MSS. Musæo Ashmoliano Oxonii legavit, exemplari primùm exscribi curassem, illos inter legendum multis in locis deficere & laborare facilè observavi. Autographum autem Camdeni plurimum reverendus in Christo Pater, D. Joannes Hackettus, Episcopus Coventriensis & Lichfeldiensis, qui Ecclesiæ Anglicanæ coram Parlamenti M. DC. XLI. in Episcoporum Decanorumque &c. prædia, possessiones, sacrosque reditus impio & sacrilego facinore involaturi Delegatis causam doctissimè & fortissimè propugnavit, (nescio an munus à D. Heathero acceptum, an felix spolium ipsi in manus auspicato casu delatum) postquam almæ matri Cantabrigiensi Bibliothecam suam, Collegio verò*

rò sanctæ & individuæ Trinitatis benignissimæ nutrici ob educationis curam pientissimus Alumnus mille ducentas libras admodùm munificè dedisset, viro reverendo & doctissimo, Thomæ Gale, S. T. D. tunc temporis illius splendidissimi Collegii Socio, qui illum adibat, prout ab ipso accepi, in ultimum amoris pignus tradidit in ejusdem Collegii Archivis in perpetuam memoriam conservandum. Conferendi laborem, rogatu viri undiquaque ornatissimi, Caroli Hattoni Armigeri, quo nemo aut majori solertiâ aut impensiori curâ bonis literis incumbentium studia & conatus promovet, in mei gratiam in se suscepit vir clarissimus & doctissimus, Joannes Laughtonus, S. T. B. illius quoque Collegii Socius, & Bibliothecæ publicæ Cantabrigiensis Præfectus, cujus diligentiæ debes, quod Apographi Dugdalliani defectus & errores hîc magnâ ex parte suppletos correctosque habeas. Non enim, ut liber ab omnibus mendis purgatus prodeat, per lituras huc illuc sparsas, characteresque evanescentes, qui vel acutissimos oculos eludunt, exspectandum est.

Fortè quidam ex tetricioribus, qui, Musis iratis nati, nihil, nisi quod ipsi faciunt aut faciendum volunt, rectum putant, me hoc imperfectum opusculum jam edentem Camdeni famæ & honori parum consultum ivisse criminabuntur, cujus censuræ invidiam sustinere metuerem, nisi viros acerrimi judicii, quos famæ Camdenianæ cura pariter tangit, hujus ausi fautores ne dicam instigatores habuissem. Quanti enim usûs, tum in chronologicis rectè statu-

endis, tùm in istorum temporum gestis enarrandis futurum sit, si quispiam optimi & maximè pacifici Regis, quæ plurimum desideratur, Historiam scribere aggredi voluerit, nemo adeò obtusi ingenii est, quin primo intuitu agnoverit. Quod verò observatiunculas de tempestatibus, & de ominibus, cæteraque ejusmodi leviuscula de se vitæque suæ accidentibus, quæ infra dignitatem Annalium longè subsidunt, illis immiscuerit, facilè quidem excusabunt æquissimi rerum æstimatores, si velint meminisse, Camdenum in proprios usus, & ut sibi soli placeret, non aliis, in Diario quicquid aut cujuspiam aut planè nullius momenti, uti minus intelligentibus fortean videbitur, occurrisset, pro re natâ adnotasse; illud vel istarum minutiarum omissione, ne læsæ fidei quispiam postulaverit, mutilare me penitùs noluisse; hanc denique futuri operis rudem impolitamque sciagraphiam, Annaliumque compendiariam summam fuisse. Ex hâc verò informi materiâ, observationumque, quibus sua impleverit Adversaria, mole, quam pulchri Annales Jacobæi, Elisabethianis *haud inferiores, divino Camdeni ingenio formati & digesti, si vixisset, additis stylo eleganti documentis ex usu civilis vitæ petitis, surrexissent!*

Commentarium Camdeni de etymologia, antiquitate, & officio Comitis Marescalli Angliæ *ipsius*
Sub Tito. C. 1. *manu signatum reperi in codice MS. Cottoniano quantivis pretii, in quo Virorum doctissimorum & rei Antiquariæ peritissimorum judicia & sententiæ primo R. Jacobi I. an-*

no

no de dignitate & munere Constabularii, Marescalli, & Senescalli Angliæ rogatæ, unà cum doctissimis de duello sive certamine singulari, & de munere & officio Heraldorum *collectaneis continentur. Quod argumentum denuò retractavit Camdenus quasi in epitomen redactum; alterum enim commentariolum ejus esse, ut in dubium vocem, ipsius interpolationes manu propriâ factæ, & à tergo Camdeni nomen adscriptum, nullatenus sinunt.* In schedis solutis apud D. Sandford. *Interim, dum amplissimi de hoc nobilissimo argumento Commentarii, quos V. Cl. & doctissimus, D. Robertus Plottus, LL. Doctor, & in Curia Militari Actuarius, dudum molitus est, in lucem exibunt, quod de eodem hisce breviculis compendiis annotaverit Camdenus, nolui omittere.*

Mantissæ loco, paucos versus, partim editos, partim ineditos, quos Camdeni musa profudit, & Epitaphia, quæ, ut amicorum aliorumque posthumæ famæ velificaretur, rogatus conscripserit, addidi, non ita facturus, nisi ea mihi penè invito extorsissent amici. De quibus hoc monendum habeo, illud, quod jussu Regis Jacobi, ut conjectari fas est, in memoriam matris ipsius Mariæ Reginæ Scotorum composuerat, Mausoleo ejus in Basilicâ Westmonasteriensi, in quam ex Ecclesiâ Petroburgensi infelicissimæ Heroinæ corpus delatum, neutiquam inscriptum fuisse, sed aliud ejusdem planè argumenti, acumine longè inferius; quod tu mecum, si quid rectè judico, postquam contuleris, paritèr judicabis.

Camdeni vitam, & quicquid de illo memoriâ dignissimum videbatur, quantum ex ipsius scriptis, tum editis tum

manu exaratis, Academiæ Oxonienſis & Collegii Heraldorum Archivis *aliiſque authenticis Commentariis pari induſtriâ ac fide colligere potuerim, literis mandare inſtitui, eo quidem lubentiùs, non tam proprio genio impulſus, qui ab annis juvenilibus, quamprimum harum rerum guſtum ceperam, Camdeni famæ litaverim, quam honeſto fidei pro modulo meo liberandæ deſiderio accenſus. Cum enim non noſtri ſolius, ſed omnium ſeculorum intereſſe, qui aut ſapientiæ aut probitatis aut publici boni ſtudio ducuntur, agnoſcant, ut illuſtrium Virorum vitæ, ſtudia, & mores deſcribantur, tum ut immortalitatis famam debitaſque à gratâ poſteritate laudes conſequantur, tum ut cæteris, quos bona indoles, quos idem ardor mentis accendit, incitamento in vitâ laudabilitèr inſtituendâ & exemplo ſint, multique, neſcio quo jure, nobis dicam impegerint, quaſi Patriæ, Heroibus noſtris, cum maximis Viris vicinarum gentium aut hujus aut ſuperioris ævi (quod abſque invidiâ aut jactantiâ dictum volo) meritò comparandis, imo nobis ipſis hac ex parte defuiſſemus, qui illorum munificentiâ frui, aut apud nos ſolos à reliquo mundo diſcretos admirari nimium quàm oportuit contenti, eruditorum communi linguâ aliis communicare penè negligere videmur, aut breviculis elogiis confuſiſque rhapſodiis rem confici exiſtimamus, hanc labem eluere, inter alia maximi momenti, quæ excelſo animo molitus eſt, apud ſe conſtituit Vir de Patriâ & de Academiâ Oxonienſi optimè meritus, D. Joannes Fellus Epiſcopus Oxonienſis, unum aut alterum vitarum*

volu-

volumen è Theatro Sheldoniano editurus. Sed cum id per sanctiores curas, quibus penè quotidiè obrutus erat, per se (neque enim illud ab unico, licet indefessæ industriæ, exspectandum erat) exequi licuerit, inter alios, quos in tanti operis consortium adsciscere placuit, meam operam qualem qualem pro benevolo in me affectu poscebat, unicuique nostrûm, in quo industriam collocaremus, partito munere. Mox Democraticorum, qui paci publicæ inviderint, pravis consiliis & molitionibus supervenerunt primo turbæ, quæ illos conatus aliò jam impendendos retardârunt; deinde, antequam istæ deferbuerint, optimi Viri mors, quâcum tota ista res penitùs intercidebat. Ab isthoc tempore, de Spartâ istâ iterum suscipiendâ nunquam mihi in mentem, ne per insomnium quidem, venerat, donec Epistolas hasce in tui gratiam edendas suscepissem, haud parum indecorè ne dicam imprudentèr me acturum, quod mihi merito exprobrari potuisset, animo reputans, si huic operi Historicam de Camdeni vitâ, ſtudiis, ac moribus *narrationem non præfigerem. Degoreus Whearus* in dedicatione imaginis Camdenianæ *quendam ex Camdeni familiaribus illius vitæ Ephemeridas, singulis egregiè dictis & factis adnotatis, contexuisse dicit: hunc autem fuisse V. CL. Hugonem Hollandum, qui* Heroologiam Anglorum *Latinè edidit, ferè ante sexaginta annos denatum, ex lucubrationibus Viri maximè industrii D. Antonii à Wood plusquam verisimile est. Si iste Commentarius exstitisset, vel si illum unquam videre mihi contigisset, ab hisce*

p. 34

A. Ch. Lond. 1620.

conatibus mihi planè fuisset supersedendum, vel saltem largiori rerum memorabilium, quæ nos tanto intervallo intercedente fugerunt, copiâ longè instructiores prodiissent. Si vero in cujuspiam manibus delitescat, ut ipso procurante in publicam lucem editus tandem integer legatur, magnoperè efflagito.

An scopum, quem proposui, satis felicitèr attigerim, tuum erit judicare. Ut in aliorum vitis Historico stylo contexendis parem operam impendam, vix per horum temporum infelicitatem licebit. Magnum autem laboris hactenus impensi fructum mihi quidem lætus gratulabor, si qui honestâ quâdam æmulatione incitati, D. Thomæ Greshami, D. Thomæ Bodleii, D. Henrici Savilii, Lanceloti Andreæ Episcopi Wintoniensis, D. Roberti Cottoni, D. Thomæ Row, Joannis Seldeni, & (*mihi ignoscant boni Waltoni manes*) Roberti Sandersoni Episcopi Lincolniensis, *aliorumque maximè celebrium virorum vitas Latinè describendas in se suscipere voluerint. Vale, Lector humanissime, qui pietatem juxta ac literas colis, & Deum Opt. Max. precare, ut pax & justitia, benignæ studiorum fautrices, quas sceleribus nostris profligavimus, ad orbem Christianum denuo revertantur.*

Westmonasterii, prope
palatium S. Jacobi,
feriis Paschalibus.
M. DC. XCI.

T. S.

V. C.

V. C. Gulielmi Camdeni

VITA.

Scriptore Thoma Smitho *Ecclesiæ Anglicanæ Presbytero.*

GUlielmus Camdenus, cujus vitam paucis describere aggredior, natus erat secundo die Maii, anno Christi, M. D. L. I. Londini in Vico vulgaritèr dicto the *Old-Baily*, in Parochiâ S. Sepulchri. Patrem habuit Sampsonem Camdenum, (qui è Lichfeldiâ in provinciâ Staffordiensi, ubi oriundus erat, providâ parentum curâ, ad illam Metropolim, benignam omnium Anglorum nutricem, sinu illius adultiore ætate fovendus, adolescentulus jam factus mittebatur) mediocris fortunæ virum, & arte ac professione Pictorem. Neutiquam puduit filium, quem divinum ac planè heroicum ingenium longè supra humilem istam vitæ conditionem, ad quam damnatus videbatur, evexerat, inque maximorum hujus seculi virorum censu collocaverat, natales suos, ignobiles licet, referre; sed affectu tum in Parentem, tum in ingenuam illam artem, quam exercuit, ductus, postquam tot honores, quos alii natalium splendori, ipse propriæ virtuti & industriæ debuit, quasi ex se nasceretur, emensus fuerit, in ipso mortis confinio constitutus, stirpis Paternæ memor, sedecim librarum sterlingicarum summam, quibus comparandus esset scyphus deauratus, quo

festis diebus, quando solennes habentur conventus, inter prandendum utuntur, cum hâc epigraphe, *Gul. Camdenus Clarenceux, filius Sampsonis, Pictoris Londinensis, dono dedit*, Societati seu Collegio Pictorum Londinensium ultimis tabellis legavit. Illi vero boni probique cives, suorum famæ ~~magis~~ quàm ipsius studiosiores, ut tanti viri ex artifice *συνωνύμῳ* prognati nomen apud suos successores, quantum in ipsis erat, in omne ævum perennaret, illius effigiem ad vivum summâ arte expressam in interiore conclavi apponi curarunt, quam fatale illud incendium, Anno M. DC. LX. VI. quo tota ferè Urbs deflagraverat, tandem absumpsit.

Ex alterius Parentis genere noster Camdenus longè erat felicior; illa enim ex antiquâ & prænobili familiâ Curwennorum Wirkintonæ in Cumbria originem traxit: quod ipse sincerus amator veritatis, & ab omni fastu, si quisquam alius mortalium, alienissimus (a) asserit; cujus (b) genealogiam longo stemmate & continuâ serie à Gospatricio Northumbriæ Comite *tum ex antiquis scriptis de Wirkinton, tum ex libro de Holmecultram* deductam reperi.

(a) Britan. in Cumbriâ edit. Londinens. 1607. pag. 633. *Wirkinton salmonum piscaturâ nobile. Nunc sedes est antiqua Equestris familiæ Curwennorum, qui genus à Gospatricio Northumbriæ Comite repetunt; cognomen à Culwen Gallovidiæ familiâ, cujus hæredem duxerant, ex conventione acceperunt, suasque hic instar Castri ædes habent magnificas, & à quibus nobis, absit verbo invidia, genus maternum.*

(b) MS. in Bibliothecâ Cottonianâ sub effigie Julii. F. 6.

Illum adhuc-dum puerum & impuberem, Patre orbatum fuisse conjecturam facere licet, eò quòd inter alumnos Ptochotrophii ædis Christi Londini, quod Rex Edwardus VI. felicis memoriæ, in subsidium & levamen pauperum Orphanorum Londinensium sexto Regni anno condidit, à quibusdam consentiente famâ recensitus fuerit: quibus refragari nolim, licet id certò non constet, vel con-

Anno 1552.

stare

ſtare poſſit, an omninò admiſſus fuerit, an quoto ætatis anno, cum illorum temporum Matricula in iſtâ horrendâ ſtrage, quâ tota domus eversa corruit, flammis perierit.

Anno M.D.LX.III. duodecimo ætatis anno Iſlingtoniæ, oppidi prope Urbem ad ſeptentrionem, peſte correptus, Deo miſericorditèr favente, ſalvus evaſit.

Pòſt ad Scholam Coletinam, quæ ad S. Pauli eſt, ubi ſub vigilantiſſimis Præceptoribus diſciplina & cultura ingeniorum maximè viguit, ſe recepit, inde poſtquam mentem artibus, quibus ætas juvenilis imbui ſolet, ſedulò excoluiſſet, (neque enim ab ineunte ætate bonam indolem deſtituit induſtria) ad Academiam Oxonienſem oportuno tempore tranſplantandus.

Ne vero tantarum virtutum & ingenii, quæ opimæ frugis ſpem fecerint, ſemina ſuffocarentur, ſi literarum ſtudiis, ad quæ à naturâ effictus & compoſitus videbatur, ex inopia relictis, ad vile aliquod artificium tranſiiſſet, junctis amicorum operis & conſilio cautum eſt, qui illum tunc decimum quintum ætatis annum agentem, D. Thomæ Couperi, Collegii B. Mariæ Magdalenæ Oxon. Socii & Scholæ Moderatoris, qui infulâ ſacrâ digniſſimus, primò ad ſedem Lincolnienſem, deinde ad Wintonienſem ab Eliſabethâ Reginâ promovebatur, benevolentiæ & patrocinio commendârunt. Sed cum in iſthoc præclariſſimo pietatis & doctrinæ Seminario in numerum Scholarium, qui ex reverendiſſimi D. Fundatoris munificentiâ, (cujus uberes fructus ipſe per viginti octo annos percepi, quod gratâ mente recolo, quicquid reliquum eſt vitæ, modò infauſta, in quæ incidimus, tempora ſinunt, illic peracturus) aluntur, cooptari neutiquam licuerit, à D. Thomâ Thornetono, in cujus clientelam ſe dederat, invitatus, (c) ad Aulam Late-portenſem, quod jam Collegium Pembrochianum 1566.

(c) V. Parentationem Hiſtoricam Degorei Wheari. Oxon. 1628. p. 8, 9.

brochianum nuncupatur, ſe contulit, Muſis melioribus auſpiciis vacaturus. Quo tempore illic quoque togati vixerunt nobiles Viri, D. Georgius Carew, à ſereniſſimo Rege Jacobo I. ad Baronis de Cloptonâ in agro Warwicenſi, & à ſereniſſimo Rege Carolo I. ad Comitis Totneſiæ in Cornubiâ titulum, gradum, & honorem evectus, D. D. D. Johannes Packingtonus, Stephanus Powlus, & Edwardus Lucius, Equeſtri dignitate ornati, quorum amorem & benevolentiam placidiſſimis ſuis moribus, ingenio, & induſtriâ mirè ſibi conciliavit Camdenus. Hic, dum ſorte ſuâ, modicâ licet, contentus, totum ſe bonis literis impenderet, Latinas benedicendi eduliis, quibus Servientes ad menſam hodieque utuntur, formulas compoſuiſſe perhibetur. Poſtquam verò ferè tres annos illic perquam laudabilitèr complêſſet, Doctore Thornetono, quem benignum expertus eſt Patronum, in hac nova & opima dignitate benigniorem experturus, Eccleſiæ Cathedralis Chriſti facto Canonico, (d) in idem Collegium admittitur.

(d) Britan. in Comitatu Bercherienſi in deſcriptione Wallingfordiæ, pag. 204. *Amplitudinem ejus & magnificentiam, cum illic Oxoniâ pueri ſecederemus, demirabamur: (eſt enim jam ſeceſſus Studioſis ex æde Chriſti Oxoniæ.)*

Dum ſtudiis literarum ſedulò incubuerit, non minus veræ Religionis, quam materno cum lacte imbiberat, quatenus regnantibus Edwardo & Eliſabethâ à Romanenſium corruptelis repurgata fuerit, profeſſioni erat intentus, cujus tuendæ zelo, quem præ ſe integrâ mente tulerit, ſibi illorum invidiam, odium, & obtrectationem conſcivit, qui juribus ſuus ceſſuri, niſi ſe legibus Regni, quibus cautum erat, ut omnes Academici reliquique è Clero, interpoſito juramento, ritibus ſacris uterentur, & articulis Religionis Eccleſiæ Anglicanæ Reformatæ ſubſcriberent ſub pœnâ amotionis, conformes reddidiſſent, intus in pectore priſtinarum ſuperſtitionum amorem retinuere, quibus turpi diſſi-

dissimulatione abrenunciasse palàm & aperto ore professi sunt. Nec mirum cuiquam videri debet, ejusmodi Ardeliones in Academiâ delitescere potuisse, qui conscientiam lædere quàm fortunis suis exui maluissent, seipsos fortaßè sophisticis argutiis & strophis, nè penitus αὐτοκατάκριτοι fierent, excusaturi, cum idem à plurimis multò meliora edoctis, sanctiorisque Religionis, *quæ æquivocationem, dissimulationem, áque jurisjurandi multoties repetiti vinculo dispensationem, cæteraque impia Jesuitarum dogmata rigidè damnat*, institutiones sectantibus, obstupescente universo orbe Christiano, sub R. CAROLI I. temporibus viderimus factitatum. Horumce versipellium fraude & invidiâ effectum erat, ut cùm in numerum Sociorum *Collegii OMNIUM ANIMARUM* adscisci modestè ambiisset, hâc sola de causâ, eò quòd strenuus doctrinæ Ecclesiæ Anglicanæ juxta normam legum sancitæ assertor fuerit, justâ suâ spe & exspectatione exciderit Camdenus, utpote à Pontificiorum factione nimium quantum invalescente, qui illius electioni totis viribus intercesserint, exclusus; ut (c) ipse asserit, inque rei veritatem testem adhibet amplissimum Virum, Equestris dignitatis, D. Danielem Dunnum, I. V. D. & illius splendidissimi Collegii olim Socium, quem ob prudentiam & solertiam in rebus civilibus administrandis suum in Comitiis Parlamentariis Delegatum iteratâ vice constituerat Academia Oxoniensis, qui illud nôrat, & sæpè sæpiùs pro re natâ testatus est.

(c) V. epistolam CXCV. pag. 247.

Dolendum sanè est, Adolescentem tam ingentis spei, totque egregiis animi dotibus excultum, mitius & benignius fatum in Academiâ non sensisse: sed Deo alitèr disponente, de alio vitæ genere eligendo, ab hac placidissimâ Musarum sede, vi ineluctabili, cui necessariò erat obsequendum, abripiendus, cogitavit. Ita tamen sæpè fit, ut illi, quos res nimium angusta otio literario Academico diù frui non permittit, utpote subsidiis, quibus foventur studia,

ſtudia, deſtituti, & quaſi è portu in tempeſtuoſum mare jactati, adverſis majores, animos erectiores habeant, cum paria meritis præmia illic non reportaverint, aliò abire præmaturè coacti; & duce divinâ providentiâ & comite indefeſsâ induſtriâ, tandem, ſuperatis difficultatibus, ſummos honores omnium bonorum cum applauſu conſequantur, inque viros magnos de Eccleſiâ & Rep. benè merentes evadant, qui alitèr fortaſsè ignobili otio humanæ naturæ vitio torpuiſſent. Quod illos meminiſſe obnixè rogo, quibus naſcendi ſorte, amicorum aut pecuniarum ope, aut caſu qualicunque felicioribus eſſe contigerit, ſe tantæ ſocordiæ ne dicam veſaniæ pœnam tandem aliquando daturos, niſi *Fundatorum & Benefactorum*, quâ penè obruti ſunt, munificentiâ ſe dignos præſtent, & ejuſmodi, nullibi terrarum reperiendis, ſtudiorum ſubſidiis, ſive potiùs irritamentis, quæ tot Bibliothecæ, libris omne genus refertæ, tot amœni ſeceſſus procul ab omni moleſtiâ & ſtrepitu, tot denique vitæ commoda affatim ſuppeditant, ad honorem Dei Opt. Max. Eccleſiæ bonum, & bonarum literarum incrementum rectè uti norint.

Quinquennio abſoluto, neglecto Baccalaureatûs gradu, quem ſuperiore anno pro more ambiebat, vel ſaltem ejus completione per *determinationem*, uti vocant, in Scholis feriis Quadrageſimalibus inſuper habitâ, cum ſibi non uſui fore fortean judicaverit, jam jam Academiæ æternùm valedicturus, relicto Oxonio anno M. D. LXX. I. Londinum repetiit; hîc aut alibi locorum, quò virtus, quo bona fors vocaverit, deinceps commoraturus. Verùm ne ſuo honori deeſſet, ferè poſt octodecennium A. C. 1588. licet eruditionis famâ gradum Magiſterii in Artibus Academicis Studioſis poſt emenſum ſeptem annorum curriculum conferri ſolitum, longè ſupergreſſus videretur, gratiam ab Academiâ petiit, ut ad eundem tandem promoveretur. Obtinuit quidem ſub conſuetâ conditione, modò proximis

Comitiis

Comitiis comparuerit. Quod cum per occupationes non licuisset, in (f) Convocatione 30 Martii M. DC. XIII. habitâ, quo tempore Oxonii aderat summo viro, D. Thomæ Bodleio, Bibliothecæ publicæ Fundatori, funebria justa pro munere persoluturus, gratiam illam actualitèr lubens meritò & spontè quidem concessit Academia, cum longè major honos in se quàm in Camdenum, isthoc collato titulo, esset derivandus.

(f) V. Registrum K. fol. 118.

Maturuit cum ætate virili, quam ingressus est, judicium, novasque menti omnia, quæ novercans fortuna objecerit, obstacula igneâ vi perrupturæ vires infudit literarum, quo totiès accendebatur, amor; ab hoc proposito, quod altas in imis præcordiis egerat radices, nullis incommodis, non tædio, non anxietate, quæ tenuioris fortunæ importuna comes est, absterrendus, alacriori animo duplicatam quasi diligentiam adhibuit Camdenus, bonâ spe plenus, divinam benignitatem illi usque & usque prospecturam, bonosque, quorum maxima laus est, virtuti malè habitæ patrocinari, ejusque cultores rebus domesticis impeditos benigno vultu, consilio, & larga manu adjuvare, industriæ benè collocatæ non defuturos. Quod felix eventus comprobavit.

Inter illos autem, quos industriæ & virtutis Camdenianæ fama in illius amorem pellexerat, eminuere (g) V. V. Cl. Fratres germani. D. D. Gabriel & Godefredus Goodmanni, qui illum humanissimis alloquiis exceperunt, studia perquam benevolè fovendo, & nummos librósque, ne mens ad summa enitens, utrisque deficientibus, aliò avocaretur, prout occasio tulerit, subindè largiti sunt; quorum alter, D. Gabriel Ecclesiæ Collegiatæ Westmonasteriensis dignissimus Decanus, an. M. D. LXX. V.

(g) Godefredus Goodmannus Godefredi filius, Episcopus Glocestrensis in responsione ad famosum libellum D. Antonii Weldeni, qui *Regis Jacobi* I. *Curia* inscribitur, pag. 19. M.S. In Bibliothecâ Bodleianâ Oxon. ex qua quicquid ad D. Camdenum spectat, meo rogatu perquam benevolè transcripsit Vir reverendus, mihique jam per triginta annos & quod excurrit, ab ineunte juventute nostrâ amicissimus, D. Edwardus Bernardus, Astronomiæ Professor Savilianus, ingens Academiæ Oxoniensis decus, & omnigenæ eruditionis lumen.

Regiæ

RegiæScholæ in iſthoc illuſtri Collegio à sereniſſimâ Reginâ Eliſabethâ beatæ memoriæ fundatæ (è quâ, tanquam ex ingeniorum fœcundiſſimâ genitrice, innumeri Viri pietate, doctrina, & ſummis dignitatibus, tam Civilibus quàm Eccleſtiaſticis, maximè conſpicui prodiere) illum tanto muneri parem, Hypodidaſcalum, utpote linguarum Græcæ & Latinæ ſcientiſſimum, & qui omnes libros veteris ævi, florentibus Athenis & triumphante Româ ſcriptos, Poetas, Oratores, Hiſtoricos lectione penè infinitâ exhauſiſſet, conſtituit, jam extra omnem ſiniſtræ ſortis ictum lautè & ſplendidè deinceps victurum. Hujus reverendi Viri, cujus auſpiciis fortunarum ſuarum fundamenta adeò felicitèr jecerat, humanitatem & benevolentiam juſtis debitiſque laudibus proſecutus eſt Camdenus, tantorum beneficiorum memoriam non niſi cum vitâ depoſiturus, & clariſſimum Benefactorem (h) hoc elogio in deſcriptione Eccleſiæ Weſtmonaſterienſis decoravit.

(h) Britan. in Midleſexia, p. 309.

Quibus omnibus Decanum præfecit [*Regina,*]*quam dignitatem nuper ſumma cum laude geſſit D. Gabriel Goodman, Vir optimus & integerrimus, de me & meis ſtudiis optimè meritus.*

Interim non elanguit vigor, hiſce quotidianis Scholaſticis moleſtiis exercitus. Licet enim ingens iſte labor, iſque actus continuò in orbem rediens, prout officii ratio exigebat, in effingendis tenellis adoleſcentulorum animis, iiſque literaturâ boniſque moribus imbuendis, impendendus eſſet, qui vires integras exhauſturus videretur, omni tamen corporis curâ poſthabitâ, rejectiſque blandientis voluptatis illecebris, horis ſubſecivis, & quas ſomno abſtulerit, quaſi animus mutato labore denuò refocillaretur, ſeverioribus ſtudiis vacavit. Non ſibi ſoli conſtare, aut intra anguſtos Scholæ limites indefeſſæ diligentiæ aut fructus aut laus contineri potuit. Hæc enim per utramque Academiam, latè propagante famâ, in quibuſque ſuppa-

ris ætatis ingenuis, ad eandem metam pari laude quoque contendentibus, bonam, invidiæ expertem, amorisque conciliatricem peperit æmulationem: nemoque propè erat, qui paulò altiùs supra vulgus Academicorum sapuerat, quin illius amicitiam ambitiosè petierit, illamque debitis humanitatis & observantiæ officiis colere sibi laudi & honori fore duxerit. Testor florentioris apud Oxonienses famæ viros, Thomam Savilium, qui in ipso quasi ætatis flore exstinctus, dum munere Procuratorio fungeretur, modò longiorem vitæ usuram ipsi non invidissent Parcæ, magno fratri Henrico, quo elogio nihil fortè magnificentius dici poterit, par futurus esset, Thomam Allenum, Henricum Parraium, postea Episcopum Wigorniensem, Richardum Hakluytum, Milonem Smithum, postea Episcopum Glocestriensem, Henricum Cuffium, cujus prodigiosum ingenium ipsi fatale erat, ingloriamque mortem induxit; in alterâ celeberrimâ Academiâ Joannem Beaumontium, Henricum Blaxtonum, Richardum Thomsonum, Gulielmum Allibastrum, aliosque optimæ existimationis ac notæ viros, præter exteros, qui huc aut religionis aut studiorum causâ confugerant, putà Albericum Gentilem Italum, Juris utriusque celeberrimum apud Oxonienses Professorem, J. Hottomannum, qui Roberto Leicestriæ Comiti erat à secretis, & post reditum in Patriam, sub Ludovico XIII. legatione in Germaniâ functus est, & Franciscum Pithœum, utrosque Gallos, & scriptis eruditis celebres; quibuscum Camdeno intercessit arcta familiaritas & necessitudo per totam vitam mansura.

Ille verò, ex prudentiæ, quâ pollebat, suggestionibus & dictatis satis gnarus, mentem variis studiis distractam, (quod desultorii ingenii, dum polymathiæ famam captat, vix in singulis mediocritatem attingentis vitium est) sensim cessante impetu flaccescere, nihilque magni aut præclari plerumque effectum dare posse, illam integram ad Historiæ

& Antiquitatis Britannicæ ſtudium, ad quod ſponte & potenti quodam impulſu naturæ ferebatur, ſeriò applicuit. Hoc enim in ipsâ pueritiâ, dum prima literarum rudimenta puer imbiberat, emicans, cum ipſo annis adultioribus in Academiâ poſteâ crevit: in hoc, ſi non unicè, ſaltem maximè intentus, hortante (i) nobiliſſimo D. Philippo Sidneio, juventutis Anglicanæ Principe, qui amicitiam ultro obtulit, ne tantis auſis, quæ in honorem & utilitatem Patriæ redundatura præviderat, excideret Vir, iis exequendis maximè omnium par & idoneus. Hic ergo laborum & vigiliarum præcipuus ſcopus & finis, quaſi Spartam hanc ſibi ſoli relinqui ornandam credidiſſet. Hîc prudentiſſimorum Artificum exempla ſibi ob oculos ponens, qui opus aliquod curioſum ac inſigne, vel ipſis viventibus ab æquis judicibus celebrandum, ſaltem extinctâ poſt cineres conditos invidiâ, poſthumam perennemque famam pariturum, elaboraturi, poſtquam illius ideam in animo conceperint, in materiæ, qualicunque opus fuerit, apparatu aptiſque inſtrumentis comparandis toti occupantur, probéque etiam conſcius, induſtriam, ut ut magnam, idoneâ ac prudenti methodo deſtitutam lentè admodum progredi parumque proficere, antequam ad opus iſtud, quod animo planè ſublimi & heroico tandem aggreſſus eſt, ſeſe accinxerit, tam de illis, quam de hâc multa apud ſe volvebat. Cum ergo vix ſperandum videretur, gentis Britannicæ Origines,

(i) In initio reſponſionis ad Brooki calumnias. Elogium verò ſequens, cum ſit præclariſſimum virtutis Sidneianæ & gratitudinis Camdenianæ teſtimonium, nolui omittere. *PHILIPPUS mihi non ſine piaculo tacendus, qui magnum hujus familiæ ſidus, magna ſpes hominum, expreſſiſſimum virtutis exemplum, & literati orbis amor, acritèr ad Zutphenum Geldriæ cum hoſte congreſſus, fortitèr occubuit. Hic ille Sidneius eſt, quem ut Deus ideò natum voluit, ut priſcorum ſpecimen noſtro ſeculo oſtenderet, ita ex improviſo ad ſe ut cælo quàm terris digniorem revocavit, & nobis ſubduxit. Eripit utique ſe ex oculis ſubitò perfecta virtus, & optimi neutiquam diurnant. Placidè, ſi fas ſit loqui, Sidneie, quieſcas, nos te non lachrymis, ſed admiratione decorabimus. Quicquid in te (ut de optimo illo Britanniæ Præſide optimus Scriptor loquitur) amavimus, quicquid mirati ſumus, manet, manſurumque eſt in animis hominum, in æternitate temporum, in fama rerum. Multos velut inglorios & ignobiles oblivio obruit; Sidneius poſteritati narratus ſuperſtes erit.* Ἀρεταὶ *enim, ut canit ille Græcus,* κρείσσονές εἰσι μόρου. Britan. in Cantio. pag. 233.

gines, mores, inſtituta, reconditaſque Antiquitates è ſpiſſis tenebris, quibus per tot ſecula delituêre, erui poſſe ſine ope luminis, quod ſermonis eorum, tum qui primæ hujus inſulæ Incolæ & quaſi Aborigines erant, tum qui, illis in Occidentalibus Angliæ plagis protruſis, illorum ſedes occupârunt, cognitio earundem ſedulo inveſtigatori affundit, utriuſque linguæ tam Britannicæ quam Saxonicæ uſum ſibi familiarem reddidit, & præter Authores omne genus Græcos & Latinos, qui ab omni ævo, ex quo hic quaſi alter Orbis detectus fuerit, & quibus vetuſtas authoritatem conciliavit, de Britanniâ quippiam vel ex induſtriâ vel obitèr meminiſſent, excuſſos, Patrios Scriptores, alioſque, quos ex Archivis, Tabulariis, & Bibliothecarum penetralibus nondum cujuſquam aut induſtria aut curioſitas in publicam lucem protuliſſent, conſuluit. Ante omnia verò, cum Chorographiam Britanniæ, in quâ urbes, montes, fluvios, promontoria, ſingularem regionum ſitum, & quicquid inibi memorabile exſtat, quod antiquitati illuſtrandæ conducat, eſſet deſcripturus, animo potiſſimùm meditari cœpiſſet, (Genealogicis, quæ non ex profeſſo ſed ex accidenti tractavit, cæteriſque ejuſmodi παρέργȣ & appendicis vice habendis) *Ptolemæi Geographica*, *Itinerarium Antonini*, *& utriuſque Imperii Notitiam*, quatenus ad Britanniam ſpectant, diligenti manu verſavit. Abſque his ſubſidiis, opus iſtud difficile & intricatum vel levi cogitatione attentâſſe, intolerabilis audaciæ & veſaniæ fuiſſet argumentum. Denique, cum in vulgatis illius inſigniſſimi *Itinerarii*, quo Urbium cæterarumque ſtationum nomina, earumque à ſe invicem diſtantia intervalla continentur, editionibus infinitos penè errores occurriſſe deprehendiſſet, de variis lectionibus è codicibus MSS. ubi ubi deliteſcentibus, colligendis maximè ſolicitus erat, eâque de causâ, amicos quotquot domi, vel in Gallia, Belgio, Germaniâ, aut alibi habuit, frequentibus literis conſuluit, ut illorum ope, quod erat

præcipua inſtituti pars & quaſi fundus, certior & exploratior Britanniarum notitia haberetur.

Camdenus non ex aliorum obſervationibus, ut quorundam mos eſt, ſapere, & Angliam inter ſubſellia diſcipulorum, aut in Muſæo circino metiri contentus, uti olim, poſtquam reliquiſſet Oxonium, cum incerti laris eſſet & magis ſui juris, Amicorum beneficentiâ adjutus, ita quando pro more feriari licuerit, extra Urbem ſeſe proripiens, Provincias petiit, Romanorum vias, manſioneſque militares, caſtrorum oppidorumque rudera, & Antiquitatum, ſi quæ alicubi locorum ſupereſſent, veſtigia diligentiùs & curioſiùs exploraturus, donec univerſam ferè Angliam, variis itineribus ſuſceptis peragratam, maximo cum fructu & delectatione oculis pedibuſque luſtrâſſet. Omnes, quibus compertum erat (& nemini ferè id erat incompertum) Camdenum hoc opus moliri, laudatiſſimos hoſce labores, longè antequam ederetur, in illuſtrandâ Patriâ impenſos gratulati ſunt: hoc erat omnium in votis, etiam exterorum, Mercatoris, & Ortelii præſertim, veteris Geographiæ maximi Inſtauratoris, qui, cum coràm Londini adeſſet, ut id faceret Camdenus, non tam ex affectu, quo illum complexus eſt, quam ex judicio ſuaſit ſuâque authoritate obtinuit. Non votis, non conſiliis, non monitis, non precibus, imo non convitiis amicorum, quaſi tum ſibi, tum dulci Patriæ alitèr eſſet defuturus, erat obſiſtendum.

Ut de Camdeno apud ſuos, ita apud exteros percrebuit fama; non proletarios dico Scriptores, qui in infimâ claſſe eruditæ caveæ ſubſidebant, ſed qui primas tenentes, utpotè dignitate ſummâ & politioris literaturæ juriſque ſtudiis feliciſſimè conjunctis maximè conſpicui, publicis rebus adminiſtrandis admovebantur, quos amicos & fautores nactus eſt. E quibus non ſine piaculo prætereundus eſt Vir præclariſſimus, Barnabas Briſſonius, Senatûs Pariſienſis Princeps, eò quòd Camdenus ipſe, tum in Memoriali, quam de

ſe præcipuiſque vitæ accidentibus reliquerat, chartâ, tum in additamentis, quæ Annalibus ſuis R. Eliſabethæ, longè poſt tragicam & maximè deplorandam illius, eminentiſſimæ dignitatis, & longè meliore fato digniſſimi viri mortem ſcriptis, & pòſt diligentèr reviſis, propriâ manu inſeruit, de ipſius amicitiâ meritò ſibi viſus eſt gloriari. Dum enim ab Henrico III. Galliarum Rege, ad conſummandas, ſi fieri potuit, inter Reginam Eliſabetham & Ducem Andinum fratrem ejus, qui præſens aderat, nuptias ſplendiſſima legatio anno M. D. LXXXI. mitteretur, inter illuſtres Viros, ad id muneris ſummo cum utriuſque gentis honore & decore exſequendum, qui Regalem Procum comitarentur, ſelectos, erat Briſſonius, illis conſultationibus prudentiâ ſuâ & gravitate morum non leve momentum additurus. At quis crederet, Virum tantâ dignitate conſtitutum, qui juri dicundo in auguſtâ Curiâ apud ſuos præfuit, tot maximi momenti negotiis, in quibus ſalus populorum continebatur, implicitum, Principum alloquiis aſſuetum, conviviis & haſtiludiis exceptum, vix per ſuos, vix per nobiliſſimos Angliæ Proceres ſui juris manentem, relictis Aulicis honoribus & oblectamentis, umbratici viri & pulvere Scholaſtico obſiti, nondumque triceſimum ætatis annum egreſſi, qui ex humili vivendi genere tanti Hoſpitis pro dignitate ac merito excipiendi vix capax videretur, amicitiam velle expetere? At id mitiſſimum Briſſonii, qui præclaras illas animi dotes, quas in ſe habuit, in aliis, ubicunque repeeriſſet, ex innatâ bonitate & colere & admirari ſolebat, ingenium permiſit; id quoque Camdeni virtus & eruditio promeruerunt. Ita inter ſeſe, quis ſuperiores partes laturus ſit, ille humanitate, hic modeſtiâ, certantes, de re literariâ, quaſi, licet ſtatu vitæ maximè diſſimili, ex ſimilitudine tamen ſtudiorum pares redditi, familiares miſcuêre ſermones; nec dubitandum videtur, quin Briſſonius

ſonius hunc ſaltem fructum ex itinere ſuſcepto, licet res, quarum de causâ in Angliam ventum fuiſſet, malè ceſſerint, ſe reportaſſe agnoverit, quòd Camdenum & noſſe & de illo benè mereri licuiſſet.

Non hoc aucupio laudum, non favore Magnatum, non applauſu elogiiſque amicorum delinitus, ille ſui maximè omnium ſeverus judex, in ſcenam prodire voluit; adhuc enim animi dubius, an exſpectationi de illo universìm conceptæ aliquo ſaltem modo reſpondere, & Chorographi, ſi non ſummè perfecti, ſaltem boni & induſtrii perſonam, quod maximè propoſuit, ſuſtinere potuerit, Britanniæ ſuæ editionem neutiquam maturavit. In opere enim tam vario, & argumenti ferè infiniti, diù deliberandum: dum omnia acri, quo pollebat, judicio verſat, multa ſubindè occurrunt, quæ accuratiorem limam merentur, alia ex aliis eliciuntur, de quibus antea non erat cogitatum, quæ moram injecêre. Igitur nova itinera ſubeunda, foruli Bibliothecarum denuò excutiendi, amici iterum iterumque conſulendi, Munſterus, Ortelius, Lipſius, Surita, Opſopæus, Velſerus, aliique Antiquitatum & Geographiæ peritiſſimi, qui ut quæſitis per epiſtolas ſatisfiat, pro eximio erga bonas literas, erga Camdenum amore, operam ſedulam lubentes dedêre.

Tandem exacto decennio, liber ab omnibus rei Antiquariæ ſtudioſis expetitus, viro maximo D. Gulielmo Cecilio, Baroni Burghleio, cujus prudentiſſimis conſiliis maximam felicitatis, quâ ad vicinarum uſque gentium invidiam, frendentibus fruſtraque obnitentibus inimicis, per tot annos ſub Eliſabetha gavisa eſt, partem debuit Anglia, inſcriptus, anno M. D. LXXXVI. prodit; nec iſte fœneratricem exſpectationem, quam univerſi conceperant, quod non rarò accidit, fefellit. Quanto autem pretio habitus, quam amantiſſimis ulnis exceptus, quamque avidiſſimis

oculis

oculis perlectus fuerit, nova editio anno sequenti, dein aliæ anno M. D. XCIV. M. DC. (præter eas semel iterumque in Germaniâ factas) & denique anno M. DC. VII. Londini, quæ totius operis perfectionem consummavit, satis indicant. Cum enim opus ejusmodi ex argumentorum, quæ in illo tractantur, varietate continui incrementi capax sit, & tam ingenti rerum hactenus incognitarum, quarum origo aut obscura aut incerta, copiâ & apparatu referciatur, nemo, qui de hisce studiis rectè, & prout par est, judicandi facultate pollet, errores, si qui in primis editionibus reperirentur, non ex levitate & inconstantiâ mentis, non ex præcipiti insulsas & nulli fundamento innixas conjecturas venditandi audaciâ aut inani pruritu, sed ex defectu debitæ authoritatis aut mentis non semper attentæ variisque cogitationibus distractæ lassitudine admissos, qui vel vigilantissimo obrepere possint, exprobrare, aut illud omnibus numeris nondum fuisse absolutum mistis querelis mirari debet. In hoc fœcundi ingenii partu pulchra quidem lineamenta apparuêre, & nullo vitio distorta compages, quibus novos colores integrumque vigorem inductura esset maturior ætas. Hoc nempe erat plurium annorum & cumulatioris experientiæ negotium, ut lucubrationes istæ, sæpe repetitis curis recognitæ, limâque accuratiori perpolitæ, novis auctariis in justam decoramque molem demùm crescerent. Omnes tamen Camdeni, quæ in quolibet doctrinæ genere, quaquaversum scientiarum artiumque circulus patet, sese explicavit, industriam, excelsum ingenium, methodum accuratam, elegantiam & puritatem sermonis, Historiæ abstrusioris enucleationem, felicissimam Antiquitatum indagationem, incomparabilem modestiam, ne minimâ quidem ostentationis labe deturpatam, potissimùm vero solertiam & judicium nullibi desiderandum, quod totam molem instar animæ agitans, cæteris ornamentis gratiam,

vires,

vires, vitamque infundit, obſtupuêre; ita ut præclariſſimorum hujus & ſuperioris ſeculi virorum ore, tanquam Patriarum Antiquitatum & Britanniæ Hiſtoriæ optimus illuſtrator, elogiis planè invidendis, quæ tamen intra rectum verumque ſteterint, celebraretur. Hæc nimirum erat præcipua & quaſi propria Camdeni laus, illum plus de Britanniâ, quam de illo Britanniam, ſcriptis in omne ævum victuris meruiſſe. Hoc in ſingulis ferè Epiſtolis, quas jam publici juris facio, elucet, ſeque vel maximè incurioſi Lectoris oculis ubique ingerit: è quibus unicum ſolum elogium, quod illuſtriſſimus Thuanus, ipſe quoque omnium ſeculorum memoriâ ac famâ longè digniſſimus, quem incorrupta fides ampliſſimæque dignitatis apex à ſordidæ adulationis vitio reddiderat alieniſſimum, non tam blando erga Amicum affectu, quam judicio & juſtiſſimâ meritorum æſtimatione ductus, (i) protulit, hic exſcribam & citabo.

(i) Epiſt. LXXI. Pag. 97.

Ad tuam Britanniam venio, opus omni meâ prædicatione majus, in quo fidem, diligentiam, judicium, & candorem ſimul licet admirari, quantum in nullo alio, qui ſimile opus aggreſſus eſt.

Cætera, quæ in eruditiſſimorum Virorum ſcriptis exſtant, elogia, ne Hiſtoricæ narrationis, illis hîc loco non ſuo inſertis; interrumpatur ſeries, ad finem commodiùs reſervabuntur.

Inter tot ingeſtas amicorum laudes & gratulationes, quaſi iiſdem pectus impervium habuiſſet, innatam animi modeſtiam retinuit Camdenus, minimè elatus, aut magna de ſe ſentiens: parum verò honorum appetens, deque juventute Anglicanâ benè merendi cupidiſſimus, modicâ ſorte, quam in Scholâ Weſtmonaſterienſi jam per multos annos obtinuerat, contentus, adhuc Pro-Magiſter manſit, ab iſthoc laborioſo munere neutiquam abſtrahendus. Sed quid valent nuda & inania laudum præconia? Ille felicitatis

licitatis in isthoc secessu, quo, si per alios licuisset, erat consenescendum, ex æquabilitate animi securus, nulloque aut ambitionis aut avaritiæ œstro percitus, sui plus æquo negligentior: Amici non item, ut seculum apud posteros absolverent, quasi optimè meritos, inter quos Camdenus jure recensendus, neglexisset. Biennio enim post primò editam Britanniam anno scil. M. D. LXXXVIII. illum admodum reverendus P. Joannes Piersius, tum temporis Sarisburiensis Episcopus, (k) ad Præbendam Ilfarcombæ in agro Devoniensi sitam, inque istâ Cathedrali Ecclesiâ fundatam, per Procuratorem 6. Februarii 158 8/9. mox installandum, promovit, tum ut hoc reditu addito foverentur studia, tum ut nova hæc dignitas amplioris securæ esset quasi præludium & arrha. Hanc verò dignitatem ad mortem usque retinuit Camdenus, authoritati spirituali ejusdem sedis per varias successiones Episcoporum paritèr subditus, ac si sacris ordinibus fuisset initiatus: unde cum ab admodùm reverendo Patre Roberto Abbotto Episcopo Sarisburiensi, istius Ecclesiæ generalem visitationem feriis Pentecostalibus anni M. DC. XVII. inceptaturo, unâ cum cæteris Canonicis ad comparendum juberetur, literis sancti obsequii plenissimis v. Maii datis, eò quòd per ingravescentis ætatis (ferè enim erat septuagenarius) infirmitates iter illud aggredi sine maximo incommodo non liceret, facilè impetravit, ut Procurator ejus vice admitteretur.

(k) E Registro Penrud. pag. 9.

Vergente ad finem anno M. D. XCII. animo studiis obstinatè intento, corpus tot laboribus & vigiliis impar, nocturnisque lucubrationibus fatigatum & penè obtritum, quæ hactenus bona & integra constitisset, valetudo destituit, illudque febris quartana, longa & importuna comes, occupavit, quæ altè in medullis latens, non nisi post sesquiannum & quod excurrit penitùs (sæpe enim pro natura ipsius alexipharmacis debilitata, vires remiserat) expelli & fugari potuisset. Ægrotante Camdeno,

quasi Reip. literariæ salus pariter quoque periclitaretur, ingentemque jacturam passura esset Anglia, si illum in ipso ætatis vigore jam medio stadio, procul adhuc, uti sperandum erat, à metâ, laudabili & decoro gressu decurrentem mors stravisset, Amici metu perculsi, ne quid humanitùs accideret, doluêre, de illius salute, quam omnibus modis vellent redemptam, maximè soliciti, & verè συμπάσχοντες; illumque hoc minaci morbo laborantem, Medici consiliis, etiam qui aberant, (nam illos quoque, praesertim celeberrimum Casum Oxoniensem hæc solicitudo tetigit) omnes verò calidissimis votis importunisque precibus ad Deum Opt. Max. adhibitis, adjuverunt. Post, & Camdeno & Patriæ restitutam sanitatem exultanter quidem, & tanquam communi beneficio accepto triumphantes, gratulati sunt.

V. Epist. XLI. p. 49.

Mortuo viro doctissimo Edwardo Granto, S. Theologiæ Doctore, qui Regiam Scholam Westmonasteriensem diu rexerat, mense Martio M.D.XCIII. in ejus locum suffectus est Camdenus, quo nemo dignior, si longæ per duodeviginti annos in eâdem palæstrâ exercitationes ex æquo jus ad succedendum non dedissent, cui illius præfectura demandaretur. Hîc metam & terminum laborum, hîc votorum summam attigisse visus est Vir modestissimus. Quid enim gloriosius ab ejusmodi moribus prædito, qui aliis benefaciendo publicisque commodis inserviendo, se totum impenderat, mente concipi aut fingi potuit, quàm Nobilissimorum Adolescentium, qui prudentiâ, consiliis, fortitudine, ac domi forisque præclarè gestis Patriæ gloriam essent propagaturi, mores & ingenia virtutum & doctrinæ præceptis formare, & isti Seminario, quod ipsius summâ curâ excultum, tot Præsules & Theologos in Ecclesiæ Anglicanæ bonum esset producturum, præesse? Interea temporis Amici longè majora optarunt voveruntque: inter hos reverendus admodum Pater & Do-

Dominus, D. Tobias Matthæus Episcopus Dunelmensis, postea in Archiepiscopale provinciæ Eboracensis solium sub Jacobo I. assumptus, ([1]) qui nuncio accepto, mox gaudium, affectum, & amorem, quo erga Camdenum ferebatur, literis gratulatoriis perquàm benevolè testatus est, dicens, *illum hoc longè anteà, imò decies plus meruisse*, operâ quoque ultrò oblatâ, si usui quoquo modo esse posset; quod tamen timidè fecit, quasi retractaturus, cum ipsi in mentem venisset, maximæ apud Reginam authoritatis Viros, quibus Camdenus erat in deliciis, id longè meliùs & auspicatiùs præstituros.

([1]) Epist. xliv. pag. 53.

Anno M. D. XCVII. iterum ægrotavit Camdenus, & longè periculosiùs, non jam deinceps constanti & integrâ, sed planè incertâ, morbisque, iis quoque gravissimis, subindè interrumpendâ valetudine fruiturus.

Grammatica Græca ab ipsius venerando Decessore, quocum per aliquammultos annos concorditèr & amantissimè vixerat, olim composita, hactenus in Scholâ Regiâ obtinuerat, cujus rudimenta, cum multâ ex parte laborarent deficerentque, neque satis facilem certumque ad penitiorem istius linguæ, sine quâ vel ipsa Roma βαρβαρίζει, & cujus ope prisca fides & religio, elaboratis Scholasticorum tricis horrendum in modum oppressa, offuciisque superstitiosis deturpata, vindiciis secundum libertatem postulatis, pristinæ integritati & puritati restituitur, cognitionem aditum sternerent, illa non tam reformanda, quàm de novo instituenda censens Camdenus, observationibus, quas ex Græcis omne genus Scriptoribus acri judicio & longo usu collegerat, sub severum examen revocatis, Grammaticam novam, non soli Scholæ, cui præerat, sed universis per Angliam Scholis deinceps inservituram, eodem anno edidit, eamq;facilem & compendiariam,methodo optimâ regulisq; certis & necessariis adeò instructam, ut aliis subsidiis opus non habeant pueri, qui primis labris illius linguæ elementa

deguſtare cupiunt, & ἀμύητοι, elaboratis iſtiuſmodi inſtitutionibus, quales à quodam è literatiſſimis Succeſſoribus poſt aliquot annorum luſtra congeſtæ, in uſum Myſtarum relictis. Ita præſagâ mente, ſi Scholæ fortè, diſponente Deo, Amiciſque urgentibus, tandem aliquando valedicendum fuerit, iſtud egregium diligentiæ ſuæ in munere adminiſtrando monumentum, quod nulla delebit dies, relinquere voluit. Camdenus hâc ſorte, ut ipſi videbatur, ſatis felix, Magnatum benevolentiam artibus adulatoriis neutiquam captavit, illorumque limina frequenti itatione inter officioſos clientes non trivit, Deo, ſibi, & Muſis vacans, inque rem literariam poſteris profuturam maximè intentus, non domeſticam, licet illa præter exſpectatum creverit, in publicos quoque uſus demum impendenda; dignus tamen omnium præter ſui ipſius judicio, qui in ſubliminori loco extra ludum, in quo tamdiu incluſus fuiſſet, ubi ingenii, ſolertiæ, & judicii dotes in rebus fructuoſioris, ſi quod ſit, momenti enodandis explicaret, honorificum & nobile otium nactus, collocaretur. Commodo autem non multo pòſt ſeſe Amicis obtulit occaſio, quam à longo tempore expetiiſſent, demonſtrandi, quanti illum & illius ſtudia fecerint. Mortuo enim V. Cl. Richardo Leigho, Rege Armorum titulo Clarentio, apud Reginam Eliſabetham, cujus gratiâ & favore in primis floruit, maturè aliis honorem prærepturus, interceſſit illuſtris Vir D. Fulco Grevillus, Claſſis Regiæ Theſaurarius, ut Camdenus in illius locum adſciſceretur; ille interim † prorsùm inconſultus & planè inſcius, qui ne vigilans per modeſtiam, neque per ſomnium quidem illud mente concepiſſet. Regina, optima meritorum remuneratrix, quantum de ſe, quantum de Patriâ meritus fuerit Camdenus, & quod ſapientiſſima Fœmina in diſponendis conferendiſque, uti vocant, *officiis*, potiſſimùm ſpectabat, quam provinciæ, cui erat præficiendus,

Obiit 23 Sept. 1597.

† V. Epiſt. CXCV. p. 247.

ciendus, ornandæ omnino par esset, satis convicta, benignè annuit. Quod tamen primò illustrissimo Domino, D. Burleio, qui omnia in Aulâ potuit, (m) & quem sibi toties faventissimum antea expertus fuerat Camdenus, non parùm displicuit; non quòd Vir ille maximus Camdeno suo iratus, jam abalienatis affectibus illi hunc novum honorem invidisset, sed quòd, ope illius non prius petitâ, neglectus videretur. Extemplò enim acceptis à Camdeno, Aulicis artibus inassueto, quibus ab hac spreti posthabitique patrocinii, quasi diffisus illi, in aliorum se recepisset clientelam, suspicione sese purgavit, literis placatus, illum solito amore amplexus est.

(m) *Proximè hoc Alterynnis aquis quasi insula amnica circumfunditur, quæ antiqua sedes veteris & equestris familiæ Sitsiltorum sive Ceciliorum, unde honoratissimus mihi Patronus, omnibus virtutis, prudentiæ, & nobilitatis ornamentis instructissimus, D. Gulielmus Cecilius, Baro Burleius, & summus Angliæ Thesaurarius, stemma duxit.* Britan. in Comitatu Herefordiensi. pag 470.

Collegium Fecialium, in quod cooptandus erat Camdenus, juxta formam, quæ propemodum hodiè obtinet, instituit & literis patentibus secundo Martii die primo Regni anno 1484.
Westmonasterii datis stabilivit Richardus Rex tertius, & postea R. R. Philippus & Maria novo diplomate apud honorem de Hampton-Court, decimo octavo Julii die annis regnorum suorum primo & tertio signato, ædibus Derbei- 1555.
ensibus ipsis & successoribus in illorum perpetuum usum assignatis, confirmârunt: quod constat ex tribus Regibus, sex Heraldis, & quatuor Prosecutoribus, quorum singuli propriis titulis insigniuntur hoc ordine; Garterius sive à periscelide, Clarentius, sive in Australibus Angliæ provinciis, & Norreyus, in Borealibus ultra Trentam regionibus, armorum Reges; Heraldi, Eboracensis, Lancastriensis, Windsoriensis, Richmondiensis, Somersettensis, & Cestriensis; *Poursuivants* sive Prosecutores, *Rouge croix* sive à rubrâ cruce, *Blew-mantle*, sive à cæruleo mantelio, *Rouge dragon*, sive à rubro dracone, & *Portcullis*, i. e. à cataractâ sive à portâ demissoriâ nuncupati. Interdum

dum alii Heraldi & Prosecutores constituuntur extra vices ordinarias, suis quoque distinctis titulis insigniti, qui cæteros aut adjuvent, aut iis quoquo modo cedentibus succedant.

Hi verò omnes authoritati & mandatis Comitis Marescalli Angliæ subsunt. Quæ summa dignitas pro arbitrio Regum nostrorum olim collata, à Thomâ de Brothertoniâ, in cujus hæredibus Rex Edwardus II. frater illam fixerat, jure successionis ad Thomam Moubraium Nottinghamiæ Comitem devoluta, à Moubraiis in illustrissimam Howardorum familiam transibat. Thomas autem Howardus, Dux Norfolciæ, læsæ majestatis anno M. D. LXXII. postulatus, cum vitâ avitos honores & dignitates simul amisit: post cujus triste fatum ad dignitatem illam Georgium Talbottum Salopiæ Comitem, illustrissimis majoribus, quorum nomina in Annalibus Angliæ in omne ævum, quamdiu virtuti, sive morali, sive bellicæ, sive politicæ, debitus constabit honos, celebrabuntur, editum, sibi soli tenendam, (non enim fecerat hæreditariam) promovit Elisabetha, jam per Ducis Norfolciensis *attincturam* libera, & ex jure ad libitum disponendi potens. Talbotto versus finem anni M. D. XC. demortuo, hoc tempore auctoramento Regiæ potestatis per *commissionem*, uti loquuntur, magno Angliæ sigillo munitam delegatæ, istud munus administrantes illustrissimi Viri, D. Gulielmus Cecilius supradictus, Angliæ Thesaurarius, & Carolus Howardus, Nottinghamiæ Comes & Angliæ Admirallus, Camdenum primò Heraldum titulo Richmondiensem (pro more enim solenni nemo in supremum illius Collegii ordinem, nisi ex Heraldorum propriè sic dictorum numero, adsciscì solet, uti quisque in venerabilem Judicum consessum admittendus, *Servientis ad legem* gradu, si illum nondum sit adeptus, in antecessum decoratur) in Palatio regio Westmonasteriensi Octobris xxii. deinde proximo die, qui erat Dominicus, viz. die xxiii. Anno Christi M. D. XCVII.

M. D. XCVII. anno xxxix. Elisabethæ R. exeunte, Clarentium constituerunt, sive, ut verbo forensi, licet parum Latino, quod supra feci, utar, creârunt; ritibus cæremoniisque solennibus ritè & pro more adhibitis: licet eodem tempore, (n) quod frustra objecerat malevolus quidem mox nominandus, literas patentes non acceperit; paucis diebus, quod non rarò hâc ipsâ in re fieri solet, necessariò interpositis, antequam illæ sub formâ juris, quæ longiorem post se moram traxerit, expedirentur.

(n) Lib. 2. Partitionum in Archivis Collegii Heraldorum. fol. 116.

Hanc splendidam dignitatem omnes boni Camdeno gratulati sunt, qui jam ex umbrâ in apricum eductus, & inter Proceres Magnatesque Regni in Aulâ festis solennioribus pro ratione muneris subinde visendus, idem tamen suique similis perstabat: eadem mentis, nullis honoribus, blanditiis nullis corrumpendæ, modestia in moribus eluxit: animus quoque ad studia alacrior vegetiorque. Ex hoc enim novo vitæ genere ille ab ærumnis molestiisque Scholæ immunis, & libertate quasi donatus, maximè sibi in lucro posuit, quod jam in Musæo aut rure longiorem moram facere, jam horas usuramque temporis, prout lubebat, impendere, jam literario cum Amicis, sive in Angliâ sive alibi terrarum, commercio commodiùs uti, frui, jam Angliæ provincias diligenti pede remetiri, & curiosis oculis iterùm lustrare licuerit. Camdenianæ dignitatis fulgorem invidiâ, quæ est pusillorum ingeniorum pestis, & consummatæ virtutis assidua comes, percitus, limis suis oculis sustinere non potuit Radulphus Brookus, Heraldus titulo Eboracensis, qui magnificum & celebre illud munus, quod ex nimiâ sui æstimatione tanquam sibi debitum arrogaverat, obtinendi spe frustratus, invidiâ mox in rabiem & furorem conversâ, fictitium istud dedecus, quo se onustum perperam credidit, alienæ laudis jacturâ ulcisci in animum his malis affectibus exulceratum induxit. Non virtutis, non meritorum, non candoris Camdeniani, quem ipse quo-

que

que expertus est, fama ipsum emolliverat. Duobus enim annis in hoc ingratissimo opere, quod virum ingenuum & probum dedecebat, ne sine ratione insanire, aut absque omni umbrâ & specie veri calumniari videretur, impensis, tandem librum vernaculo sermone conscriptum illiberalibus putidisque convitiis refertissimum, linguâ vernaculâ, anno M. D. XCIX. h. e. tredecennio post primò editam Britanniam, nullâ imprimendi facultate impetratâ, suppressisque in primâ paginâ Typographi & Bibliopolæ nominibus, furtim extrudit.

Iratus nimirum Camdeno, quod nondum in dignitate Heraldicâ constitutus, in Britanniâ suâ Genealogicis sese immiscuerit, quasique sacra hæc illotis profanisque manibus temerâsset, *errorum, qui prosapiis & antiquæ Nobilitatis hujus Regni successionibus fraudi & præjudicio fuerint in valde celebratâ Britanniâ, detectionem*, (hic enim erat famosi libelli titulus) in se suscepit; nec hoc contentus, cum ipse aliarum Antiquitatum extra suam artem esset imperitissimus, omnisque politioris literaturæ, imò & linguæ Latinæ rudis, Camdeno plagii dicam in reliquis Britanniæ partibus impingit, quasi V. Cl. Johannis Lelandi scrinia, sacrilegâ manu compilasset. Cujus solius authoritate fultus, * Scriptor quidam ex nostratibus, utinam ob mentis solertiam & judicium pariter ac ob ingenium & industriam commendandus, eandem calumniam credulè reque penitùs inexploratâ arripit. Veruntamen bona Camdeni existimatio solidioribus innixa erat fundamentis, quàm ut his machinis expugnari nedum lædi potuerit.

* In Historiâ Ecclesiasticâ Britanniæ, (hoc enim magnifico titulo istam Rhapsodiam insignire placuit) libro 5. pag. 198.

Ille vero Vir optimus & eruditissimus, ne famæ, quàm probum decuit, negligentior esse haberetur, & se & innocentiam suam contra injustas hujusce egregii Calumniatoris criminationes, editâ in appendice ad finem quintæ editionis Britanniæ, Ann. Christi M. DC. quam serenissimæ Reginæ Elisabethæ, Patronæ indulgentissimæ, & felicitatis suæ

ſuæ ſecundum Deum Authori, dedicavit, reſponſione tueri feſtinavit. Vindiciis ſanè operoſis, multiplicique eruditione refertis, origineſque & hiſtorias nobiliſſimarum familiarum è ſpiſſis tenebris novâ & exquiſitiori indagine erutas complectentibus, omnibus harum rerum ſtudioſis adeò plenè erat ſatisfactum, ut ſive occaſionem hanc ſive penſum, quod malo animo irrogaverit Adverſarius, novas gazas ex Antiquitatis penetralibus explicandi Camdeno gratularentur. Ille enim, cum has de Principum Nobiliumque ſtirpibus & genealogiis, quæ ad illum, in Chorographiâ Britanniæ cæteriſque ex Romanorum Hiſtoriis antiquitatibus illuſtrandis, ut ſupra dixi, maximè occupatum, minùs ſpectare viderentur, diſquiſitiones levi prorſus manu tetigiſſet, jam ex quo in ſupremum Fecialium ordinem adſcitus fuerit, rem Heraldicam ſtudioſiùs tractare officii ſui & muneris eſſe duxit: quod ex hâc Apologiâ aliiſque Collectionibus magni momenti, jam in Archivis Collegii reperiendis, quas Succeſſoribus ſuis utendas ultimis tabellis legavit, abundè conſtat.

Non opus eſt, ut multis agam, curioſum Lectorem ad illam Apologiam amandaturus; pauca tum indè, tum aliundè collecta, ad vindicandam Camdeni ab horum atrocium criminum reatu innocentiam, hic apponere ſatis & fortaſsè plus quàm ſatis erit.

In hiſce vindiciis Camdenus à miti ingenio, quod à naturâ inditum ſuaviſſimi mores & religio conſummaverant, non ſibi diſcedendum eſſe, licet falſis obtrectationibus irritatus, voluit, non quid meruerit procax æmulus, non alio nomine quàm *Antiphili* dignoſcendus, utpote quem proprio cognomento dignari generosè recuſavit, ſed quid ſibi ſuiſque moribus conveniret, repoſiturus. Hallucinationes, ſi quæ fuerint admiſſæ, quod in iſthoc intricato & vario opere adeò proclive erat, & vix à quoquam vel oculatiſſimo effugiendum, meliora monitus, gratus

 agnovit:

agnovit: paritèr *Antiphilum* multa malitiosè in alium ſenſum malè intelligendo detorſiſſe oſtendit, inſignem verò ejus oſcitantiam & planè obſtupeſcendam, niſi induſtriam prævenìſſet in Camdenum furor, qui menti tenebras ſolet offundere, non tam malevoli Cenſoris, quem alitèr ſilens contempſiſſet, quàm aliorum, quorum curioſitati iverit conſultum, causâ, nudè & verè, à convitiis retorquendis alienus, crebris exemplis repreſentat; & quicquid erat ambiguum obſcurumque ex Originalibus Chartis manuſcriptis, quarum authoritati neutiquam erat refragandum, firmat & illuſtrat. Exprobravit quoque Brookus Camdenum quorundam Heraldorum ſcripta vidiſſe, illorumque operâ non parùm adjutum. Quid ſi? Num verò ille è ſpoliis alieno ſudore partis triumphandi materiem ſurripuit? num illos, per quos profecerit, invidus & ingratus noluit profiteri? Hoc erat à Camdeni genio & moribus, ſi quod unquam flagitium, maximè alienum. Ubique enim per totam Britanniam ſuam Viros clariſſimos, qui illum quoquo modo adjuverint, & qui ſibi in Genealogiis indagandis lumen aliquod prætulerint, præcipuè (o) Thomam Talbottum in Chartophylacio Actuarium, & Robertum Gloverum Heraldum Somerſettenſem, ſtirpium Genealogicarum & ſucceſſionum peritiſſimos, quos ſummo in honore habuit, debitis elogiis proſecutus eſt. (p) Gloverum enim appellat *virum maximum & nunquam ſatis laudatum Heraldum*; uti anteà in * Britanniâ, *Artis Heraldicæ ſtudioſiſſimum peritiſſimumque in Fecialium Collegio, qui Somerſetti titulum geſſit, Robertum Gloverum.* Huic elogio tanquam veriſſimo & Gloverianæ eruditioni ac virtutibus maximè debito ſuffragium quoque tulit vir ſummus, D. Gulielmus Dugdallus, primarius Armorum Rex

(o) In hâc Comitum ſucceſſione, ut ingenuè fatear, per quem profecerim, Thomam Talbottum in Chartophylacio Actuarium diligentiſſimum, & antiquitatis noſtræ ſcientiſſimum, mihi magnum lumen prætuliſſe libens meritò hîc agnoſco. Britan. de Tribunalibus Angliæ pag. 32.

(p) In defenſione pag. 6.

* In Comitatu Bercherienſi, pag. 209.

Rex, titulo Garterius, ſive à Periſcelide ordinis S. Georgii denominatus, cujus memoria non tam ob amicitiam, quâ me à multis annis complecti, illamque epiſtolis ſubinde ſcriptis fovere dignatus eſt, quam ob indefeſſam induſtriam & ſolertiam, quæ tot ingentibus voluminibus Patriam imò & univerſam Remp. literariam ditavit, ob fidem difficillimis temporibus flagrante bello civili R. Carolo I. præſtitam, egregiaſque animi dotes, ſemper dum vixero, apud me chara & ſacra erit; cui cum in familiari, quod de re Antiquariâ & Hiſtoricâ pro more habuimus, colloquio dixiſſem, me non potuiſſe ſatis mirari ne dicam indignari, neminem è Fecialibus hiſtoriam Collegii celebriumque virorum, qui à primis fundationis temporibus illic floruerant, vitas deſcribendas in ſe ſuſcipere velle, & ſic, dum aliorum famam, multâ nocte adopertam, quia novo egent Illuſtratore, in ſeram poſteritatem propagando, ſuam immortalem reddere: (quod flagrantiſſimis votis millies optaverim, nec efflagitare adhuc deſiſtam) ille ſine morâ acritèr, at ſeriò quidem, reſpondit, ſe in iſthoc vegrandi numero duos tantum pro *verè magnis* habere, *Gloverum*, & *Camdenum*; cujus ſententiam hac molli interpretatione explicare placuit, cæteros Feciales, ut ut illuſtres & merito ſuo æſtimandos, quanti quanti tamen fuerint, ipſo cenſente, duobus illis viris præſtantiſſimis, quos admirari ſolitus erat, longè inferiores eſſe.

Gloverus ſanè omnes, quotquot illum anteibant, in ejuſmodi ſtudiis diligentiâ incredibili & acri ingenio ſupergreſſus, præmaturâ verò morte exſtinctus, ingentes Collectaneorum acervos nondum in formam ſeriemque juſtam & perfectam digeſtos reliquerat, quos cum maximi faciendos illuſtriſſimus G. Baro Burleius, qui Viro eruditiſſimo magnoperè favebat, comperiſſet, pecuniis numeratis redemit. Hos autem Camdeno benevolè communicavit, ut inde quod ornando operi, quod jam iteratâ vice vel ter-

tium edendum erat, usui esse posset, excerperetur. Hinc illæ querelæ, illæ vociferationes, calumniæ illæ impactæ, quasi laudes Gloverianæ industriæ debitas in se transcripsisset Camdenus: quod meram calumniam esse & purum putum mendacium, & novit D. Cecilius, & quotquot Gloveri chartas, quæ in Collegii Archivis postea erant repositæ, viderint, agnoverunt. Gloverus librum de *Nobilium Anglorum stirpibus* linguâ Latinâ inchoaverat, quem (P) Camdeno judice, miserè corruptum interpolatumque suo nomine sub titulo *Catalogi Honoris* Anglicè edidit affinis ejus Thomas Mills Cantuariensis. Ad dignitatem Heraldi Somersettensis, anno Chr. M. D. LXXI. 14. R. Elisabethæ evectus, postquam XLV annos vixisset, diem suum obiit Londini 14. Aprilis M. D. LXXXVIII. & in templo S. Ægidii juxta Cripplegate sepultus jacet.

(P) è Chartis apud D Sandfordum.

Eâdem facilitate profligata intercidit altera de chartis ineditis Lelandi deflorandis criminationis pars, quam sola calumniandi libido suggessit, à quâ omninò fuisset abstinendum, modò eas vel levi celerique oculo percurrisset iniquissimus iste Aristarchus. Sed hoc parum illi curæ fuit, modò putidis mendaciis calumniosisque fabulis in vulgus sparsis Camdeni fama, quod unicè volebat, laceraretur. Joannes Lelandus Londinensis, amore ergâ Patriam potentique naturæ genio impulsus, ad illius quoque Antiquitates illustrandas sese deditâ operâ accinxit: cujus industriam perquam laudabilem, annuâ pensione è fisco Regio solutâ, favore suo fovit Rex Henricus VIII. illumque *Antiquarii*, quo meritò gloriatus est Lelandus, titulo insignivit. Munus istud, quod dolendum est, ab isto tempore omninò desiit: licet unus & alter (vix enim plures numerantur) superbum illud *Historiographi Regii*, nescio an satis pro dignitate, nomen sustinuerint. Lelandus authoritate Regiâ communitus, iter laboriosum suscipit, Angliæ provincias circumeundo lustraturus, rudera

dera Antiquitatum ubi ubi ſedulò inveſtigat, Bibliothecaſque Monaſteriorum & Collegiorum, quas illi ubivis patere Rex juſſerat, ingreditur, antiquorum Scriptorum, tum qui exteri, tum qui domeſtici fuerint, monumenta recenſurus. In hoc itinere, quod bonas literas promovendi ſtudio obierat, ſe integrum ſexennium impendiſſe (q) in *ſtrenâ* (ita enim ſupplicem libellum nuncupavit) quam Henrico VIII. anno regni ejus XXXVII. oblatam Joannes Balæus poſteà in lucem edidit. Heic ſanè Vir minimè vanus & omni procul oſtentatione profitetur, ſe multa & magna, (putà librum de *Topographiâ Britanniæ primæ*, in quo vetuſtas etiam locorum, quorum meminiſſent Scriptores Romani, appellationes ſpiſsâ caligine obſitas in lucem eſſet revocaturus, libros *de Antiquitate Britannicâ, ſive de civili Hiſtoriâ* quinquaginta, juxta comitatuum Angliæ & Walliæ, quæ tunc temporis obtinuerat, partitionem: item libros ſex *de inſulis Britanniæ adjacentibus*, denique libros tres *de nobilitate Britannicâ*) quæ infinitam illius induſtriam, ſolertiamque, & excelſæ mentis, ad maxima quæque aſpirantis, præclariſſimas cogitationes conatuſque abundè teſtantur, moliri. Hoc ſane libentèr concedimus, Virum eruditiſſimum & maximè induſtrium in pleriſque elaborandis, ſaltem pro captu ſuo & ratione iſtorum temporum, in quibus literarum lux è Scholaſticæ Theologiæ tenebris & barbarie emergere & exoriri primò cœperat, benè & felicitèr proceſſurum fuiſſe, ſi per otium, ſi per cætera vitæ commoda, ſi per Regis Procerumque munificentiam licuiſſet. Sed proh triſtes rerum humanarum vices! proh Viri optimi deplorandam infeliciſſimamque ſortem! Non enim multo poſtquam fidem quod ſuſceperat præſtandi quaſi ſignatis tabellis obſtrinxiſſet, ſive operis promiſſi difficultatibus deterritus, ſive immenſis laboribus fatigatus fractuſque, ſive dolore nimio & melancholiâ, quod fructum induſtriæ juſtæque exſpectationi parem non-

(q) V. 2. Vol. Collectaneorum in fol. MSS. pag. 281. in Bibliothecâ Bodleianâ Oxon.

nondum percepisset, fortè oppressus, sive quacunque aliâ de causâ, abalienatæ mentis, nullis è Religione & Philosophiâ, nullis è Medicinâ petitis remediis ad pristinum sanumque statum revocandæ, ægritudinem perpessus est; vastâ interim observationum, quas in Adversaria sine ordine & properante calamo, prout ipsi occurrissent, congesserat, mole relictâ. Harum quatuor libros, ut loquuntur; in folio, & septem minoris formæ, manu Lelandi plerâque ex parte descriptos in perpetuam ipsius memoriam Bibliothecæ Bodl. Oxon. dono dedit V. Cl. Gulielmus Burtonus, famæ ob editam *Agri Leicestriensis descriptionem*, apud Antiquarios nostros notissimæ. Reperitur quoque aliud volumen Collectionum Lelandi * in Bibliothecâ Cottonianâ. Non irritabo Lelandi manes, si dixero, totum opus, quod sæpè tractavi, mirè confusum, distractum, nulloque ordine digestum, limam ubique desiderare, & tanquam corpus exsuccum, exsangue, animâque destitutum prostare. Collectanea hæc se vidisse spontè fassus est Camdenus, è quorum lectione si quid opis inde sibi accrevisset, illud gratus agnovit. Ille autem longè ante visos Lelandi codices, melioribus subsidiis, ne dicam acriori judicio & linguarum peritiâ, quâ eguit Lelandus, ad idem opus adornandum instructus, laboriosis quoque itineribus vias militares, vetera castra, urbium & oppidorum ruinas emensus, omnia Antiquitatis vestigia, cryptas, montes, convalles, fluviorum fontes, alveos, obliquosque cursus mæandrosque, maris sinus, locorum, Antonino duce, intervalla & situm, terræ dotes, incolarum mores, provinciarumque limites suopte ingenio rimatus est, relictisque rivulis, ipsos fontes petit, pristini ævi Scriptores, Archiva & Tabularia Regni, præsertim quæ in Turre Londinensi reponuntur, & librum denique Censualem, (qui *Domesyad Book* appellatur) bonamque indolem, industriam, inge-

* Sub Julio C. 6.

ingenium, judicium, ſenſum in profundiora rerum penetrantem, veritatis amorem, ejuſque explorandæ exquiſitum ſtudium ſemper ſibi ſubſidio habens, tandem poſt exantlatos XXX. annorum labores *Britanniam* ſuam abſolvit.

Aliorum obſervationibus, ſi quæ fuerint, diffiſus, oculis ſuis ſolùm credidit: à quoquam ſuffurari éque alienis laboribus famam captare ipſum planè pudebat; non tali mente præditus opus illud arduum aggreſſus eſt; uti neminem inſectatur, ita neminem debitâ laude fraudat, minimè verò omnium, Lelandum, quem non ſine præfatione honoris ſæpenumerò citat. Quantus verò fuerit Lelandus, ſi non ex editis opuſculis & Collectaneis, ſaltem ex eximio opere (quod perfectum reliquit) de *Scriptoribus illuſtribus Britannicis*, quod in publicam lucem exeat, digniſſimo, colligere licet. Ex quo Lectori curioſo, uti ſpero, non diſplicebit, ſi quod ante quadriennium in gratiam reverendi, clariſſimi, & eruditiſſimi Viri, D. Danielis Papebrochii S. J. id, cum Antuerpiæ adeſſem, rogatus, exſcripſerim, hîc apponam.

E Joannis Lelandi Collectaneorum, ſive de Scriptoribus illuſtribus, tomo quarto, in Archivis Bibliothecæ Bodleianæ Oxonii.

'Simonis Stochi inter Cantios honeſto loco nati virtutes, 'illuſtria facta, denique totam vitam multi quidem Carme'litici nominis Profeſſores poſteritati diligentiſſimè tradi'derunt. Me tamen nunquam pigebit aliquantulum la'boris in eadem re impendere, & pauca ex multis tanquam 'è copiæ cornu ſeligere. Simon igitur in ipsâ adoleſcentiâ 'ſe totum ſolitudini & virtutibus conſecravit, ſylveſtres illi 'fructus ambroſiæ dapes erant, ſcaturiens ex horridis rupi'bus aqua nectar, cavæ quercus & antra purpureus thorus.

'Unde

'Unde etiam cognomen traxiſſe fertur, quod quamvis ego
'non omninò adfirmo, ſic tamen Laurentius Burellus Divio-
'nenſis de Stocho verba faciens in libro de illuſtribus Car-
'melitis ſcribit,

'Qui latuit quercu, celſo nunc vivit Olympo;
'Nam populi ductor, doctor & ipſe fuit.

'Cumque jam longiuſculè vaſtam coluiſſet heremum, 'accepit nuncium lætiſſimum, nempe Anglos paucos, at 'benè inſtructos, è Carmelo domum rediiſſe. Audiverat 'ille quidem anteà multa de loci celebritate, & tacito ipſum 'apud ſe animo devenerabatur. Itaque maturavit, ut ſui, 'id eſt, heremitici ordinis homines Alauni vadum colenteis 'non modò videret, verum etiam conveniret. Quid longâ 'opus eſt oratione! vidit, convenit, dexteram dextris con-'junxit, denique ſe ſocium etiam creſcenti, non ſine Angli-'ci orbis tunc applauſu, religioni adjunxit. Caſta certè '& undecunque probata erat vita Anglorum è Carmelo ve-'nientium, collata tamen cum Simonis claritate viſa planè 'ſubobſcura. Illuxit hæc claritas uſque adeò in ſociorum 'ſuorum oculis, ut divinum aliquod lumen cœlitùs in ho-'minem delapſum facilè & dicerent & crederent. O tem-'pora! O mores! Ubi nunc ſunt Eccleſiæ Anglicanæ lu-'mina, quæ per totam latè inſulam veluti cœleſtia coruſca-'rent fulmina? Cognitâ autem tam manifeſtis ſignis ejus, 'ſi ita dicere liceret, divinitate, curatum eſt, quibus tamen 'neſcio modis, ut toti Carmelitarum religioni meritò præ-'eſſet. Tanta res eſt habere Anteſignanum, qui radian-'tem facem præferat. Jam ſenex fuit Stochus, nec puduit 'tamen colophonem literis, quas non mediocritèr juvenis 'hauſerat, addere. Ergo Iſidis vadum, Academiam, ut 'hâc noſtrâ ætate, ita & olim florentiſſimam, ſe contulit, 'nomenque decuſque inter literatorum proceres meruit.

'Sed

'Sed hîc res memoriâ digna occurrit. Nam quo tempore 'Stochus apud Isiacos studebat, nullus erat in urbe nec in 'suburbio locus Carmelitis designatus. Ubi vero nunc est 'Cœnobium Carmelitarum extra muros benè amplum, olim 'erat alta & magnifica Principum Regia, inque illa, ne sis ig-'narus, Lector, natus fuit Ricardus ejus appellationis primus 'Anglorum Rex. Sic etenim didici à Johanne Rosso Vero-'vicensi in libello de Academiis Britannicis. Cavendum 'igitur, ne quemadmodum Reges aliquando palatiorum & 'antiquarum urbium usum Monachis permiserint, ita rur-'sus vicissitudine quâdam pro palatiis & urbibus ipsa petant 'cœnobia. Sed ad Simonem redeo, qui relictis Isiacis Alauni 'vadum & gregem sibi commissum repetiit. Hic quoque 'aliquam nactus quietem, rem studiis apprimè necessariam, 'calamo usus est, at præcipuè in hymnis & canonibus Car-'meliticæ professioni convenientibus. Inter hæc senio gra-'vatus erat, agebat enim annum vitæ suæ centesimum, & 'communis causa religionis illius in Galliâ præsentiam mi-'rum in modum desiderabat. Quapropter Burdegalam, 'nobilem juxtà ac antiquam Galliæ civitatem, se contulit, 'multaque ibidem in rem publicam sui ordinis excogitavit, 'scripsit, edidit, ac non multò post obiit 16 die Julii an-'no D. 1266. Burdegalenses verò funus honorificè sepelien-'dum curaverunt. Porrò non longo ab ejus morte tempore 'per Romanum Divorum numero adscriptus est. Nunc sicut 'fabula fabulam trudit, ita Simon Stochus alium longè re-'centioris memoriæ Stochum, prænomine Petrum, à me lau-'dandum evocat. Fuit hic Petrus Carmelita Hichiensis Col-'legii, & tanto apud Isiacos cum eruditionis tum ingenii no-'mine in honore, ut proximum à supremo Academiæ magi-'stratum gesserit. Factus igitur Commissarius, sic enim 'vocant, non modò summo ornamento, verum etiam com-'modo Academicis erat. Nam eo seculo, quo ille fuit in

'pretio Stochus, ſparſerat nova dogmata Wigoclivus, con- 'tra quæ acritèr inſurgebat, & collatis ſignis, ut ex edito li- 'bro apparet, pugnabat. Scripſit etiam contra Philippum 'Repingdunum Canonicum Oxonii hæreſeos accuſatum, 'anno Dom. 1382. quo tempore & Nicolaus Henoforthus, 'alias Henford, accuſatus fuit. Sed an hic ſit Repingdunus, 'qui *Omilias* in Evangelia Dominicalia ſcripſit, non poſſum 'certò pronuntiare. Extat præterea liber, in quo Stochus 'ſe clypeum haſtamque pro Holchamo exhibet. Adde huc '*præconia ſacræ Scripturæ*, opus non contemnendum. In 'ſummâ, multa alia ſcripſit, quæ ſeculo Sophiſtico valdè 'placuerunt. Tandem exuto magiſtratu, Hichiam rever- 'ſus eſt, ubi diem clauſit ſupremum, 28 die Julii anno 'D. 1399. Certè Joannis Stochi, niſi in tempore ſe mihi 'obtuliſſet, non meminiſſem. Erat ille Dominicanus, & 'literatus; ſed quia parum candidè ſentiebat de Carmeli- 'tis, Joannes Cornutus, aliàs Horneby, edito libello il- 'lum perſtrinxit. Plura de Joanne Stocho in præſentia non 'occurrunt.

De Lelando ſatis: ſed non ita dimittendus eſt Brookus, vel potius * *Brookſmouthus*, quod ve-rum ejus nomen erat, altero, utpote nobiliori, ementito. Ille ſui plenus, neſcio quâ intemperie & furoris æſtu exagitatus, non ſoli Camdeno, ſed cæteris ejuſdem inſtituti ſodalibus in-fenſus, in illorum famam, commo-dum, & ſecuritatem turpiculis frau-dibus maliſque artibus graſſabatur: quòd luculento hoc exemplo firmabo.

* Hoc tum ex Camdeni ſchedis, tum ex copiâ inrotulationis apud Clariſſimum Virum D. Henricum San-Georgium Clarentium conſtat, quando ex Apprenticio, uti lo-quuntur, emancipatus fuerit in li-bertatem, & admiſſus in ſocietatem Pictorum Londinenſium vulgo di-ctorum *Painter-ſtainers*, tertio die Septembris anno regni Reginæ Eli-ſabethæ decimo octavo.

Simultate malevoloque affectu in inimicitiam odium-que erumpentibus, Brookus, ut Virum clariſſimum, quem honoris

honoris causâ non nomino, N. N. peſſundaret, famæ illius inſidiaturus, hominem ſubornavit, qui arma gentilitia in quâdam, quam ſecum attulit, chartâ delineata, ad nobilem quendam Londinenſem, Gregorium Brandonum, in Hiſpaniâ tunc degentem, navibus è portu jamjam ſoluturis illicò mittenda eſſe plauſibili hoc commento aſſeverans, eadem eſſe gentis Brandonianæ inſignia, & ad iſtum Gregorium jure pertinere illum nomine & officii ſigillo appoſitis atteſtari petivit. Quod N. N. cui fraudem ſibi fieri non ſuboluit, aureo accepto, libris inconſultis, reque penitùs inexploratâ, incautus ſine morâ fecit. Chartam hanc ita ſignatam in manus illuſtriſſimi Viri Thomæ Comitis Arundeliæ, unius è Commiſſariis, qui munus Comitis Mareſcalli Angliæ tunc obibant, tradidit Brookus, ſuggerens, hæc eſſe Regni Arragoniæ inſignia cum Cantone Brabantiæ, Brandonumque iſtum, cujus eſſe hoc ſolenni teſtimonio aſſeruerat N. N. ex plebe infimâ maximè infamem, utpote carnificem Londinenſem, eſſe. Illuſtriſſimus Comes pro ratione muneris Decembr. 27. M.DC.XVI. hæc, prout nuperrimè acceperat, Regi Jacobo narravit, qui juſtâ in N. N. indignatione accenſus, dixit, ſe illum non ſolùm munere illo, cui impar videbatur, exuturum, ſed etiam in *Cameram Stellatam*, re à ſeveri illius Tribunalis Aſſeſſoribus, ipſo præſente, judicatâ, pro atrocitate criminis & ob infamiam Regi Hiſpaniæ inuſtam mulctandum puniendumque velle. Rege aliquantulùm pacato, interceſſit Comes Pembrochiæ, ut totum illud negotium à Commiſſariis, ad quos ejuſmodi controverſias & quicquid ad Nobilitatem ſpectat dirimendi jus & facultas competebat, excuteretur: quod tandem Rex conceſſit. Mox coram illuſtriſſimis Viris, viz. Angliæ Theſaurario, privati ſigilli Cuſtode, Angliæ Admirallo, domûs Regiæ Seneſchallo, ejuſdem Camerario, & Arundeliæ Comite citati comparuere N. N. & Brookus; ille fraudem ſibi fieri ab homine

 falſario,

falsario, ipsi ignoto, cujus operâ Brookum hostem professum, ut inde sibi ingens periculum, si non certa pernicies immineret ac inferretur, abuti jam suspicatur, qui repetitis precibus iisque importunis efflagitavit, ut illam chartam, quam præ se manibus tulerat delineatam, cum res illa ne minimam quidem moram passura esset, utpote in Hispaniam illo die mittendam, in isto instanti signare vellet, fassus, tantæ negligentiæ veniam humillimè rogavit: hic vero amicum quendam, Racopolam Londinensem, jam extra Urbem res suas rure agentem, se submisisse protinùs agnovit, hunc in finem præcipue, ut N. N. tum inscitiam tum avaritiam, qui lucelli spe delinitus in cujusque vel ignoti gratiam tale facinus perpetrare non reformidaverit, hoc insigni exemplo Viris Nobilissimis propalaret. Illi hominis audaciam mirati, vix sibi à risu temperare poterant, rei exquisitiori examine ad diem Lunæ, 30. Decembr. dilatâ. Quo tempore, cæteris Heraldis ad comparendum quoque jussis, N. N. literas patentes, prout mandatum erat, D. D. Commissariis exhibuit, in quibus licet nulla facultatis conferendi firmandique jus Insignium expressa mentio fieret, tamen in istis generalibus vocibus, *cum omnibus praeminentiis, juribus, proficuis, de antiquo eidem officio spectantibus* jure includi, tum *ex nigro codice Periscelidis*, tum *ex decreto Ducis Clarentiæ* constabat. Multo sermone ultro citroque habito, Domini sese in interius conclave receperunt, Regi hæc omnia enarraturi, qui in alterum ob improbitatem, in alterum verò ob vecordiam, qui tam fœdè sibi imponi passus fuerit, meritò animadvertendum esse censuit, ut horum pœnis deterriti, alii ab ejusdem criminibus abstinerent. Interim in carcerem conjecti erant, donec quippiam de iis severiùs statueretur. Calendis Januarii N. N. Commissariis supplicem libellum porrexit, ut illis apud Regem intercedentibus, Regis gratiam ac clementiam, quam alii experti sunt, ipse quoque

quoque experiretur. Socii etiam è Collegio hanc triſtem ipſius vicem alienâ fraude & malitiâ inductam miſerati, illum, hoc unico errore dempto, in cæteris, prout decuit virum probum & vitæ integrum, ſe geſſiſſe, ſubſcriptis nominibus teſtati ſunt. Brookus ſuos quoque reperit interceſſores. Tandem Rex miſericordiâ tactus, omni pœna relaxatâ, utriſque ignovit, quos in Aulam poſt quintiduum accitos, D. Camerarius monet, ut hâc levi pœnâ, alter ſapientior, honeſtior alter redditi, ſibi ipſis meliùs in futurum proſpicerent.

Brookus immiti adhuc in Sodales, qui vel illum dignitate anteirent, vel ipſi imperium honoriſque prærogativam in hiſce ſtudiis Genealogicis non detuliſſent, animo, ne exiſtimationi propriæ deeſſe videretur, L. annorum opus publici juris fecit Anglicè, hoc titulo ornatum, *Catalogus Succeſſionis Regum, Principum, Ducum, à temporibus Gulielmi primi cum illorum inſignibus*: Londini fol. 1619.

Quis non crederet illum, qui contradicendi prurigine & calumniandi ſtudio correptus, in aliorum lapſus calamum cenſorium acuiſſet, ſibi, ne juſtis eorundem cenſuris foret obnoxius, pro prudentiâ ſuâ quam maximè proſpicere oportere, opuſque, in quo ne Momus quidem quod vitio verteret, eſſet reperturus, in lucem exiiſſe. At iniquiſſimus Camdenianæ induſtriæ Cenſor, humanæque fragilitatis prorsùs immemor, quam proclive ſit in rebus ejuſmodi, quas vetuſtas ævi nimiâ caligine obduxerit, evolvendis interdum cæcutire, & quam altè menti error iſte, quo tamdiu ſibi placuiſſet ὁ αὐθάδης, inſederit, jam ſuo exemplo oſtendit. Nihil tanto dignum hiatu Promiſſorem hunc tuliſſe demonſtrare ſuarum eſſe partium duxit Camdenus, qui inſignes errores non tam ex oſcitantiâ & feſtinatione quam craſſâ ignorantiâ & ſtupore natos paſſim ſcatentes (r) in compendium redegerat. Sed cum Brookus vix dignus videretur,

(r) In libro Adverſar. apud Cl. Virum D. Franciſcum Sandfordum.

deretur, qui tanti Herois manu caderet, cujus tanquam militis emeriti ætas (jam enim erat penè ſeptuagenarius) rudem aque hoc laborioſo pugnandi munere ceſſationem impetraſſet, Camdeni & læſæ veritatis vindicias ſuſcepit Vir clariſſimus, Auguſtinus Vincentius Proſecutor ad arma, *à rubrâ cruce* nuncupatus, pòſt Heraldus titulo Windſorienſis merito ſuo conſtitutus, & Archivorum Turris Londinenſis Cuſtos, edito libro cum hâc epigraphe, *Detectio errorum, quos in Catalogo Nobilitatis publicavit Radulphus Brookus Heraldus Eboracenſis*, Londini in folio 1622 Anglicè. Quam feliciter Vincentio hæ lucubrationes ceſſerint, ex V. V. Cl. Johannis Seldeni, D. Richardi San-Georgii, armorum Regis Borealis, aliorumque epiſtolis & elogiis, quæ præfiguntur, cuivis erit evictiſſimum. Meritas ſuæ temeritatis & αὐθαδείας luebat Brookus, qui ſuo ſe metiri modulo tandem, licet perinvitus, didicerit, poſteris hoc documentum relicturus, uti impietatis eſſe, in viros ſummos ex invidiâ & odio ſpurcis convitiis Scurrarum more invehi, ita paris quoque vecordiæ ulceribus obſitum in aliorum nævos & labeculas ſæviiſſe.

Obiit A. Ch. 1625.

Jam ad Hiſtoricam vitæ Camdeni ſeriem, quam hæ digreſſiones, non inutiles, uti ſpero, nec injucundæ, interturbarunt, revertendum eſt.

Ut nobile iſtud otium, quod nactus eſt Camdenus, publico literarum commodo & Patriæ honori maximo cum fructu impenderetur, de Scriptoribus rerum Anglicanarum inveſtigandis ſeriò meditari cœperat. Viderat enim vicinarum gentium eruditiſſimos quoſque mirabili conſenſu, quaſi idem genius eos ſimul afflâſſet, in veteris ævi Scriptoribus, præſertim iis, qui ſtylo licet non ſatis felici, optimâ tamen fide Majorum ſuorum geſta à primis originibus, quantum per edacitatem temporum licuit, memoriæ mandaverint, in lucem edendis, ſtrenuam & laudabilem operam poſuiſſe. Domeſtica quoque præſtantiſſimorum

Virorum,

Virorum, potissimum reverendissimi D. Matthæi Parkeri Archiepiscopi Cantuariensis & D. Henrici Savilii, exempla, ad id aggrediendum stimulârunt. Doluit sanè & questus est Camdenus, (hodieque querimur invicem) idoneos viros, qui nobilissimæ Gentis historiam pro dignitate argumenti juxta seriem temporum ex authenticis antiquorum seculorum tabulis in unum corpus digesserint, hactenus non exstitisse. Ne vero ipsius industriam in tali opere, quod non unius hominis, vix unius ævi videtur, adjuvando quispiam desideraret, de fidissimis Authoribus suppeditandis, è quibus feliciter admodum adornari potuisset, cum per occupationes idem aggredi ipsi non liceret, solicitus, gazas suas multo ære, sudore, vigiliis partas aperuit, easque orbi literario largâ manu impertivit. Ex ejus enim Bibliothecâ, si non omnes, plerique bonæ frugis, nec è trivio, Authores Francofurti MDCIII prodierunt, *Asserius Menevensis*, *Anonymus de vitâ Gulielmi Conquæstoris*, *Thomas Walsinghamius*, *Thomas De la More*, *Gulielmus Gemeticensis*, & *Giraldus Cambrensis*, qui multam lucem rebus Anglicis, Normannicis, Hibernicis, Cambricisque fœnerantur, quos aut primus edidit, aut ad MSS. codicum fidem correctos accuratiori limâ perpolivit. Hoc eximium opus illustri Viro *D. Fulconi Grevillo, classis Regiæ Anglicæ Quæstori, bonarum literarum ac literatorum fautori summo*, tum observantiæ tum gratitudinis ergô inscribit, cujus benevolentiam in procurandâ dignitate, de quâ minimè cogitasset, ne sibi vivo, ne morienti quidem ex animo excidere passus, (s) æternis ingenii monumentis deprædicat. Libellum verò Anglicano idiomate exaratum, *Disquisitiones*, *seu majoris magisque serii operis mantissam* continentem (sic enim in schedis, quas vidi propriâ manu descriptas, nomina-

(s) Præclarum quoque hujus illustris Viri exstat elogium in Britann. in comitatu Warwicensi, pag. 426. *Inferius ad Arrow positum est Beauchamps Court à Barone de Bello-campo de Powick denominatum, a quo per filiam unicam Edwardi Willoughbey filii Roberti Willoughbey Baronis Broke ad Fulconem Grevill, virum &*

Equestri dignitate & naturæ facilitate clarissimum devenit, cujus unicus filius eodem itidem nomine, ita veræ virtuti & germanæ nobilitati se consecravit, ut animi nobilitate genus longè exsuperet, cujusque in me maximis meritis etsi dignas gratias nec animus meus aperire nec illustrare possit, loquens tacensque tamen gratias & agam & habebo.

nominarat) prius D. Grevillo destinatum, cum mentis erga Patronum optimum beneficiorum sensu quasi obrutæ gratitudinem illustriori indicio ac specimine nuperrime ostendisset, illum sub nomine *Reliquiarum de Britanniâ* nobilissimo viro D. Roberto Cottono Equiti Aurato & Baronetto inscriptum, finalibus nominis sui literis M. N. tantum appositis, anno 1604. in lucem edi passus est.

Hoc vero inter juvenilium studiorum oblectamenta posuit Camdenus, uti ejusmodi reliqua, quibus de mortuis quoque bene meritus, eorum memoriam ab interitu vindicavit. Ad quæcunque enim accesserit loca, ubi Magnatum cineres conditi, Epitaphia, & quicquid in cippis insignium fuerit depictum, in commentarios retulit, præcipuè monumenta, ([t]), quæ in templis sacellisque Collegiorum Academiæ Oxoniensis, & in Basilicâ S. Petri Westmonasteriensis perspexisset. Hanc cum omnes quotquot ex exteris regionibus Londinum petunt, harum rerum vel maximè incuriosi, tum ob splendorem & magnificentiam fabricæ, tum ob mausolæa, quibus nostri Reges, Reginæ, & nobilissimæ prosapiæ Heroes sepulti jacent, soleant invisere, in illorum, ne dicam nostratium, gratiam, ut quod celeri oculo prælibassent, memoriæ altiùs infigeretur, inscriptiones, quibus dilucida gestorum epitome subindè continetur, non laureolam ex hoc mustaceo, quod infra tanti viri dignitatem longè subsidebat, quæsiturus, sed solo honesto iis gratificandi studio, suppresso nomine, A. C. M. DC. excudi fecit.

([t]) Fragmenta quædam exstant apud V. Cl. D. Henricum San-Georgium Clarentium.

Qui partium studio abrepti, fundationis Academiæ Oxoniensis antiquitati minùs favent, licet Camdeno læsæ & malæ fidei dicam non impegerint, tamen illum parum candidè & ingenuè egisse queruntur, illum nimirum in suâ

Asserii

Asserii Menevensis de vitâ & rebus gestis Regis Ælfredi, quam adornaverat, editione, clausulam satis longam *de dissidio inter Grimbaldum & veteres illos Scholasticos, quos Oxonii invenisset, qui ejus adventu leges, modos, ac prælegendi formulas ab eodem Grimbaldo institutas, omni ex parte amplecti recusabant, exorto,* quæ in editione Parkerianâ omninò aberat, inseruisse, ut hoc testimonio, cui, modò verum & prorsus genuinum sit, refragari neutiquam licebit, bonarum literarum longè ante tempora Ælfredi studium ibidem viguisse demonstraret. Nolo jam huic controversiæ, quæ à doctissimis Viris utriusque partis pro suarum Academiarum antiquitate & præcedentiâ nimiâ cum acritate, ne dicam inutili diligentiâ, contendentibus agitatur, me immiscere: dum hi D. Parkerum sectionem istam, quâ lis ista intricata dirimitur, *veritatis aut charitatis odio* omisisse, illi vero Camdenum nimio erga Academiam Oxoniensem affectu & quasi cum animo fallendi præproperè nimis infersisse, inurbanis alterutrinque impactis convitiis, quæ ingenuos & veritatis eruendæ amantes & studiosos procul à se habuisse decuit, censuêre. In horum neutrum istiusmodi malæ & injustæ suspiciones cadere aut possunt aut debent: ambos sanè codicum suorum fidem & authoritatem sequi, quisquis eorundem mores sanctissimos, tanto aut dissimulatæ veritatis aut meditatæ suppositionis crimine neutiquam commaculandos, animo perpendat, facilè dabit. Non ita ineptire solitus est Camdenus, ut quicquam temerè effutire vellet, non ita in veritatem, cujus erat studiosissimus, præfractè & deditâ quasi operâ impingere, ut orbi literato fucum facere auderet: illud sagacissimæ mentis solertia subactumque judicium, quod ubivis in scriptis suis elucet, hoc verò morum candor & vitæ probitas vetuêre. Illud autem manuscriptum Asserii exemplar, in quo narratio illa continuâ, ut videtur, serie continetur, (u) *optimum* appellat Camdenus; adeo ut non possim satis mirari, unde

(u) Britan. pag. 267, 268.

unde reverendissimo & obstupescendæ eruditionis Viro, Jacobo Usserio Armachano, & quibus indiciis, id in mentem venerit, (x) ut *Camdenum exemplar ejusmodi nunquam vidisse, sed Relatoris, a quo accepit,* (at quis ille?) *secutum fidem, Francofurtensi Asserii de rebus gestis Ælfredi editioni inserendam curasse,* rotundè assereret. *quod,* inquit, *à doctissimo viro factum nollem:* cum ipse verbis proximè sequentibus, *exemplar penes H. Savilium Eboracensem aliquandò exstitisse, & Twinum illud in D. Lumlæi Bibliothecâ* repositum *vidisse* concedat, & de elogio isto invidioso *optimi,* quo Camdenus illud ornaverat, ipsi litem præcipuè intentet: & cum Camdenus disceptatione cum eodem Twino, Antiquario Oxoniensi doctissimo, non longè ante mortem habitâ, (y) *illam editionem ex manuscripto, licet non antiquissimo, nec quod ajunt* διφθέρας ἀρχαιοτέρῳ, *satis antiquo tamen ac spectatæ fidei exemplari à se adornatam* prædicaverit. Optandum sanè est, quod Camdenus codicem, quo usus fuerat, unde accepisset, & quali characterum figurâ fuisset descriptus, quod factum oportuit, breviculâ commentatione annotasset, ut inde an fragmentum hoc (sic enim invidiosè, ne dicam iniquè, appellant) Asserium habuerit authorem, aut an chartis Asserianis pòst à quodam maleferiato Interpolatore ex aliorum Annalibus minus certæ fidei assutum fuerit, meliùs & certiùs judicaretur. Ista autem exceptio, quam Vir quidam eruditissimus interponit contra illius clausulæ, quod cum istorum temporum veritate Historicâ manifestò pugnet, αὐθεντίαν, cum Gildas, Melkinus, Ninnius, & Kentigernus non essent supparis cum S. Germano, *qui illorum ordines & instituta mirum in modum comprobasse* illic dicitur, ætatis, quos multis annis post obitum illius floruisse constat, facilè submovebitur, si concedamus, quod quidem promptè concedimus, veteres illos Scholasticos malè subductis Chronologiæ calculis antiquitatem veritati parum congruam sibi ipsis arrogasse, arreptâ hinc

(x) De Britannicarum Ecclesiarum antiquitatibus, Dublinii 1639. pag. 341, 342.

(y) V. Ep. CCLXXI. pag. 335.

hinc jura ſua tuendi contrà novos Hoſpites & Advenas occaſione, arrogaverint tamen: neque enim novum eſſe fictâ authoritate premi Adverſarios, præſertim controverſiis, in quibus veritas non adeò facilè dignoſcitur, incaleſcentibus, narrationes de Bruto & Joſepho Arimathæenſi, fabulis quàm vero propiores, à noſtratibus Scriptoribus non ſine ingenti oſtentatione, cum ex hac falsò arrogatâ antiquitate non parum laudis & gloriæ Genti & Eccleſiæ inde accreſcere putaverint, venditari ſolitæ teſtantur.

Poſtquam Rex Jacobus ſummo Populi Anglicani conſenſu ac applauſu avitum majorum ſuorum ſolium, decedente ſereniſſimâ Reginâ Eliſabethâ, glorioſiſſimæ memoriæ, conſcendiſſet, univerſos, prout communem benigniſſimumque decuit Patrem, ſubditos pari affectu excepit, ut quorum animos anteactus rigor, iſtoc tempore ad contumaces immorigeroſque in officio continendos neceſſarius, (neque aliter fieri maligni tum Pontificiorum tum Puritanorum, qui cætera maximè diſſimiles, in oppugnandâ Eccleſiâ Anglicanâ erant conjunctiſſimi, mores ſiverint) offendiſſet, laxatis quodammodo imperii habenis, hac effuſiſſimâ charitate ſibi familiæque Regiæ perpetuo intemeratæ fidei nexu devinciret. At illi non hâc clementiâ deliniti, neque tantorum beneficiorum, quibus ſe quotidiè auctos ſenſerunt, ſenſu tacti, felicitatis propriæ & indulgentiæ Regiæ quaſi pertæſi, rebuſque novis ſtudentes, horrendam de ipſo è vitâ tollendo conſpirationem, conſiliis ultro citroque adhibitis, inierunt. Sed hoc penè nihili videbatur, niſi juxtà cum ipſo Regia ſoboles totiuſque regni Proceres minoriſque Nobilitatis Primores extinguerentur. Quos omnes in ſolenni iſto Conventu (quem Parlamentum nuncupamus) jam jam congregandos morti ſubito ac improviſo diſploſi pulveris nitrati ictu infligendæ immiſericorditer deſtinarunt. Quàm parum à miraculo abfuerit, quo minus in effectum darentur molitiones iſtæ, de quarum ſucceſſu penè ſecuri

erant, utpote religione juramenti & Euchariſtiæ, ut horribile hoc arcanum imo pectore reconderent, neque ut ab hoc incepto deſiſterent, obſtricti, ex iſtorum temporum hiſtoriâ, quam nolo hîc retexere, ſatis liquet. Veruntamen non ſolius Angliæ, ſed totius orbis Chriſtiani maximè intererat, ut iſtud immane ac flagitioſum ſcelus, quod omnis poſteritas obſtupeſcet, quodque impii homines *falſo præpoſteroque Catholicæ fidei propagandæ zelo* accenſi, niſi præter illorum ſpem, vota, & exſpectationem divina interceſſiſſet providentia, fuiſſent perpetraturi, in æternam rei memoriam editis authoritate Regiâ libris quaquaverſum per univerſas Europæ regiones patefieret, nec quiſpiam aptior Camdeno repertus, qui rem illam ſtylo facili & accurato, & argumentorum, quæ inibi tractanda erant, gravitati omninò pari, Latinè repræſentaret. Ex ejus enim verſione prodibat celebris ille liber, *Actio in Henricum Garnetum Societatis Jeſuiticæ in Angliâ Superiorem, & cæteros,* &c. inſcriptus, in quo omnes iſtius facinoris juxta normam legum ex ore ac certiſſimis ſpontaneiſque Conſciorum confeſſionibus circumſtantiæ, ac dogmata moreſq; Sicariorum, qui in Regis optimi vitam horrendâ cæde intentatâ pietatis obtentu graſſarentur, veris & nullâ arte eluendis nulloque pigmento obducendis coloribus depinguntur. Unde nemini videri debet, ſi ſcriptum hoc Pontificiis, quorum fraudes impiæque artes, Catholicæ fidei zelo obtectæ, illic deteguntur, maxime diſpliceret, & * in Indice Expurgatorio, ſub nomine Camdeni tanquam *Authoris damnati* acri cenſurâ inuſtum, quo minus legi poſſet, omninò prohiberetur. Quod fatum ex parte quoque ſubiit ipſius *Britannia*, quæ cum

* *Actio in Henricum Garnetum Sec. Jeſ.* &c. *Verſa in Latinum ab eodem Camdeno tota prohibetur.* Index librorum prohibitorum & expurgandorum juxta exemplar excuſum Madriti 1667. fol. Ejuſdem Anglica, Normanica, *&c. In primâ libri facie adhibe Camdeno notam Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi. Et præterea obſerva, non tam in antiquis Scriptoribus ponendum ſtudium corrigendi aut expurgandi, quam in notatiunculis marginalibus ab ipſo Camdeno adhibitis & parum ſanâ doctrina infectis. Ibid.* Ibi quoque Annales R. Eliſabethæ cenſurâ notati.

numero

numero penè infinitas obſervationes lectu & cognitu digniſſimas contineat, ne eaſdem ſtudioſis bonarum literarum Britannicarumque Antiquitatum indagatoribus invidiſſe Cenſores iſti cenſerentur, pro aſſuetis artibus, ne ex minimo lumine immiſſo liberioris animi & ad veri cognitionem anhelantis Lectores diutius ſpiſſis ignorantiæ ſuperſtitioniſque tenebris involvi tæderet, librum expurgarunt.

Sub id temporis h. e. anno M. DC. VII. prodiit quoque ipſius *Britannia* ultimis curis plurimùm adaucta, tabuliſque Chorographicis, ac numiſmatum ectypis, figuriſque monumentorum ſubindè interſperſis illuſtrata. Quomodo verò hic fœcundi & admirandi ingenii fœtus à primis incunabulis, quo ſucco, quam lentis gradibus adoleverit, tandemque ad vegetam perfectamque ætatem maturuerit, cum de ipſius è cerebro obſtetricante prelo excluſione continuatâ, ne hiulca videatur, ſerie ſupra dixerim, ſupervacanei prorsùs & inficeti foret laboris hic denuò repetere. Tantum verbulo innuiſſe par erit, Camdenum hâc novâ editione, non ſolum amicorum ſuorum, quos in admirationem ſui anteà rapuiſſet, exſpectationem, ſed ſe ipſum ſuperaſſe: & jam conſentiente omnium famâ, ipsâ quoque invidiâ, ſi non prorsùs obmuteſcente, ſaltem non niſi in angulis inter obſcuros homunciones obſtrepere ausâ, hoc immortali ſcripto, ſi cætera ſolertis ingenii acutiſſimique judicii monumenta non exſtitiſſent, meruiſſe, ut inter maximos ſui ſeculi viros recenſeretur. Inde ille Varronis, Strabonis, & Pauſaniæ Britannici nomen & titulum adeptus eſt: illud verò ditiſſimum & uberrimum Antiquitatum Britannicarum penu, non minore fide & judicio quam curâ & methodo digeſtum ordinatumque, omnes harum rerum ſtudioſi bonique Judices agnoverunt, excepto unico (y) D. Simondſio Deweſio, qui neſcio quo invidiæ œſtro percitus, ſe in *magnæ Britanniæ*, quam molitus eſt, *hiſtoriâ*,

(y) In literis ad Jac. Uſſer. 28 Sept. 1639. datis, quæ exſtant in Uſſerianarum Epiſtolarum ſylloge. pag. 496.

historiâ, vix unam in ipsius Camdeni toties celebratâ Britanniâ paginam suis carere erroribus ostensurum contendit. Sed hoc decantatum opus Historicum nec ipse nec alii post quinquaginta annos hactenùs in lucem produxerunt; neque à telis istà manu contortis, ne quid graviùs aut asperiùs dicam, ullatenus metuendum est.

Hoc magno opere post tantos tamque diuturnos labores bellè perfunctus Camdenus, honestum jam senectuti solatium quærens, Chesilhurstum, oppidum ad x lapidem Londino dissitum, quo non alius locus visus est amœnior, petit, conductis ibi ædibus, ut quo se reciperet, negotiorum molestiarumque, quæ in Urbe sese quotidie & importuniùs quidem ingesserint, pertæsus, haberet, præcipuè verò, ut valetudinem vigiliis studiisque immodicis afflictam & penè prostratam curaret, & ut Deo & sibi totus vacaret. Tantâ autem delectatione in hoc secessu suburbano perfusus fuit, ut dum fœda anni tempestas, dum intermissi muneris ratio pateretur, moderato vivendi modo, absque numerosæ familiæ pompâ & molestiâ, & frugalitate philosophicâ contentus, nullis tamen sordibus maculatâ, à quibus paritèr ac luxu abhorruit, hîc quod reliquum erat vitæ transigere, hîc quoque, si Deo Opt. Max. visum, mori voluerit. Ab hoc placidissimo senectutis nido importunis amicorum precibus neutiquam posthac avellendus, ne ipsius quidem Savilii, qui ut apud se Ætonæ diverteret, non tanquam hospes, sed assiduus perpetuusque vitæ comes fortunarumque particeps, in mutuum utriusque solatium pro jure amicitiæ illum invitasset: heic enim aut in Heatheri sui, cujus probitatem, diligentiam, fidemque longo usu firmatam in re domesticâ administrandâ expertus fuerat, ædibus hæsit.

20 Augusti. 1609.

Ab hoc tempore, quod sequentes epistolæ demonstrabunt, ipsius amicitiam multo ambitiosiùs quam antehac expetebant, quotquot hic aut alibi terrarum eruditionis famâ

mâ inclaruerint. Nemo ferè aut cultiore ingenio, aut cui cordi erat literarum aut amor aut ſtudium, huc in Angliam commeârat, quin Camdeni domicilium, tanquam ſacras Apollinis ædes propero pede adiret, ipſum quaſi veneraturus, ac ſi univerſi cenſuiſſent, meliorem fructûs ſuſcepti itineris partem periiſſe, niſi illum coram alloqui & avidiſſimis oculis intueri obtigiſſet. Quod cum quidam Aulici è familiâ illuſtriſſimi Principis Frederici Electoris Palatini, qui nuptias cum Eliſabethâ Regis Jacobi filiâ, heroicæ mentis fœminâ, conſummandi causâ Londinum petierat, aliis rebus intenti, facere omiſiſſent, tantæ negligentiæ manifeſtos aculeis quaſi conviciorum perſtringens, illos honori parum conſuluiſſe objecit ([z]) Gruterus, dum per tot menſes longam in Angliâ moram fecerint, *neque conſuluiſſent ejus oraculum unicum, neque adſpexiſſent ejus aſtrum primum.* Longè aliter imò meliùs ſapiebant aut natalium ſplendore & dignitate illuſtres Viri, Franciſcus Pithœus, Nicolaus Faber Peireskius, ejuſque frater Valaveſius, Bongarſius, Hottomannus, Noæus, filii Marchionis Muſſæi in Britanniâ Aremoricanâ, aliique, quos hic recenſere longum eſſet, aut maximis muneribus conſpicui, Comes Swartzenburgenſis, & Marcus Antonius Columna, ille Imperatoris Germaniæ, hic Regis Hiſpaniarum nomine legationem obeuntes, qui quantum illum illiuſque ſummam eruditionem fecerint, verbis benevoli affectûs pleniſſimis, aſtante magnâ Nobilium coronâ, depoſitâ quaſi dignitate, teſtati ſunt. Et licet Camdenus iſtâ animi tranquillitate, quam benè actæ vitæ conſcientia dederat, intùs gaudens, auram popularem minimè captaret, utpote diviniori afflatus, nec famæ in circumfuſæ plebis ac mediocris aut fortunæ aut captûs hominum circulis velificaretur, tamen affectibus humanis exutus, in Stoicum ob ferinos mores extra humanæ ſocietatis pomœria in ſolitudines amandandum, ne dicam in lapidem, obduruiſſet,

([z]) V. Ep. c. 1. p. 141.

duruiſſet, ſi animum, utcunque non elatum, neque inani gloriâ turgeſcentem, lætitia ex ejuſmodi gratulationibus orta non pertentaſſet: ideo ipſi meritò condonabitur, quod nihil humani à ſe alienum putans, id partim ſui, partim illuſtriſſimorum Virorum, qui illum tanto honore dignati fuerint, causâ, in Diario reliquerit annotatum.

Inter exteros, quibuſcum Camdeno magna interceſſit familiaritas & neceſſitudo, præcipui fuêre, Abrahamus Ortelius, Jacobus Auguſtus Thuanus, Peireskius, Hottomannus, M. F. Limerius, Petrus Puteanus, Janus Gruterus, & Andreas Schottus S. J. qui illum obſervantiâ & amore conſtanti & ſincero viciſſim proſecuti ſunt. Illam ſummæ eruditionis contemplatio, hunc verò illorum pectoribus infudêre ſuaviſſimi mores promptique illorum ſtudia adjuvandi conatus. Quod maxime ſenſit expertuſque eſt D. Peireskius, qui literis promovendis natus, cum eſſet tutelaris Galliæ Genius, & omnium eruditorum, ubi ubi degiſſent, communis Fautor & Patronus, Camdeni opem in chartis antiquis codicibuſque manuſcriptis aut exſcribendis aut in Galliam mittendis, ex ipſius aut nobiliſſimi D. Cottoni aliorumque Bibliothecis crebris literis iiſque importunis ſollicitavit, gratuſque agnovit V. Cl. Andreas Du Cheſnius in præfatione ad *Hiſtoriæ Normannorum Scriptores antiquos*, ſe Peireskio procurante *Elogium Emmæ*, *Guillelmi Pictavini ſcripta*, *& diverſos Nobilium Normannorum, qui tempore Guilielmi Conquæſtoris in Angliam profecti ſunt, catalogos*, quibus iſtud eximium opus auctum diteſcit, à Camdeno accepiſſe. De rebus verò Hiſtoricis Genealogiciſque, quæ muneris ſui propriæ erant, tum à Viris nobiliſſimis noſtræ Gentis, tum aliundè è Galliâ, Hiſpaniâ, Italiâ, & Belgio ſubindè conſultus, operam ſuam nunquam fruſtra deſiderari paſſus eſt. Ex illius autem ſententiâ, tanquam ex oraculo pendebant, neminem ænigmata & nodos ex vetuſtate maximè intricatos ſolvere poſſe præter unicum Camdenum

Lutet. Par. 1619. fol.

Camdenum rati: ad quem etiam, quoties quippiam dubii occurriſſet, recurrebant V. V. V. Cl. in hiſce ſtudiis verſatiſſimi, Theodorus Gothofredus, Adrianus de Meerbeck, primus Armorum in Flandriâ ſub Archiducibus Auſtriæ & Burgundiæ Rex, & Daniel Molineuxius, eâdem dignitate apud Hibernos inſignitus, titulo Ultonienſis.

Anno Ch. M.DC.IX. ſeptimo Jacobi, Vir reverendus & doctiſſimus, Matthæus Sutclivius, Eccleſiæ Cathedralis Exonienſis Decanus, Collegium Chelſeiæ in ripis Thameſinis prope Weſtmonaſterium conditum opimis reditibus, ex quibus Theologi contra Romanorum errores & corruptelas ſcripturi alerentur, ditare apud ſe ſtatuebat: quod cum maximi usûs fore, & in Religionis Reformatæ commodum optimè ceſſurum pro ſapientiâ ſuâ judicaverit ſereniſſimus Rex Jacobus I. ſanctum illud propoſitum laudavit, & Regiâ authoritate promovit, literis patentibus emiſſis, ut ex totius Cleri Anglicani ſubſidiariis pecuniis tanto operi felix coronis imponeretur. Rex verò ipſum Sutclivium Præſidem, ſeptemdecemque alios magni nominis Theologos, quos controverſiis Theologicis tractandis maximè idoneos noſſet, Socios * nominavit. Veruntamen cum multa in ejuſmodi ſacris pro Veritate & Religione concertationibus, quæ Hiſtorici argumenti eſſent, & ad rerum civilium cognitionem ſpectarent, ſubindè interceſſura animo facilè prævidiſſet, duos Hiſtoriæ Anglicanæ peritiſſimos, Camdenum & Joannem Haywardum Legum Doctorem, adſciſci voluit. Quo autem malo fato res iſtæ in irritum ceciderint, à ſcopo, quem propoſui, alienum eſt, ut ediſſeram, nec quidem hujus loci.

* Maii 8. 1610.

Anglorum geſta, regnante Eliſabethâ, quæ ex tantis eluctata periculis, ſupremum gloriæ & felicitatis culmen attigerat, omnium ſeculorum memoriâ perquam digniſſima, ut poſteris tranſmitterentur, illorum pars magna pro prudentiâ ſuâ ſibi eſſe curæ duxit Vir illuſtriſſimus, quem toties

 ties

ties dixi, Gulielmus Cecilius, Baro Burleius, qui jam ſenio planè confectus ac mundo valedicturus, fidem & obſequium erga R. Eliſabetham, cujus immortali famæ æque ac ſaluti iverit conſultum, non aliquo alio illuſtriori argumento abſolvi poſſe, ut videtur, credidit. At inter millenos, qui hanc rem pro dignitate exequi poſſet, vix fortaſſe unus reperiebatur. Illicò occurrebat animo Camdenus, recens è ſchola dignitati Regis Armorum admotus, quem Hiſtorici perſonam optimè tueri probè noſſet. ([a]) Camdenum ergo accerſens, ut Regni primordia brevi Hiſtoriæ compendio literis mandaret, ſuadet, hortatur, jubet, chartis, memoriis, epiſtolis, & quicquid in Tabulariis aut Regiis aut ſuis reconditum erat, quod illorum temporum illuſtrationi conduceret, in medium productis. Facilè quidem ceſſit Camdenus, cui ſola obſequii gloria relinquebatur, ne Patriæ, ne ſibi, ſi præ modeſtiâ hac ex parte culpandâ recuſaſſet, defuiſſe videretur, ſe bonum civem gratumque hominem paritèr oſtenſurus. Anno ſequente fatis conceſſit D. Cecilius, operis inſtigator & patronus, indeque induſtriam ſuam multùm remiſiſſe fatetur Camdenus, onus iſtud quaſi gravius, quam quod ſuis humeris ferri potuiſſet, depoſiturus. Poſt quinquennium R. Eliſabethâ annorum & gloriæ ſaturâ quoque decedente, animi magis dubius hæſit, ſpe interim conceptâ, quempiam alium ex illorum, quos opimis reditibus ſplendidiſque dignitatibus cumulaſſet Regina, numero in ſe, ſaltem ex ſenſu gratitudinis, hanc provinciam ornandam ſuſcipere velle: quod cum diù fruſtraque exſpectaſſet, cæteris an ex ſocordiâ an ex metu viriumque ſuarum diffidentiâ detrectantibus incertum, filum illud Hiſtoriæ, quod orditus eſt, novo vigore, quem Eliſabethæ, quem Cecilii, quem veritatis amor infudiſſet, animatus, contexere forti & obfirmato animo denuò aggreſſus eſt: reſeratis iterum Archivis Regiis, diligenterque excuſſis Bibliothecæ Cottonianæ

A. 1597.

([a]) V. Camdeni ad Lectorem Epiſtolam Annalibus præfixam.

nianæ forulis, Diariisque Parlamentariis, Cancellariæ, Scaccarii, aliarumque Curiarum Registris, Edictis Actisque publicis, & Chartis authenticis, in quibus Legatorum documenta & epistolæ, sacri Consistorii Assessorum consultationes, imperii arcana, & belli, pacis, aliorumque fœderum initorum rationes continebantur, inspectis, ut ex hac ingenti materiæ, quam comportaverat, mole cœlesti mente architectâ & artifice manu selectâ, & decoro ordine dispositâ, pulcherrimum opus, quod jam seriò molitus est, in perpetuum famæ Elisabethianæ monumentum tandem aliquando exsurgeret.

Lentè tamen procedebatur, quod operis & dignitas & difficultas summo jure exigebant. In lucem tandem exeunt A. C. M. DC. XV. *Annales rerum Anglicanarum & Hibernicarum, regnante Elisabethâ, ad annum salutis* M. D. LXXXIX. in quibus quicquid memoratu dignum & momentosum, ex ipsis principiis petitum, debitisque circumstantiis vestitum, quod ad penitiorem rerum cognitionem Lectorem ducat, in Angliâ aut alibi, quatenus ad Angliam refertur, accidebat per triginta annorum intervallum, stylo facili & historiæ gravitati maximè congruo, omni affectatione elegantiarum aut intricatæ subtilitatis, quæ rerum majestatem aut minuunt aut obscurant, posthabitâ, & fide optimâ descriptum continetur. Quam verò inde Scriptoris sapientissimi civilisque prudentiæ Magistri laudem titulumque meruerit Camdenus, è magnorum Virorum elogiis, non ab adulatione aut nimiâ facilitate morum, sed à judicio & justâ illius admiratione profectis, quæ in hisce Epistolis exstant, quibus Historia illa fuerit excepta, abundè constabit. Quid etiam de illâ senserint nostrates, à Viro clarissimo Joanne Seldeno, acerrimo judice, discamus. [b] Ille enim, dum virorum indoctorum farragines tumultuarias, & ex vulgi sermonibus scriptisque proletariis, aut aliunde, absque curâ & judicio corra-

[b] In Epistolâ præfixâ libro Augustini Vincentii.

corrasas & consarcinatas elevat, Historiam hanc nullâ in parte laborare, sed omnibus numeris perfectam esse innuit; *dicens, non aliquam Historiæ Anglicanæ partem, quæ aut veritatem aut uberem materiæ copiam, ex Archivis nostræ gentis parabilem, attingat, isthoc tempore apud nos exstitisse, modò Reginæ Elisabethæ Annales & Regis Henrici* VII. *vitam excellentissimis & exquisitissimæ eruditionis viris* (Camdeno & Bacono) *nuperrimè in publicam lucem emissa excipiamus.*

At nuperus Scriptor, prosternendi Adversarium quo jure quave injuriâ acri desiderio exagitatus, Camdenum mutatâ sententiâ longè alitèr de rebus præsertim Scoticis in Annalibus sensisse, quàm olim in privatis ad Thuanum literis senserat, idque illi illustrem Virum quasi indignantem objecisse contendit: nullis interea argumentis, quibus aliquis color fidei hujus censuræ impactæ, ne dicam calumniæ, adstruendæ inducatur, prolatis. Sed ut omnis suspicio, quasi Camdenus malâ fide hac ex parte egisset, tollatur, rem totam paucis (neque enim commentarios aut grandem apologiam scribo, sed vitam compendiariam brevesque vindicias) confectam dabo.

A quo tempore amicitiam cum Thuano, literis per D. Insulanum seu Lisle, Virum doctissimum, linguæq; & antiquitatum Saxonicarum peritissimum anno M. DC. VI. missis iniisset Camdenus, non animo objurgandi, multo minus convitiandi, quod aberat à Viri candidissimi moribus, qui Thuani summam eruditionem, probitatem, obstupescendasque solertis animi dotes omni cum debito obsequio coluerat, & (c) quem post mortem *Galliæ lumen & Historiarum nostri seculi Principem* meritò nuncupavit, sed pro amore veritatis & amicitiæ jure, id quoque rogatus, monet quasdam rerum Scoticarum narrationes aut nullo aut debili prorsus fundamento niti, Buchananumque, à quo illas acceperat, omnes tum ingenii tum malitiæ nervos contendisse, ut Mariæ

(c) V. Annal. apparatum ad An. 1617. pag. 25.

Mariæ Reginæ famam ſpurciſſimis convitiis læderet: qui non aliter ſperare poterat, ſe perfidiam & flagitioſa rebellium ſubditorum, qui vindicandæ religionis & legum Scotiæ violatarum ſpecie & prætextu arma ſumpſiſſent, facinora poſſe tueri. Hinc iſta impia dogmata, *omne jus regnandi à populo, Reges in ordinem cogendos, ſi contra leges deliquerint, licere populo & inferioribus Magiſtratibus vi & armis religionem & rempublicam, invitis qui ſummo imperio potiuntur, reformare*, & ejuſmodi reliqua, quæ ipſam religionem tollunt, certamque humano generi perniciem inferunt: hinc in rerum Scoticarum Hiſtoriâ, & potiſſimum in iſto infami libello, qui *Detectio* inſcribitur, calumniæ in R. Mariam enatæ. Se multùm profeciſſe in rebus Anglicis, Scoticis, & Hibernicis ex hoc literarum commercio, non privatìm tantum agnovit Thuanus, ſed Camdeni nomine librorum ſuorum, qui iſtorum temporum geſta referunt, lemmatibus præfixo etiam teſtatus eſt, qui, eò quòd Buchananum nimis preſsè ſecutus, illius calumniis fidem adhibuiſſet, ſe in R. Jacobi cenſuram & iram incurriſſe feriò dolet. Quantum verò in iſthoc negotio erraverit Thuanus, ex animadverſionibus, in appendice reperiendis, juſſu Regio ad illum miſſis liquidò apparebit. Quod neutiquam in ſummi Viri præjudicium apud æquos rerum æſtimatores ceſſurum arbitror, cum ne cujuſquam vel oculatiſſimi diligentia id cavere poſſit, quo minus in deſcribendis alieni regni rebus, aut defectu inſtrumentorum, aut à Scriptoribus aliiſque partium ſtudio addictis familiari ſermone malè informatus, quippiam, quod veritati diſſonat, inſerat admiſceatque propemodùm neceſſe ſit. Si hæc monita prius accepiſſet Thuanus, meliùs *ſervato temperamento*, in vitam & mores R. Mariæ non ita acriter animadvertiſſet: non ita à perfidiæ, exulcerati in Reginam ſororem animi, & vindictæ, ambitioniſque effrænatæ criminibus, quæ ille peritiſſimus diſſimulandi Artifex religionis velo

velo obtexerat, Moravium purgaſſet, nec poſtea ad iſtiuſmodi excuſationes, quæ vix quicquam ponderis in ſe habent, confugiſſet. Hæc seriò penſitanti non alitèr Camdenum ad Thuanum, aut ab iis diverſa, quæ pòſt in Annalibus poſuit, olim ſcripſiſſe, quicquid in contrarium fingitur, vero verius eſſe videbitur.

(d) Oratione in laudem G. Camdeni habitâ Oxonii. x Julii. 1652.

Criminantur alii, inter quos (d) Ludovicus Molinæus, in rebus Angliæ turbandis à primis impii belli civilis incendiis occupatiſſimus, tyrannidis Cromwellianæ ſtrenuus aſſertor, & poſt auſpicatiſſimum R. Caroli II. reditum adverſus Eccleſiæ Anglicanæ ritus & diſciplinam Scriptor maledicentiſſimus, *aliam manum acceſſiſſe, præter haud dubiò mentem Authoris, unde opus fœdè commaculatum fuit*, hiſce corruptelis *in Aulæ Regiæ adulatores*, ut ille pro ſolito candore & modeſtia loquitur, traductis derivatiſque. Rex ſanè Jacobus, quantum invidiæ & odii Parenti ſuæ & vivæ & mortuæ Buchanani, optimi quidem Poetæ, ſed non optimi Hiſtorici aut Antiquarii, criminationes conflaſſent, non neſcius, pro pietate, qua erga illam ferebatur, & pro veritatis amore, licet non illam ab omni quorumcunque criminum admiſſorum ſuſpicione, ac ſi vitam innocentiſſimam egiſſet, ex integro excuſaturus, hoc tantum quod juſtè potuit, fecit, ut à mendaciſſimis exaggerationibus, quibus ab infeſtiſſimis Reginæ Matris hoſtibus, qui poſt mille injurias illatas, illam tandem, pro ſectæ Presbyterianæ inſtituto, è ſolio abdicaſſent, oppreſſa ac turpitèr fœdata erat, hiſtoria illius tragicæ cædis, diſſidiique, quod inter ipſam & maritum interceſſerat, ac denique nuptiarum, quæ poſteà fuerant ſubſecutæ, liberaretur: nec id Regi aut Camdeno, qui quamplurima ex ipſius ore, èque tabulis authenticis firmata didicerat, à quoquam maleferiato homine exprobrari debet, ſi uterque ſereniſſimæ Reginæ, affectibus fœmineis juvenili ætate nimis abreptæ (nam novercans fortuna ſeniorem annis reddiderat prudentiſſimam) & Moravii fratris

tris nothi aliorumque malis artibus, ut multa præter decori & justi leges ageret, inductæ famæ, quantum veritas passa est, velificaretur. Noluit Camdenus pro prudentiâ arreptis incertis falsisque rumusculis Regem offendere: noluit tamen pro pietate mendacio aut sceleribus in cujusquam favorem patrocinium quærere: neque aliâ de causâ serenissimi Regis Jacobi, aut illius Nobilissimi Viri à Rege fortean deputati, ad quem scripsit (neque enim literas reticere aut supprimere aut potui aut debui, utpote, licet famæ Camdenianæ studiosus, veritatis tamen studiosior) censuræ Annalium supplementum, ut par est credere, subjecit, quam ut veritas magis magisque erueretur, & si quicquam ipsi minus intento, aut non probè edocto, subrepsisset, Regiis curis limatum emendaretur.

De chartis & instrumentis, quæ in condendis suis Annalibus collegerat Camdenus, ut post ipsius mortem salva integraque manerent, multi erant soliciti: inter alios Godefredus Goodmannus, postea Episcopus Glocestrensis, nomen certè tum Patrui tum Parentis causâ Camdeno nostro charum, qui, cum, uti ipse * refert, ut sibi in legatum relinquerentur, ab illo literis petiisset, hoc responsum tulit, quo minus id fieret, quod aliter in ipsius gratiam libentissimè facturus esset, re haud integrâ, hoc obstare, quod reverendissimus D. Richardus Bancroftus Archiepiscopus Cantuariensis id ipsum longè anteà postulasset. Subjicit verò, mortuo Bancrofto jus illud in successorem illius Georgium Abbottum, qui ut publici juris tandem aliquando fierent, in se recepisset, Camdenum transcripsisse, chartasque illas, prout ab Archiepiscopo Laudo itidem acceperat, in camerâ, quæ portæ palatii Lambethani imminet, fuisse repositas. Hoc sanè ad chartas de religione sub primis Elisabethæ R. annis instaurandâ, cæterisque quoquo modo ad rem Ecclesiasticam spectantibus, quam parcè admodum & quasi carptim tractat Camdenus, civili istius regni

* In responsione MS. prius citatâ. pag. 19.

regni Hiſtoriæ maximè intentus, ſacram Eccleſiaſticis Scriptoribus, quorum magis intererat, fuſiùs enarrandam relinquens, haud dubiis argumentis inductus reſtringerem, (cum cæteræ in Bibliothecâ Cottonianâ ſuperſunt) quas periiſſe aut iniquo prorſus fato adhæc-dum ſupprimi dolendum eſt. Neminem, niſi in rebus Anglicanis planè hoſpitem, latet, quo implacabili odio, erumpente civilis belli A. C. M. DC. XLI. incendio, in reverendiſſimum D. Archiepiſcopum Laudum exardeſcerent Presbyteriani & Angli & Scoti, quibus ſpurciſſimis mendaciſſimiſque calumniis illius famam laceraverint, & quantâ denique vi, planè tyrannicâ, & contra omne jus faſque adhibitâ, in illum capitali ſupplicio ſævierint. Non alitèr illorum vindictæ, avaritiæ, rerumque novarum ſtudio, niſi ipſius, quem ingens Eccleſiæ Anglicanæ ſub pientiſſimo Rege Carolo primo columen meritò dixerimus, cruenta morte, ſatisfieri potuiſſet. Illo autem in carcerem detruſo, Gulielmus Prinnus, ob ſeditioſos libellos ſtigmate inuſtus, in D. Archiepiſcopi ſcrinia, tum ut ſi quicquam, quod fictis criminibus objectis aliqualem induceret colorem, occurriſſet, inde excerperet, tum ut quantum erat documentorum, quod Viro innocentiſſimo iiſdem diluendis, cum pro Tribunali ſiſtendus eſſet, de capite dicturus, uſui eſſe potuerit, quoque auferret, animo malevolo involavit. Poſteà, Thomas Scottus è Demagogis Parlamentariis, linguâ & manu promptus audaxque, & Hugo Petri, infamis & impurus homuncio, quorum uterque ob regicidium meritiſſimas ſuſpendii pœnas vindice juſtitiâ poſt duodecennium luebat, Bibliothecam diripuerunt. Hinc libri expilati, chartæ aut laceratæ & combuſtæ, aut aliò amotæ, ſupellexque ſacra ſacrilegorum præda erat. De tantis ruinis reliquias perquam exiguas colligere licuit. Nam poſtquam Patriarchale Eccleſiarum Britannicarum ſolium juſſu ſereniſſimi R. Caroli II. conſcendiſſet reverendiſſimus in Chriſto Pater

ter & Dominus, D. Gulielmus Sandcroftus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, pro impenſiſſimo harum rerum ſtudio, Bibliothecæ ac ædium ſuarum penetralia mox luſtravit, quicquid uſpiam relictum erat, quod in Eccleſiæ Anglicanæ aut Sedis Cantuarienſis commodum cederet, aut Hiſtoriæ Gentis noſtræ reique literariæ illuſtrandæ conduceret, ſedulò inveſtigaturus: tandemque in illam cameram ſupra memoratam eunti occurrebant ingentes inſtrumentorum acervi, ut Vir ſanctiſſimus, ὁ μέγας ϗ ὁ καλὸς Ὁμολογητής, pro ſummâ ſuâ benignitate mihi referre dignatus eſt, quos cum in locum commodiorem amovendos curaſſet, ſingulis accuratè inſpectis, ea ferè omnia ad prædiorum elocationem pertinuiſſe, Camdeni aliorumque argumenti Hiſtorici chartis ereptis deperditiſque, reperit.

Quinquennio poſt emiſſam in dii luminis auram Hiſtoriam D. Mætellanus de Patris ſui Baronis Lidingtoniæ, qui turbatiſſimis Scotiæ rebus, RR. Mariâ & Jacobo regnantibus, multum momenti & ponderis authoritate ſuâ & conſiliis addiderat, famâ ſolicitus, Camdeno moleſtiam faceſſivit, ac ſi non motu proprio & ex ſe, ſed ex aliorum invidiâ & in Parentem malignitate clauſulis inſititiis eam exagitaſſet. An illius poſtulatis ſatisfecerit Camdenus nec ne, cum in literas reſponſorias nondum inciderim, mihi hactenus incompertum eſt: ſed ex literis filii, nedum ex illorum temporum à Scotis adornatâ hiſtoriâ, an ſuſpicionis adeo iniquæ de Camdeno aliiſve alendæ juſtam inde arripuerit occaſionem, æquus & prudens Lector apud ſe ſtatuat.

Amici interim, ingenti voluptate ac fructu ex hâc nobiliſſimæ Hiſtoriæ parte perceptis, ne Annales imperfecti relinquerentur, ſi mors inopina, quod non raró accidit, ſenem oppreſſiſſet, veriti, ut, dum valetudo in iſtâ ingraveſcente ætate permiſerit, dumque memoria firma, dum judicium ab omni labe, quam ægritudo menti pro more

ſæpiuſculè inducit, integrum firmumque ſupereſſet, de iis complendis ſeriò cogitaret, importunis precibus monent, & tantum non adhibitis formulis adjurant. Neſcio an id etiam non rogatus, antea non feciſſet, nec de hoc multum videtur dubitandum, ut ſibi conſtaret de abſolvendo opere, quod ex Thuani literis, qui illum, ut primordia regni Jacobi, ad annum hujus ſeculi decimum, quo Henricus magnus execrando parricidio ſublatus, & ad quem ipſe ſuam quoque hiſtoriam eſſet deducturus, ſerie hiſtoricâ deſcribere vellet, amicè rogat, mihi veri quidem ſimile videtur, ſaltem operi coronidem impoſitam fuiſſe circa annum M.DC.XVII. ex epiſtolis ad V. Cl. Petrum Puteanum ſcriptis liquet. Cum verò moleſtiam, invidiam, obtrectationem, & odium à quibuſdam malevolis, fato cum cæteris Hiſtoriarum Scriptoribus, qui veritati litarunt, communi, inde ſibi quoque ex vitio & malignitate ſui ſeculi creari offendiſſet, mentem contra alterius tomi, dum viveret, editionem, nullis machinis expugnandam obfirmavit; ut poſteritati tamen, quæ abſque affectu ſolet judicare, integer ſervaretur, nec incendio aut quocunque triſti caſu deletus, aut malignorum hominum invidiâ ſuppreſſus intercideret, Apographum fideliſſimè exſcriptum (Archetypo, quod in Bibliothecâ Cottonianâ conſervatur, apud ſe retento) tanquam ſacrum depoſitum ([c]) Petri Puteani curæ & fidei concredidit, & eò quidem libentiùs, magni Thuani exemplum ſibi ob oculos ponens, cujus hiſtoriarum reliqua pars ante mortem inedita, cum eam publicæ luci donare Curatoribus teſtamenti non liceret, forſitan periiſſet, niſi mens periculi præſaga, exemplari * apud Virum integerrimum nobiliſſimumque Georgium Michaelem Lingelſhemium relicto, iſtud damnum prudentiſſimè antevertiſſet. Sed vivit Camdeni genio munitus liber, extra omnem ſortem poſitus, monumentum ſanè ære & marmore longè perennius,

V. Epiſt. CXLVII. p. 186. & Ep. CLV. pag. 194.

([c]) V. etiam V. Cl. Petri Puteani vitam à Rigaltio conſcriptam. Pariſiis. 1652. 4°. pag. 50. & Epiſt. CCXLVII pag. 310.

* V. Epiſt. CCXLVI. pag. 310.

nius, nec interibit unquam, quamdiu humaniorum literarum ſtudium, quamdiu veritatis amor, quamdiu in anteactorum ſeculorum geſta inquirendi cupido, quamdiu denique mundus ipſe conſtabit. Ut verò hoc immortale opus perfectius, multiſque additamentis, quæ Camdenus propriâ manu fecerat, auctum prodeat, ut publicis literarum commodis inſerviam, tandem aliquando σὺν Θεῷ curabo.

Jam verò penè emenſo vitæ ſtadio, quod applaudente caveâ conſtanti ac firmo pede percucurrerat, quo à metâ propiùs aberat Camdenus, ut de Patriâ, de poſteris, de literis per omnem ſeculorum memoriam benè mereri poſſet, eò acrius animum intendens, quo propoſiti fieret compos, de inſtituendâ Hiſtoriarum in Academiâ Oxonienſi prælectione ſeriò cogitavit. En, quantum valet apud bonos ſacra & maximè laudanda æmulatio: nuperrimè enim præiverat exemplo ſuo illuſtris Savilius, cujus munificentiam in alendis promovendiſque Oxonii ſcientiis Mathematicis optimè collocatam, quamdiu ſidera cœlo micabunt, incolæque mundi aut numerorum aut circini retinebunt uſum, & donec terra excuſſa baſi incerto titubabit motu in priſtinum revolvenda chaos, mareque circumfluum æſtu ſuo deſtitutum ſtagnabit, nec erit navibus amplius pervium, ſicut præſens ætas gratantèr agnovit, ita omnis ventura mirabitur: vel potius quantum (f) voti, quod piiſſimus divinæ erga ipſum benignitatis ſenſus, quod literarum amor, quod publici boni cura ante multos annos elicuerat, ſe nimirum *Deo Opt. Max. & venerandæ Antiquitati anathema conſecraturum*, religio apud Senem optimum valuit! Cum ergo rem Academiæ acceptiſſimam fore comperiſſet, quaſi impatiens moræ, illam maturari juſſit, ut juxta ſtrictiſſimos

(f) *Nihil aliud nunc reſtat, cum è tot cæcis Oceani vadis & aſperis Antiquitatis cautibus eluctata tandem enavigarit oratio, quam ut Nautæ olim Neptuno vela lacera, aut tabulam votivam; ſic ego etiam aliquid Deo Opt. Max. & venerandæ Antiquitati anathema conſecrarem, quod libens merito nunc voveo, & ſuo tempore, Deo volente, vota ſolvam.* Camdenus in fine Britanniæ, pag. 860.

mos municipalis nostri juris apices ipso vivente tota absolveretur.

Interea quisnam Cathedram jamjam erigendam primò esset conscensurus, non illaudabili ambitione contendebatur: ad hanc autem illustrissimi Cancellarii, Gulielmi Comitis Pembrochiæ, reverendi Viri, D. Gulielmi Piersii, Decani Ecclesiæ Cathedralis Petroburgensis & Vicecancellarii, Thomæ Claytoni Medicinæ Professoris Regii, Thomæ Alleni, aliorumque literis commendatum V. Cl. Degoreum Whearum, Collegii Exoniensis nuper Socium, mox nominavit Camdenus, integrâ, ut par erat, alium etiam, post Whearum, sufficiendi apud se retentâ facultate; illi & successoribus post tertium annum (nam primo tantum xx libras, altero verò xl. erat percepturus) cxl. librarum sterlingicarum salario in perpetuum assignato.

Tandem in magnâ & celebri(g) Convocatione xvii die Maii M.DC.XXII. habitâ, Vice-Cancellarius declaravit clarissimum & egregium Virum, Gulielmum Camdenum Clarentium *lecturam publicam de lectione Historiarum fundantem*, Historiæque Lectorem stipendio admodum munifico dotantem, hujus donationis & fundationis (h) chartam indentatam sub formâ juris sigillo & propriæ manûs subscriptione 5 Martii, xix Regis Jacobi 162½. munitam, & ab ipso coram R. Richio Milite, in Cancellariâ Magistro, 14 Aprilis xx Jacobi 1622. recognitam, per D. Heatherum misisse, in qua omne jus, quod acquisiverit, Prædii sive Manerii de Bexley in agro Cantiano cum omnibus juribus, proficuis, &c. in Cancellarium, Magistros & Scholares Universitatis Oxoniensis, & illorum in perpetuum

(g) E Registro N. quod Acta Convocationis ab anno 1615. ad annum 1628. continet, fol. 144. Hujus vero inspiciendi, ut & cæterorum, quæ in Archivis reponuntur, facultatem pro ingenti illâ humanitate, & longâ eâque fidissimâ amicitiâ, quâ me complexus est, concessit Vir maximus, Joannes Wallisius, S. T. D. Mathematicorum hujus seculi facilè princeps, Geometriæ Savilianus Professor, & Academiæ Oxoniensis Archivorum Custos meritissimus.

(h) Pix. n. 7. in abaco cameræ turris Scholarum.

perpetuum Successores post centesimum annum, à die mortis numerandum transferri curavit, hâc conditione, quam inviolabilem inque omne ævum mansuram statuit, ut pensio ista in duas æquales portiones divisa, pro solenni apud nostrates more, singulis sex mensibus solvatur. Usum autem fructum illius prædii, (quod ad valorem annuum cccc librarum præter propter assurrexit) in xcix annos à tempore mortis ipsius incepturos Gulielmo Heathero, uxori, & hæredibus percipiendum dederat, isto reditu cxl librarum in Prælectoris sui salarium sub firmissimâ cautione, nullâ arte, exceptionibus nullis, nullisve leguleiorum technis eludendâ reservato. Quia verò munificentissimus Fundator, nullis ordinationibus à se hac ex parte conditis, id totum Universitatis arbitrio permiserit, in eâdem Convocatione Delegati constituebantur, qui de statutis regulisque de loco, (y) tempore, Auditoribus, mulctis, reliquisque ad istud munus feliciùs exequendum spectant, decernendis consulerent. Eodem quoque tempore, Gulielmus Heatherus, (qui Camdenum loco Parentis & Patroni coluerat, & quem vicissim tanquam filium & inter amicos maximè familiares charissimum dilexerat Camdenus) Regi

(y) Ordinationes istas longo pòst tempore factas è corpore Statutorum Universitatis Oxon. tit. iv. Sect. 1. §. 11. hic apponere forsan non abs re erit.

De Prælectore Historices per clarissimum Virum Gulielmum Camdenum *instituto.*

Prælector Historices bis in qualibet septimanâ, diebus scil. Lunæ & Veneris, inter horas primam & secundam post meridiem in Scholâ Historiæ designatâ Lucium Florum aut alios quosvis antiquioris & melioris notæ Historicos prælegat: ejusque lectiones frequentare teneantur singuli Artium Baccalaurei, post quadragesimam immediatè sequentem primæ Præsentationis suæ diem, donec ad gradum Magisterii promoveantur: item Juris Civilis studiosi, quousque Baccalaurei Juris præsentati fuerint. Quia verò à doctissimo Viro Gulielmo Camdeno Clarencieux, munifico hujus Lecturæ Fundatore, nihil usquam provisum est, quin rem totam Universitatis arbitrio permisit, eo strictius & morosius esse oportet judicium Universitatis in eligendo Lectore secundum statuta (tit. x. sect. 11. §. 6.) ut honori & æstimationi tum Academiæ tum ipsius Benefactoris consulatur, qui de fide ac judicio Universitatis tam honorificè sensit, ut ipsis legem ponere non sustinuerit.

Jacobo

Jacobo in Capellâ Regiâ à Sacris Symphoniis, & Orlandus Gibbonus, alter ex amicis Camdeni, artis Musicæ peritissimus, cum id Camdeno Benefactori gratum fore se credere ultro dixerit Vice-Cancellarius, titulo, gradu, & dignitate Doctorum in Musicâ aucti. Tantæ vero benevolentiæ & dignationi parem gratiam rependit Heatherus, ipse inter Benefactores Universitatis aliqualitèr numerandus, utpotè qui lecturam Musicæ annuo 16. libr. 6. sol. 8. den. reditu posteà fundari curavit. Illico literis ad Camdenum missis ipsius munificentiam, summumque hoc, quo affecta fuerat, beneficium recognovit Academia: quas neque inter chartas Camdenianas, neque in Registris in Archivio Oxoniensi repositis, licet diligenter quæsitas, nondum, quod dolenter dico, reperire potui, nisi quispiam in animum inducat suum, hoc muneris in se suscepisse Collegium Ædi-Christianum, cujus literas gratulatorias exhibeo.

Regist. N. fol. 144 b.

Post, in gratiam D. Wheari, ne quispiam illi de jure suo, ex nudâ & simplici nominatione minùs firmo, litem moveret, schedulam indenturæ affigendam legitimè firmatam Academiæ transmisit Camdenus sub hâc verborum formulâ.

OCTOBR. 16. 1622.

Ego Gulielmus Camdenus Degoreum Whear literis honoratissimi Cancellarii, Vice-Cancellarii, & plurimorum doctissimorum commendatum, & posteà usu & dissertationibus de re Historicâ penitiùs mihi perspectum, Prælectorem primum Historiarum constitui & constituo: & volo, ut L. Annæum Florum primum juventuti prælegat, quousque sibi visum fuerit.

Gul. Camdenus.

Cum

Cum verò Delegati, ad quos condendi de lecturâ Hiſtoriarum ſtatuta ſpectabat facultas, è re magis fore, ſi Prælector Camdenianus operam & ſtudium in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ excolendâ impenderet, judicaverint, indulto Prælectori juſtitio & ab ordinariis lectionibus ceſſatione, ut muneri aptior magiſque idoneus redderetur, cumque Whearus hanc novam ſtudiorum, quibus planè erat inaſſuetus, methodum & rationem inire adultiori vitæ ætate reformidaverit, Camdenus in illius favorem ſe iſtam profeſſionem de ſolâ civili Hiſtoriâ inſtituiſſe literis 6 Januarii $162\frac{2}{3}$. ſcriptis teſtatus eſt. Nondum quiſpiam ex Ordine Sacro, quod maximè dolendum videtur, gloriam Camdeni æmulatus eſt: illa enim nobiliſſima Hiſtoriæ, quæ in rebus ſacris & Eccleſiaſticis recenſendis verſatur, pars adhuc eget Illuſtratore & Patrono. Licet enim è noſtratibus Theologis quamplurimi, quod luce clarius eſt, in hoc genere ſtudiorum, quibus ex vi canonum ſedulò incumbere oportet, ab ipſis reformatæ Eccleſiæ initiis longè eminuerint, adhucque emineant, tamen hoc mihi æquus Lector facilè dabit, non parum aut decoris & gloriæ in Academiam, aut utilitatis & adjumenti in harum literarum Candidatos redundaturum, ſi, quod flagrantiſſimis votis ſæpè ſæpiùs optavi, ejuſmodi munus profeſſorium lauto, ſaltem modico, ſtipendio auctum inſtitueretur. Sed ut ex hoc diverticulo in viam redeam. Ab æmulo, cui multum doluerat hanc Spartam ipſi ornandam non ceſſiſſe, magis metuere debuerat Whearus, artibus & verſutiâ munere ſuo, ni opportunè caviſſet, exuendus. Brianus enim Twinus, Antiquitatum Anglicanarum, quod ipſa fatebitur invidia, ſcientiſſimus, quem Camdenus, ſive illius obſequio captus, ſive affectu erga illum & ſtudia, ne ille quaſi neglectus fatiſceret, illave quoque labaſcerent, motus, Whearo, ſi quid illi humanitus contigiſſet, ſuffectum iri deſtinaſſet, importunis amicorum precibus, *Lecturæ Hiſtoriæ donationem, collationem, ſive advocationem,* inſertis

hiſce

hisce verbis, *proximè post mortem Degorei Whear, resignationem, vel cessionem* in quodam instrumento 21 Martii 162⅔. signato sibi fieri procuravit, Whearo, si cederet, pecuniam numeraturus. Quod cum à quibusdam Aulicis, partiariis Twini Advocatis, rescivisset Camdenus, fraudem sibi factam fuisse ([i]) in literis ad Whearum gravissimè conquestus est. Priores tamen indebitâ prensatione extortas revocare, licet offensus, noluit, quas post Camdeni mortem à Twino prolatas, & ([k]) in Convocatione 8 Januarii 162¾. perlectas ratas habuit Academia. Mortuo verò Twino, cui si fuisset superstes, jus ad succedendum Fundatoris literæ dederant, Academia jam sui juris, neque cuiquam alii obstricta, sibi omnibus futuris temporibus Prælectorem eligendi facultatem asseruit. Ut vero se diligentem gratumque ostenderet Whearus, primos conatus ([k]) *de ratione & methodo legendi Historias* Patrono & Benefactori suo inscriptos anno M. DC. XXIII. edidit, qui postea magnis accessionibus locupletati heic apud nos & alibi prodiêre. Liber sanè utilissimus, & dignissimus, qui juventutis Academicæ manibus teratur.

([i]) V. Regist. ⊙ vel potius excerpta è Registris per Brianum Twinum & Doctorem Langbainum, Archivorum custodes eruditissimos, p. 418.

([k]) Reg. N. 172.

([l]) De ratione & methodo legendi Historias dissertatio habita in Scholâ Historicâ 12 Julii 1623. à D. W. 8°. 1623.

Jam depositâ latifundiorum sarcinâ, divini Senis mens curis solutior ad cœlum alacrius ardentiúsq; anhelabat, & quasi in terris longiorem ætatem degere illum voti sui compotem nuperrimè redditum tæderet, morti se componit, quam penè instare tum ipsâ senectute, tum morbis quotidiè ingravescentibus admonitus, totum se officiis pietatis, prout virum bonum & Christianum decuit, impendit; mentemque divinæ bonitatis, quam per integram vitam expertus fuerat, contemplatione, & jucundâ melioris vitæ beatitudinisque

dinisque per Christum consequendæ spe solatur: atque ne quippiam terrenum sanctis meditationibus intercederet, animamque avolaturam remoraretur, de tantillo, quod sibi reliquisset, disponendo paulò solicitus, testamentum propriâ manu descriptum, nemine conscio, 21 Maii M.DC.XXIII. condidit; ([1]) in cujus ipsis initiis, misericordiâ divinâ hac solenni verborum formulâ quasi titulo dilucido præfixâ, *Deus miserere mei peccatoris*, imploratâ, *totam suam spem in infinitâ Salvatoris & Redemptoris sui Jesu Christi misericordiâ repositam* cum fiduciâ, quâ decuit, profitetur; deinde pauca de corpore in loco, ubi mori contigerit, sepulturæ mandando, & pecuniis tum mediocris fortunæ viris, aliisque illum quâpiam cognatione attingentibus, tum in usum pauperum erogandis, subindè interponens, ne amicorum, quos summâ observantiâ & amore coluerat, jam in ultimo vitæ agone constitutus, oblivisci videretur, legata ceu tesseras immortalis amicitiæ, si id per fatorum leges licuisset, relinquit: quæ si minutatìm enumeravero, fortassè Lectori curioso illud non displicebit. Imprimis, D. Fulconi Grevillo, Baroni Brooko & Scaccarii Cancellario, *cujus gratuitâ benevolentiâ*, ipsius verba sunt, *ad officium & dignitatem Regis armorum promovebatur*, cantharum argenteum ad valorem x librarum obtulit: pecunias societatibus tum Pictorum Londinensium tum Calceariorum, quibus emerentur duo canthari suo nomine inscribendi, Thomæ Alleno ex Aula Glocestrensi Oxon. amico veterrimo, sedecim libras, Jano Grutero Bibliothecario Electoris Palatini Heidelbergæ quinque, D. Francisco Leigh & D. Petro Manwood quatuor, D. Gulielmo Pit tres, Equestris dignitatis Viris, Joanni Seldeno è Societate interioris Templi quinque, ad annulos comparandos: singulis denique Heraldis quatuor, Prosecutoribus ad arma duas, in fraterni amoris & charitatis indicium, licet exile, legavit. Libros verò omnes tam

([1]) Ex Testamento in Curiâ Prærogativæ.

impressos quam manuscriptos, & quicquid erat supellectilis librariæ, exceptis antiquis sigillis, codicibusque, quotquot ad rem Heraldicam & Genealogicam spectabant, quos Successoribus suis, ut ipsis forent subsidio, legaverat, nobilissimo Viro D. Roberto Cottono Equiti & Baronetto reliquit. Impressos verò urgente D. Joanne Williams, Ecclesiæ Westmonasteriensis Decano, Episcopo Lincolniensi, & magni sigilli Angliæ Custode, qui liticulæ movendæ ex homonymiâ vocabuli Anglicani, ut caussabatur, in testamento Camdeniano, quod vir nobilissimus D. Joannes Cottonus Baronettus, Thomæ filius, & Roberti nepos, avitæ gloriæ illustrium majorum, & virtutum, quibus inclaruêre, hæres, mihi narravit, occasionem capturus esset, vel potius urgente ipsius erga bonas literas amore Bibliothecæ in Basilicà Westmonasteriensi nuper conditæ idem Cottonus postea dono dedit. Quod solutis legatis reliquum foret, id quantum quantillumve, Gulielmo Heathero pleno jure possidendum voluit; quoque certiùs, quod in tabellis signatis faciendum ordinaverat, adimpleretur, ultimæ voluntatis Curatores, D. Rob. Cottonum & Joannem Wisæum, quorum fidem & amicitiam per multos annos senserat, ex legato x librarum utrisque relicto, quo die justa funebria celebrarentur, pullatis vestibus induendos, constituit.

Tandem senio confectus, mortem, cui diù assueverat, fortitèr admodum & Christianè opperiens, quasi illa cunctari æviternæ beatitudinis avidissimo videretur, Deo Opt. Max. * septuagesimo tertio ætatis anno nondum expleto nono die Novembris M. DC. XXIII. in villâ suâ Chisilhurstanâ, quam tantoperè dilexerat, animam reddidit, ut in vitâ, sic quoque in morte ipsâ, placidissimus.

* Hinc error in Inscriptione Sepulchrali corrigendus: certò enim constat, illum solis duobus annis & dimidio, septuagenario majorem decessisse.

Curatores Testamenti pro amore erga defunctum, solâ hâc ex parte, contra quam cavisset Camdenus, facturi, corpus

corpus ex rure Westmonasterium deferendum esse, ut in isthoc augustissimo Templo inter antecedentium seculorum Heroas conderetur, universis applaudentibus amicis, cum id etiam optimorum fuerit votum & exspectatio, censuêre. Hoc ipsius dignitas, hoc illorum pietas, ut publicè parentaretur, exigebat.

Decimo nono die ejusdem mensis funus maximâ cum pompâ elatum. Primò viginti sex senes egeni togis talaribus amicti incedebant; deinde suo ordine Generosi penulati, Armigeri, Equites, D. Henricus Bourchierus, postea jure successionis Comes Bathoniæ, D. Franciscus Leighus, Balnei Eques, D. Robertus Cottonus, Eques & Baronettus; Heatherus artis Musicæ Doctor, quem *Executorem*, uti appellamus, Camdenus constituerat, Suttonus S. Theologiæ Doctor, & Ecclesiæ Westmonasteriensis Præbendarius, mox futurus concionator. (m) Vexillum gestabat Wiatus cognatus, quem excepêre Philippus Hollandus à portâ demissoriâ, & Augustinus Vincentius à rubrâ cruce denominati Prosecutores, suis Paludamentis, sicut cæteri è Collegio Heraldorum, induti: galeam defuncti & cristam Joannes Philpottus à rubro dracone nuncupatus, scutum verò, in quo arma ejus gentilitia depingebantur, Samuel Thomsonus Heraldus Windsoriensis, manibus ferebant. Proximè corpus subsequebatur: supra sandapilam, quam instratum ex nigro velluto holoserico contextum obvolvebat, paludamento & coronâ, quâ caput in die inaugurationis erat redimitum, juxtà appositis, ab utrisque lateribus bini instratum sustinebant, Sampsonus Leonardus à cæruleo mantelio, Henricus Chittingus Heraldus Cestriensis, Henricus San-Georgius Richmondiensis, & Gulielmus Pensonus Lancastriensis. Post feretrum procedebat D. Gulielmus Segarus

(m) Ex Registro nuncupato *Funeral Certificates*, quod signatur I 22. fol. 90. in Archivis Collegii Heraldorum. Hæc consului, perquam benevolè id permittente Viro amplissimo & clarissimo, D. Henrico San-Georgio, Equestris dignitatis, Clarentio.

Garterius, Principalis Armorum Rex, cujus latera D. Richardus San-Georgius, Rex Armorum Borealis, & Robertus Treſwellus Somerſettenſis ſtipârunt; ſplendido & pulcherrimo ordine quoque incedebant honoratiſſimus magni ſigilli Cuſtos, Officialibus, qui ſummæ dignitatis inſignia geſtârunt, præeuntibus, Comes Leiceſtriæ, Vice-Comes Grandiſonus, Epiſcopi Londinenſis, Wintonienſis, & Dunelmenſis, quanti viri! aliique Præſules venerandi, D. D. Pagettus & Carew, aliique nobiliſſimi Barones, quos quamplurimi Equeſtris dignitatis nobiliſque proſapiæ Viri, magnificam hanc περίλδυσιν claudentes, excepêre. In Baſilicæ veſtibulo Canonici, Vicarii, & Choriſtæ, ſacris veſtibus induti, obviam euntes, corpus in navim deduxerunt, indeque concione, quam piiſſimam & elegantiſſimam habuit Suttonus, peractâ, ritu ſolenni in meridionali porticu verſus Occidentem extra chorum prope Virum maximum Iſaacum Caſaubonum è regione tumuli Chauceriani, ſpe certâ felicis reſurrectionis, terræ mandârunt. Concurrebat quoque denſis agminibus numeroſa plebs, tum in plateis, per quas itum erat, tum in Templo, quam dignitatis & virtutis Camdenianæ fama ad funebre hoc ſpectaculum allexerat. Nemo ſanè aut integriori probitatis & eruditionis famâ vixit, aut majori ſanctitatis laude deceſſit; nemo denique ſolennioribus exequiis ſepultus. Amici hoc ultimo pietatis & amicitiæ officio functi, Camdeno ſuo, Viro optimo & eruditiſſimo, de Patriâ, de literis optimè merito, jam jam longum vale dicturi, donec æternitatis aurora illuceſcere cœperit, non illum aut muliebribus lachrymis aut fletu indecoro, ſed laudibus, ſed admiratione proſequuntur, illum licet ſubductum oculis, è memoriâ nunquam excidere paſſuri.

Poſtquam Oxonienſes Camdenum ad Beatorum ſedes migraſſe accepiſſent, ſuâ intereſſe non tantum dolere, (ſatis enim ſibi, ſatis quoque ipſis vixerat) quantum teſtari, quâ venera-

veneratione erga Virum optimum vitâ functum ferrentur, justo gratitudis sensu tacti, censuêre. Parvum enim videbatur, Whearum Camdeni memoriam in Scholâ Historicâ coram Auditoribus suis die secundo Decembris celebrasse, cum id privati officii ratio exigere videretur; nisi quoque publico Academiæ nomine fuerit manibus Camdenianis parentatum. Id muneris elegantissimi ingenii Viro Zouchæo Townleio ex Æde Christi demandatum, conventusque solennis erat indictus, ad quem certatìm confluxêre Doctores, Magistri, totaque juventus Academica, nullius laudes aut avidioribus auribus aut sonantiore plausu excepturi. Nec defuit aut Camdeno aut sibi facundissimus Orator. Non vero se sic functum officio pro prudentiâ & pietate suâ sensit Academia, perennius famæ Camdenianæ monimentum consecratura. Inde paulò post jussu Superiorum versus à Musarum alumnis in laudem Camdeni compositi, quos in librum collectos ineunte anno 1624. ibidem sub hoc titulo, *Insignia Camdeni*, in publicam lucem emittere placuit: tandemque (n) in magnâ & solenni Convocatione 18 die Decembris, vix post funus mense elapso, consentientibus omnium suffragiis, à Senatu Academico decretum erat, ut *propter summam suam in Academiam Oxoniensem munificentiam*, in numerum Benefactorum adscitus Camdenus, statis solennitatibus, quas religiosissimè observat Academia, cum cæteris, i. e. cum serenissimis Regibus & Reginis, reverendissimis Archiepiscopis & Episcopis, illustrissimis Regni Proceribus Magnatibusque, unâ cum Savilio suo, quorum licet dispar ortus & fortuna, par virtus & eruditio, utraque summa, perpetuò futuris temporibus expresso nomine recenseretur. Viget apud Oxonienses Camdeni memoria, nec unquam abolebitur, imò apud omnes æternùm vigebit, quousque literæ constabunt.

(n) Regist. N. fol. 170.

Corpore

Corpore erat vegeto, ſtaturâ juſtâ, & decorâ facie, quam gravitas inſidebat, quod icones, quæ ſuperſunt, oſtendunt. Importunis enim Peireskii aliorumque Amicorum, qui ut illorum oculis imagine quotidiè obverſante divinas mentis dotes meliùs contemplarentur, id expetiiſſent, precibus victus, ſe pingi tandem conſentiebat. Potiſſimùm verò ejuſdem inſtituti Sodales ſibi ſemper hac parte illius, licet maximè imperfectâ, adeſſe, ſuiſque conſultationibus intereſſe, ut quem imitarentur coram haberent, voluere. Identidem Pictores, cum Camdenus è Pictore eſſet prognatus, ut artis ſuæ honori conſulerent, tabulam ad vivum expreſſam, hi & illi in conclavibus appenſam habuêre: ambæ igni perierunt. Ἴσον verò, antequam fatale illud incendium maximè deplorandam Urbi ſtragem intuliſſet, amore & admiratione Camdeni captus Sylvanus Morganus, profeſſione Pictor, at liberalibus diſciplinis egregiè excultus, genealogiarumq; admodùm peritus, quod liber ejus *de Gnomonicâ*, & *Sphærâ*, ut ita cum veniâ reddam, *Gentilitatis* oſtendunt, quantum artifex manus exprimere poterat, curavit delineandum: nec iſthoc contentus, aliud fieri juſſit, quod multiplici & quidem curioſo ornatu adauctum pro inſigni præ foribus habet. Cæteras autem Camdeni originales, uti loquuntur, imagines melior ſors manet: unam, ipſo donante Camdeno, quam Marcus Gheetades pinxit, Whearus, cum ſui eſſet peculii, ut omnium Academicorum oculis perpetuò pateret, Scholæ Hiſtoricæ, ne tanto ornatu deſtitueretur, ſolenni oratione 26. Novembris M. DC. XXVI. habitâ, præſentibus Academiæ Primoribus dedicavit, inſignibus gentilitiis, cum ſymbolo, quo uti conſueverat, *pondere, non numero*, ex adverſo additis, & hiſce verſibus ſubtus poſitis:

Hic

Hic oculos similes vultusque, hic ora tueri
Poteris, nec ultra hæc artifex quivit manus.
Annales ipsum celebrisque Britannia monstrant;
Perenniora saxo & ære μνήματα.
Quisquis & Historiæ cathedram conscenderit, esto
Benignitatis usque monumentum loquax.
Degoreus Whear *primus Præ. P. E. posuit.*

HIstorIæ eCCe IUbar LUX & præCLara VeTUstæ
CLarentIUs VItâ SeneX.
Nono NoVeMbris eXIIt.

In alterâ parte tabulæ, *Gulielmus Camdenus Clarentius Prælecturæ Historicæ Fundator munificus.*

Supra Cathedram verò hæc verba in pariete descripta leguntur:

Schola Historica instituta

ANNO

HIstorIæ VItaM sI qUIs DonaVerIt HIC est.

Alteram, quâ pariter donatus, D. Rob. Cottonus in suâ Bibliothecâ, nobilissimo Antiquitatum Britannicarum sacrario & gazophylacio, tanquam in loco maximè idoneo, quam suis codicibus manuscriptis, chartis, cimeliisque moriens locupletaverat Camdenus, seris servandam nepotibus reposuit; juxta quam iconem titulo obversam repræsentandam curavi. Hanc quoque Camdeni, quod lubens addo, inter virorum hujus ævi maximè illustrium iconas non levi curâ & impendio collectas Vir illustrissimus, D. Edwardus Hide, Comes Clarendoniæ, & non ita pridem Angliæ & Academiæ Oxoniensis Cancellarius, ipse quoque

quoque inter Maximos jure meritiſſimo recenſendus, neutiquam deſiderari paſſus eſt. Dum verò Camdenus langueſceret, & proximè exſpiraturus eſſe videretur, ab Amicis clam immiſſus Pictor, qui vultum pallidum, genas depreſſas, oculoſque caligantes furtivâ manu depingeret, ut illius, quem in vitâ, in morte imitandum propoſuêre, viva quædam idea menti fortiùs infigeretur.

Sed vividior & longè expreſſior Camdeni imago ex virtutibus, quas nulli colores exprimere poterant, effingenda eſt. Ab ipsâ adoleſcentiâ, quamprimùm menti ſeſe literarum amor inſinuaverat, eas pertinaci ac immodico ſtudio excoluit, in aliis Vir rariſſimæ moderationis; & ut ab iis neutiquam avocaretur, Ortelii, Joſephi Scaligeri, Nicolai Fabri, aliorumque, quorum fama meliùs ſcriptis ex fœcundiſſimo cerebro prognatis quàm longâ nepotum ſerie in omne ævum propagabitur, exempla æmulatus, opulentis matrimoniis, quæ multa ſtudiorum impedimenta allatura prævidiſſet, vitam prætulit cœlibem, ſancti propoſiti uſque & uſque retinentiſſimus. Vix intermiſſis laboribus fatigatum corpus ſuccubuit, ſalute profligatâ, quam alitèr ex debitâ humorum craſi, quam dederat natura, integram conſervaſſet. Hinc toties adultâ ætate febribus vexatus, hinc morbi ex intenſiori ſtudiorum curâ ſæpè recrudeſcentes. Amici, quibus id erat cognitiſſimum, ut ſibi parcens ſapientiam ex modo retineret,conſuluêre, quod tamen acri & ſublimi ingenio ad ſumma quæque enitenti longè erat difficillimum. Solertia mentis in ratione & methodo ſtudiorum quàm maximè eluxit: neglectis enim Poeſeos amœnitatibus, quibus adoleſcentulorum animi irretiuntur, ad ſolidam veramque eruditionem ſeſe applicuit, ipſum tamen à Muſis, licet earundem non ſtrenuum cultorem, non prorsùs abhorruiſſe, verſus rogatu Amicorum, qui ſcripta elogiis Camdenianis honeſtari voluerint, aut mentis relaxandæ causâ, ſubindè compoſiti, ſatis oſtendunt.

oſtendunt. Incredibili & ſummâ diligentiâ in muniis publicis, quæ ſortitus eſt, obeundis utebatur, pro piaculo habiturus, ſi quiſpiam ignaviæ crimen ipſi objeciſſe jure potuiſſet. Munere Heraldico nemo majore aut fide aut curâ functus eſt. Librum, ut cætera taceam, atteſtor, in quo obitum & funera illuſtrium & nobilium Virorum debitâ cum pompâ celebrata, quam non ſine detrimento & labe Nobilitatis hiſce funebribus juſtis apud plebem olim ſervatæ omiſſam querimur & dolemus, recenſeri curavit. Nemo in dignoſcendis ſtirpibus Genealogicis aut ſtudioſior aut felicior: quod MSS quoque monſtrant: nemo in viſitationibus ſuis & in inſignibus Gentilitiis concedendis cautior; cum enim ignobiliori proſapiâ prognatis, aut virtute bellicâ, aut literarum ſtudiis, aut qualicunque ſingulari induſtriâ inclareſcere contigerit, Regibus armorum inſignia tanquam meritorum præmia ad poſteros tranſmittenda iiſdem impertiri licet. Ejuſmodi diplomata dilucidâ & eleganti verborum contexturâ Latinè confecit Camdenus; cum vero ad blaſoniam ſeu inſignium deſcriptionem ventum eſſet, ſæpenumerò voces Gallicas, quæ ſunt apud nos frequentiſſimi uſus, inde enim ars iſta ad nos emanavit, adhibuit. Hoc ſanè Latino ſermone aggreſſus eſt in *Britanniâ* ſuâ, in pleriſque quidem felicitèr & ſatis accuratè: licet in leviuſculi momenti pauciſſimis, quod aliqui Sylveſtri à Petrâ Sanctâ aliorumque lucubrationibus poſtmodùm editis adjuti monent, fortaſsè non adeò exquiſitam criticam adhibuerit.

Cum Collegis ſuis vixit amantiſſimè, ne D. Brooko quidem, cui ignoverat, infeſtus: nec immeritò. Brookus enim, ſi intra debitos fines ſeſe continuiſſet, ob ingentes labores in Genealogiis indagandis diu impenſos non parum fuiſſet laudandus. Tantum autem abeſt, ut quiſpiam illi tyrocinium in artis pictoriæ ſtudio & profeſſione exprobrare debeat, ut potius hoc in laudem cedat

quam maximè, quod ingenio & industriâ suâ dignitatem Heraldi tandem fuerit consecutus. Ita candidè pro innatâ bonitate erga omnes se gessit Camdenus, licet clarissimis Viris Joanni Philpotto & Augustino Vincentio, quos paterno amore complexus est, illorum vicariâ operâ in suis visitationibus adhibitâ, impendiò favere videretur: quod cum cæteri ejusdem sodalitii ægrè ferentes, supplices libellos D. D. Commissariis, muneris Comitis Marescalli Angliæ Administratoribus, quasi ipsis hâc in re parum æquus fuisset Camdenus, exhibuissent, ille jus suum quemlibet Deputatum pro arbitrio & ad libitum constituendi literis responsoriis vindicavit. At lis ista, quæ salvis bonis moribus agitari inceperat, illæsâ quoque amicitiâ brevi componebatur.

Inter amicos maximè familiares habuit, (°) D. Robertum Cottonum, & D. Franciscum Godwinum, primò Episcopum Landavensem, posteà Herefordiensem, hunc itineris 1590 in Walliam, illum in Cumbriam cæterasque Septentrionales Angliæ Provincias A. C. 1599. suscepti comitem, Matthæum Sutclivium D. Henricum Savilium, D. Henricum Wottonum, Jacobum Usserium Armachanum, D. Henricum Bourgchierum, D. Henricum Spelmannum, Joannem Seldenum, aliosque amplissimæ dignitatis, & stupendæ eruditionis Viros, quibus illum suavissimi mores reddiderant longè charissimum; tantâ enim lenitate & mansuetudine præditus erat, ut apud omnes *bonus Camdenus* audiret: interim non artificiosis obsequiis aut callidâ simulandi arte famæ popularis captator. Nemo apud exteros, ut supra dixi,

(°) Britan. in Comitatu Huntingdoniensi. pag. 368. ——*Davidi natus erat Henricus, Henrico David Comes Huntingdoniæ, per cujus alteram filiam Isabellam descendit Cunnington & alia latifundia jure conjugali ad Robertum Brus, à cujus primogenito filio Roberto, qui agnomine Nobilis, Jacobus Rex Magnæ Britanniæ rectâ lineâ genus ducit: A Bernardo filio juniore, cui hoc Cunnington cum Exton obtigit, Robertus Cotton, Vir dignitate Equestri, qui præter cæteras virtutes bonarum artium admirator & indagator summus, conquisitis undique monumentis venerandæ antiquitatis, hîc instituit Armarium, è quo mihi in his tenebris lumen pro singulari humanitate sæpenumerò prætulit.*

dixi, eruditionis fama magis inclaruit, nemo ab ipſis magis conſultus, aut majori in honore habitus: licet per negotioſam vitam Patrio ſolo adfixus, ne pedem quidem unquam extra Angliam moviſſet: quod adnotari maximè oportuit, ne quiſpiam D. Jobertii, ex lapſu memoriæ alium pro alio ſubſtituentis, literis deceptus, illum olim Patavii ſtuduiſſe crederet. V. Epiſt. XCVII. pag. 138.

Honorum minimè appetens, ne Equeſtris quidem dignitatis, quam præ modeſtiâ recuſavit. Neminem aut ſermone aut ſcriptis læſit: ut enim pectus habuit candidum, non invidiâ, non vindictâ, non malo æſtu exagitatum, ita linguam ab omni petulantiâ calamumque à conviciis temperavit. Crebrâ experientiâ didicerat, ſtudium veritatis eruendæ in Annalibus ipſi odium & obtrectationem peperiſſe; ideò de parte alterâ in lucem publicam edendâ, quod ſupra monui, non ſolicitus, vel potiùs ne ederetur, niſi poſt cineres conditos, maximè ſolicitus, totum id Regiæ Majeſtatis arbitrio commiſit, obnixè deprecans, ne, ſi ita ſtatuiſſet Rex optimus, in vernaculum ſermonem opus iſtud Hiſtoricum ipſo vivente verteretur, ſatis gnarus, indoctos è vulgo Lectores iniquiſſimis cenſuris in Hiſtoriarum Scriptores, ut ut veritati ex integro litaverint, dum vita adhuc ſupereſt, pro fatuitate & malitiâ ſuâ ferri ſolere. At à Viris, quos ingenua educatio æquè ac natalium prærogativa ſupra vulgus evexerit, mitiùs & humaniùs exceptum iri meruit Camdenus. En! quo cæcus amor & injuriam fictam ulciſcendi impetus temerarium ferocis præcipitiſq; ingenii juvenem rapiunt. Cauſſatus enim ille, Camdenum familiæ ſuæ ignominiæ notam inuſſiſſe, eò quòd quandam cognatam, ſuppreſſo licet nomine, artibus amatoriis nobiliſſimi Viri, & ob fortitudinem & eruditionem poſteà meritò celeberrimi, qui illam tamen in Uxorem duxerat, pellectam, ſuæ pudicitiæ non ſatis caviſſe, quod per univerſam Aulam Regiam percrebuit, meminiſſet, in ipſius περ- A° 1595.

τομὴν in Basilicâ Westmonasteriensi super sepulchrale monimentum exstantem sæviens, extremam nasi partem amputavit, nescio an majori stultitiâ an vesaniâ; quod Vir splendidis natalibus, virtute & fide integrâ, suavissimis moribus, & eruditione eleganti ac solidâ verè nobilis, Carolus Hattonus Armiger mihi enarravit. Denique, erat Christianæ pietatis & religionis assiduus ac sincerus cultor, & Ecclesiæ Anglicanæ obsequentissimus filius, omni tum Pontificiæ superstitionis tum Puritanæ factionis fermento vacuus. (p) Cum verò Hibernus quidam Fraterculus in Analectis suis dixisset, *illum spe hujus seculi delusum, & mundani honoris lenocinio illectum*, quasi dissimulatâ religione, istud fecisse, aliusmodi non inassuetus convitiis, (quippe quem (q) Personius & Possevinus Jesuitæ, aliique pro pietate & charitate Catholicâ stigmate hæreseos notassent) mendacissimam calumniam, rectæ & integræ conscientiæ testimonio fultus, securè neglexit; nec elaboratâ apologiâ opus habuit, cum integritatem ac zelum asserendæ religionis, in Ecclesiâ Anglicanâ legibus stabilitæ, intimæ admissionis Amici, scripta, totusque vitæ tenor id satis testarentur. In quâ fide vixit, in eâdem tranquillè & felicitèr diem suum obiit, apud amicos magnum sui desiderium relinquens, apud posteros verò famam immortalem. Monimentum ex candido marmore, etsi non valdè magnificum, satis tamen pro dignitate decorum, posuere Amici: cui superincumbit dimidiata ipsius, manibus librum, cujus foliis insculpitur BRITANNIA, sustinentis effigies.

(p) V. Analecta de rebus Catholicorum in Hiberniâ. 8°. *1616.* pag. 113.
(q) V. Ep. CXCIV. p. 246.

A dextero latere insignia Muneris, quod gessit, cum Gentilitiis in eodem scuto à summo bipartito, à sinistro sola Insignia Gentilitia seorsim depinguntur: capiti impendet corona, Armorum Regibus propria, cum hac inscriptione:

QUI

QUI. FIDE. ANTIQUA. ET. OPERA. ASSIDUA.
BRITANNICAM. ANTIQUITATEM.
INDAGAVIT.
SIMPLICITATEM. INNATAM. HONESTIS.
STUDIIS. EXCOLUIT.
ANIMI. SOLERTIAM. CANDORE. ILLUSTRAVIT.
GUILIELMUS. CAMDENUS.
AB. ELIZABETHA. R. AD. REGIS. ARMORUM.
(CLARENTII. TITULO.) DIGNITATEM.
EVOCATUS.
HIC. SPE. CERTA. RESURGENDI. IN.
CHRISTO. S. E.
Q.
OBIIT. AN. DNI. 1623. 9 NOVEMBRIS.
ÆTATIS. SUÆ. 74.

G. CAMDENI *Scripta hactenus edita.*

B*Ritannia, five florentiſſimorum Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Inſularum adjacentium ex intimâ antiquitate Chorographica deſcriptio.* Londini 1586. 1587. in 8°. 1590. ampliori octavo: eodem anno Francofurti apud Joannem Wechelum. Londini 1594. & 1600. in 4°, in cujus fine habetur reſponſio ad Antiphili calumnias: & 1607. folio, plurimis locis magnâ acceſſione adaucta, & chartis Chorographicis illuſtrata. Denique edita eſt in Atlante Janſſonii (cujus quartam partem conſtituit) Amſtelodami 1659. nitidiſſimis quidem characteribus, ſed ordine planè diverſo: multis omiſſis, multis quoque è Johannis Speedi aliorumque ſcriptis interpoſitis adjectiſque, ut quid ipſe Camdenus, quidve illi ſcripſerint, meritò ambigatur. Opus hoc eximium omni laude majus, emendationibus & additamentis, ab ipſo Camdeno factis, & limari & augeri poteſt, modò quiſpiam harum literarum peritus, Virorum Nobilium favore & patrocinio adjutus, de novo edendum in ſe ſuſcipere velit. Sed cum illud non niſi magnis ſumptibus abſolvi poſſit, nec hoc in præſenti exſpectandum eſt, ad tempora auſpicatiora neceſſariò reſervabitur.

In epitomen redacta à Regnero Vitellio Zirizæo. Amſtelodami 1616 & 1639. 8°.

Anglicè verſa à Philemone Hollando Coventrienſi, Medicinæ Doctore, qui ſæpe in dubiis obſcuriſque locis de vero verborum ſenſu & ſignificatione conſuluit Authorem. fol. Londini 1611 & 1637.

Grammatices Græcæ inſtitutio compendiaria, in uſum Regiæ Scholæ Weſtmonaſterienſis. Londini in 8°. 1597. centies ferè recuſa.

Reges,

Reges, Reginæ, Nobiles, & alii in Ecclesiâ Collegiatâ B. Petri Westmonasterii sepulti, una cum ejusdem Ecclesiæ fundatione præfixâ, Londini 4°. 1600, 1603, postea cum additionibus ad annum 1606. ib.

Anglica, Normannica, Hibernica, Cambrica à Veteribus descripta: ex quibus Asser Menevensis, Anonymus de vitâ Gulielmi Conquæstoris, Thomas Walsingham, Thomas de la More, Gulielmus Gemiticensis, Giraldus Cambrensis.

Plerique nunc in lucem editi ex Bibliothecâ Guilielmi Camdeni. Francofurti, folio. 1603.

Reliquiæ Britannicæ, sive de Britanniæ incolis, & de eorundem linguis, nominibus, cognominibus, paronamasiis, anagrammatismis, insignibus nummis, symbolis, vestitu, proverbiis, epitaphiis, &c. Anglicè. Londini 1604, & 1614. 4°. Liber multoties postea recusus, cum additamentis Joannis Philpotti Heraldi titulo Somersettensis.

Actio in Henricum Garnetum, Societatis Jesuiticæ in Angliâ Superiorem, & cæteros, qui proditione longè immanissimâ serenissimum magnæ Britanniæ Regem & Regni Angliæ Ordines pulvere fulminali è medio tollere conjurârunt: una cum orationibus Dominorum Delegatorum.

Adjectum est supplicium de Henrico Garneto Londini sumptum.

Omnia ex Anglico à G. Camdeno Latinè versa. Londini 1607. in 4°.

Excudebat Joannes Norton, serenissimæ Regiæ Majestatis in Latinis, Græcis, & Hebraicis Typographus.

Annales rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Elizabethâ ad annum salutis. M. D. LXXXIX. Londini 1615. fol. Francofurti 1616. in 8°. Annales ad obitum, R. Elisabethæ continuati. Lugd. Bat. 1625, & 1639. 8°. Lond. 1627. fol. & postea alibi. Bis terve Anglicana versio prodiit Londini in folio. Prima pars Gallicè versa per Paulum de Belligent, Advocatum in Parlamento Parisiensi, Londini 1620, & postea integrum opus per eundem, Parisiis. 1627. 4°. Elogia

Elogia & Testimonia CL. & doctissimorum Virorum de G. CAMDENO.

LIPSIUS in commentar. ad 12 libr. Annalium Taciti.

Capio judicem te, Guilielme Camdene, qui Britanniæ tuæ nebulas claro ingenii sole nuper illustrasti.

Josephus Scaliger in animadversionibus in Chronologica Eusebii ad ann. M.M.CC.XIII. pag.228. Amstelodami 1658.

Præterea nuper effossum est in Britanniâ saxum, quod ab erudito Gul. Camdeno in suo eximio opere producitur.

Epistolâ ad Richardum Thomsonem ccxxxii. pag. 500. Lugduni Batav. 1627.

Scripsi ad te antea, mi Thomson, & puto te literas eas una cum libris, quos ad Camdenum nostrum mittebam, accepisse. Tandem ad manus meas ipsius Camdeni Anglici opus eximium καὶ παντὸς φθόνου κρεῖττον *pervenit. Quo nomine gratias immortales illi ago. Neque nunc otium est illi testari, quanti ego illud opus, quanti ejus in me benevolentiam faciam.*

P. Merula in præfatione ad Ennii fragmenta. Lugduni Batav. 1595.

—— *ex Germaniâ per Gallias & Angliam, ubi instar omnium mihi fuit Gulielmus Camdenus, domum reversus.*—

Cosmographiæ partis 2. lib. 3. pag. 323. Amstelod. apud Hondium 1621.

Antiquorum Celtarum in Galliis vocabula cum idiomate Britannico hoc etiam tempore consonantia sunt, indicio CL. V. Gulielmi Camdeni, hæc ferè.

Thomas

Thomas Martinus in Historicâ descriptione vitæ & rerum gestarum Gulielmi Wiccami Winton. Episc. lib. 1. cap. 3. Londini 1597. & nuperrimè recusâ Oxonii 1690.

Gulielmus Camdenus ob præclaram Britanniæ descriptionem perpetuò victurus.

D. Henricus Savilius in præfatione ad Thomam Bradwardinum de causâ Dei:

Attestante doctissimo & diligentissimo Camdeno nostro.

Seldenus in Jani Anglorum facie alterâ — de viis regalibus loquens.

Atqui à Romanis has autumat stratas eruditissimus ille nostras, & magnum Britanniæ lumen, G. Camdenus Clarentius, quod Tacitus, Beda, & alii suadent. Deinde,

Quandoquidem verò initia dedit & incrementa horumce disciplinæ Britannia, remque tum Britannorum tum Gallorum publicam, mores, linguam, sacra, profana, omnia eadem pene aut paria fuisse jampridem à Gulielmo Camdeno est doctissimè ostensum, (quam te memorem Camdene!

In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt convexa, ac dum Cynosura Britannos,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.)

Andreas du Chesnius in præfat. ad historiæ Normannorum Scriptores antiquos Lutet. Paris. fol. 1619.

—*Maximi vir nominis inter doctos, D. Guilielmus Camdenus Anglus exemplaria MSS. impetravit eaque transmisit ad V. I. & de literis benè meritum D. Nic. Fabricium de Petrisco, Regium in Aquisextiensi Provinciæ curiâ Senatorem, mihi summo amicitiæ vinculo charissimum.*

Nicolas Bergier-histoire des grands chemins del' Empire Romain. à Paris 1622. 4°.

Livre 1. chap. 30. pag. 109. *Camdenus, qui a si doctement & elegamment descrit son isle de la grand Bretagne, nous tesmoinge.*

Pag. 112. *Camdenus, qui est du païs, & qui a curieusement recherché & consideré la forme de ces grands chemins, dit* ——

D. Henricus Spelmannus in Glossario in *Heraldo.*

—*Nomen Clarencieux, quod non minus quam omnium Heraldorum, eximiè adornavit vir eximius, Gulielmus Camdenus (Sol in nostrarum Antiquitatum Zodiaco) radiisque perpetuis illustravit. Creatus hic fuit è Richmundo prius Heraldo, Clarentius Rex Armorum à divâ Elizabethâ A. D.* 1597. *regni ejus* 39. *gestoque modestissimè hoc officio, diem obiit literarum Reip. infelicem,* 5. *id Novemb. anno stili nostri* 1623, *& in celeberrimâ Ecclesiâ Westmonasteriensi sepelitur.*

Longè plura tum Nostratium tum Exterorum de G. Camdeno testimonia addidisse in animo habueram, quæ cum harum rerum studiosis inter legendum ubivis sese ingerant, ab hoc labore, qui planè supervacuus esse, & ostentationem redolere videatur, jure supersedendum censeo.

Oratio

Oratio in memoriam Clarissimi Viri Gulielmi Camdeni, *Lecturæ Historicæ apud Oxonienses Fundatoris, prolata per* Zoucheum Townley *ex* Æde Christi, *Oratorem publicum tunc temporis deputatum.*

ULtimam solennitatis vestræ panegyrin redux occupavit CAROLUS; cùm rarum illud profundi depositum, cùm salutem nostrûm omnium erudita suscepimus lætitia. Inexpectato tamen fatorum ordine, vix limen patriæ fama reditûs salutavit, quin Camdenus vester expiraturus est. Restitutam scilicet adventu Principis Britanniam sentit, & fœlicitatem publicam suo funere auspicatur. Quò properas Camdene? siste tam celerem gradum; CAROLUS te jubet, siste. Nescis adhuc certos Britanniæ limites; nescis spem victoriasque CAROLI; siste. Forsan trophæis numerosior, quàm fuerat periculis, æquor reviset, & peregrinas sedes iterum, triumphans, ambiet. Forsan interminus vigor Europæ deploret angustiam, & in ipsis Asiæ finibus tuam, quam quærat ætas proxima, collocet Britanniam: nunquam deerit, salvo Principe, ampla fœlicitatis materies, quæ Scriptores provocet; deeritque semper, te mortuo, Camdene, qui scribat. Et utinam non deesset hodie, Auditores, qui vestrum vobis promeret Camdenum. Rerum certè magnitudini longè imparem verborum fidem noster agnoscit metus, & trepidantis animæ infœlicior oratio; erigit tamen labantem spiritum candor Academicus, meque penè invitum, & vellem Camdeni Genio pleniorem, vobis obtrudit. Non est autem ea argumenti sterilitas, ut longâ parentum serie Camdeni nomen deducerem: quid deriva-

 tum

tum poſcimus familiæ decus? Quid altiora ſtemmatum inſignia, illo tantùm accipienda nomine, quia Camdenus contulit? Neque hodierni inſtituti eſt, deviâ verborum levitate, Camdeni patriam vobis proponere: Camdenus ſibi ipſe Patria eſt. Agnoſcit tellus Britannica mira induſtriæ & gratitudinis pignora, agnoſcit auræ tenuis æternum fœnus; & illum ſe genuiſſe gloriatur, per quem ipſa viveret. Quin video attentiores Auditorum animos, & Camdenum à me acriùs poſcentes; dum ipſe æquâ viciſſitudine vos à Camdeno poſtulo. Elaboratam Britanniæ paginam ſagax peragravit calamus, & intra libri limites conventum prævidit Academicum; illic priùs unumquemque veſtrûm inter legendum ſalutavimus. Hinc occurrit antiquioris nominis nobilior ſedes; illinc non admodum ignoti benè culta poſſeſſio: hâc parte talis floret, & talis alterâ. Ita provido communioris operis artificio, vos & argumentum fecit & Judices. Chartam non inveniet conſciam nepos profuſior, dum hic piè hiſtoricus, famam vendi non admittit. Auguſtiora devoret patrimonia rapacior ſenex, & oppreſſione ſolâ cognitus, novo gloriæ privilegio, æternitati temporum poſſeſſor audiet, qui perdidit. Silebitur emptor inglorius, & hodiernus Camdeno hæres eſt, qui primus incoluit. Eodem etiam potentis ingenii radio, vobis pariter, totique mundo, veſtram gloriam denudari voluit. Quid plus Columbus potuit? Imò quid planè potuit? Quid ſuſceptum tot annorum exilium, dum perverſo navigandi ſtudio nativam patriæ ſuæ amittit dulcedinem, ut ſterilitate potiatur alienâ? Camdenus terram ipſis incolis incognitam domi ſuæ patefecit. Teſtor veſtræ Angliæ terminos, vix priùs veſtros; Teſtor illud ignorantiæ patriæ Ænigma, ſolumque quod eoſdem antea & peregrinos habuit, & ſuos. Iterumque teſtor tenebras immortales, & vos vobis hodie obſcuros, niſi Camdenus illuſtraſſet. Placuit limiti Britannico diutius inhæſiſſe, ſed dum devolvitur

devolvitur hujus Insulæ narratio, incidimus in descriptionem Wallingfordiæ, ubi Author Ædis Christi, nutricis suæ, memor est. Patiatur corona Academica Ædem Christi sibi gratulari, nec ultimis annumerare laudibus Camdenum: patiatur, si fieri possit, illo sine invidia frui, quem suum omnes desiderant. Nihil tamen honoris mutui diminuet plausus ille domesticus; literas hîc hausit Camdenus, literasque reddidit; omnia soliditatis fundamenta illic accepit, illuc contulit. Ecce ut festinat diffundere quod imbiberat, neque hîc se diutius immorari patitur activa virtus, & sui semper prodiga. Excepit dotes imperio dignas dominatus Scholasticus, & onerosa erudiendæ juventutis cura; excepit, inquam, non ignotus angulus, ubi secura delitesceret ignorantia, sed Schola Westmonasteriensis, & Camdenum habuit Protodidascalum. Ita dextro sydere vir in omnium bonum destinatus, benignitate non vulgari, thesauros animæ tunc impertiit, utramque Academiam literato nobilitavit germine, ut invitâ fortunâ scientiarum vel sic Fundator existeret.

——Hic pandere doctus
Carmina Battiadæ, latebrasque Lycophronis atri,
Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Corinnæ.

Quot illustres rerum Anglicarum Præsides curiosâ excoluit indulgentiâ? Quot intellectu, quot animâ donavit? Mirantur omnes, eloquuntur omnes, & adhuc Camdeni numen sentiunt. Fœlix & in perpetuum duraturus labor fundamenta jecit Ecclesiæ, fundamenta posuit Reipublicæ, & ex illo Grammaticali ordine desumptum utraque profitetur lumen. Neque tamen pubes tantùm apud suos tenerior inhiavit Camdeni studia; habuit alios ille inter Gentes exteras avidiores sui, &, propè dixeram, discipulos. Hæret Opsopæus, Thuanus, Lipsius, à Scaligero dubitatur.

dubitatur. Quid fiet? Ubi tandem cognitionis ſpes reſideat, ſi Scaliger hæſitet, ſi Lipſius ignoret? Tranſmittuntur literæ, & humili ſciendi confidentiâ Europæ conſulunt oraculum. Velata lugent Muſarum capita; Camdenus velum detrahit. Occluſa ſtupent Artium myſteria; Camdenus aperit. Dignus unicè, qui cœlo à conſiliis adoptetur, & ſacer fiat ſcientiarum Arbiter.

——ſic ad opaca Sibyllæ
Antra rogaturæ veniebant undique gentes.

O ſi liceret perfrui Muſæi penetralibus, & arcana divinioris animæ miracula ſecurè perſcrutari: quàm omnia uno conſpicerentur intuitu, cùm obſervâſſe contigerit, quantum laboris ſeculo priori addidit, quantum impoſuit ſuo! Demitte me *Camdene*; tenuitatem noſtram tot virtutum gravamen longè deprimit; demitte, & humeros inefficaces deſere. Frequens Hiſtoriæ tuæ lectura fias, & vivo meritorum encomio clariora turgeant ſubſellia. Neque poſt Florum & Paterculum nuda facultatis tuæ irrepat recordatio. Recenſete Saluſtium, Livium, Tacitum, iterumque Tacitum; aut ſi vobis placuerit, nova effingite fœlicioris Genii nomina, qualia Camdenus veſter tranſcendiſſe dignatus eſt. Adeò præpotenti acumine, dum imitatur, ſupervolat, & expeditâ fruitur in ipſo conamine victoriâ. Nec diu vacavit, quin perfectiorem hanc artis Hiſtoricæ fidem ipſa poſtularet ſcribendi religio; poſtularunt, inquam, ELIZABETHÆ (quam nominâſſe pietatis eſt) Annales: quos ſuſcipit Camdenus, perficitque ſtylo tam plenè regio, tam undequaque & rei & ſibi conſono, quaſi virginalem tantæ Majeſtatis ſplendorem libro ſuo maritare ſtatuiſſet; ut pari famæ conſortio poſteris ſemper audiant, ELIZABETHA & CAMDENUS. Dum ſupererint, Academici, dicata Muſis mœnia, dum ſtent immoti patriæ ſtatûſque termini, dum

virtutum

virtutum artiumque vestigia licuerit sperâsse, Eliza recensebitur, & recensebit Camdenus. Ascende cœlos fœlix Camdeni anima, ad latus tui numinis ELIZABETHÆ asside: illic aspicies nudata pectoris consilia, & innocentem conscientiæ candorem; intuere propiùs Reginam solio insidentem, & eccè quam similis Tuæ est. Confer, revise, quàm verè eadem. Castam aspicis, & intactæ sanctitatis Ideam; talis tua est: cernis verâ Majestate conspicuam, cæterisque fulgore cœlico prænitentem; talis Tua est. Vides denique prudentiæ, pietatis, gloriæ compendiosam in una mixturam, & Tua certè talis est. Decore plena, atque onusta Gratiis, Tuo præluxit opere, nec minor illic emicuit Dea. Fruere cœlorum sedibus,

Consilia Heroum juxta Manesque beatos.

Dum nos benignitatis memores, unum hoc memoriæ tuæ tributum solvimus, Albo inscribêris Academico, neque illic ELIZABETHAM deseres. Et nunc gestit animus quotidiana repetere bonitatis exempla; Savilium, Sidleium, Camdenum. Subtilis Matheseos Pater, Savilius: Naturæ prope altera Natura, Sidleius: at quid tandem aut Savilius ille, aut alter Sidleius, nisi famam propagasset testis temporum, & vita æternitatis, Historia? Ita Camdenus unicus eodem munere, & perpetuitati suæ consuluit, & universæ. Sed quid vos ulteriùs morabimur? Benevolos Pausanias hic Britannicus non postulat; abundè est, si non invenerit inhumanos. Nihil Camdeno nostro addi petimus, satis superque in gloriam fuerit, si Camdenum sibi non denegetis.

CAMDENI

Ex libro, cui titulus, CAMDENI *Insignia.*

QUA parte Britonum ponis æternos lares,
Tanti Cadaver nominis? Num quà lavat
Doctas Athenas Isis impatiens thori,
Nomineque cedens nondum Osiridi suo?
Vel quà fluentis ditior conjux novis,
Thamesis superbum pulsat imperii caput?
Num quà Sabrinam cautibus septam videt,
Hinc Camber, atque hinc Saxo? Num potiùs placet,
Ubi vela pandit (Fluvius, an Pontus magis)
Regalis Humber? Neque etiam Caledon Tibi,
Ferox feraxque Ierna sarcophagum negant.
Te poscit omnis regio, & ereptum putant
Funeris honorem. Quumque non nasci locis
Possibile multis, conditum multis volunt.
Insana pietas! viden' ut effero modo,
Lacerum per urbes mille dum corpus jacet,
Crudelis amor iste meritò, haud gratus fiet?
Quâvis sepultum crede Camdenum plagâ,
Quam consecravit vivus. Huic Cenotaphium
Erunt columnæ quælibet, turres, agri,
Muri, fenestræ: & in pias laudes strepent
Fluvii susurrans murmur; & cannæ leves
Simul & loquaces; porticus toties sonans;
Vocale marmor; garrulus Batti lapis;
Nihilque mutum fuerit. A scriptis suis
Quicquid recepit nomen, & nomen dabit.
Guilielmus ille, vera parietaria,
Monumenta scribens monumen erit Ipsus magis:
Historia fiet, dum fit Historiæ suæ
Pater & Patronus; conferens libras, libros.

Digitis

Digitis colossum struxit æternum suis;
Arcum triumphans posuit; & solidam super
Triangularis Insulæ basim, sibi
Erigitur ingens Pyramis: cui non nocent
Ignis, vel unda, vel fremens clamor poli.
Benè est, abundè est. Qui sibi fuit Epigraphe,
Aliis sepulchri ritibus facilis caret.
Negat Lyceum par suæ quisquam ferat
Patriæ aut Parenti. En, qui tamen meritis duas
Matres superat, & Angliam, & Academiam;
Ænigma generis dum struit, castum licèt:
Hæc est Alumni Nata Bellositum sui:
Hic est Parentis qui Pater Camden suæ.

G. Langton. S.T.D. *C.M.P.*

Magno Camdeno *Reipub. literariæ Principi parentatio.*

HEU gentis decus & dolor togatæ,
Dum vixit, decus & perenne lumen,
Doctrinæ genius politioris,
Musarum moderator, artiumque
Quæstor publicus, unicus Magister.
Seu tentat Sophiæ vias vetustæ,
Informes latebras reconditasque,
Ut vivos doceat cinis sepultus,
Ut marmor legat, & lapis loquatur:
Seu fastos recitat, nepotibusque
Seris Historiæ facem propinat:
Seu terræ & maris exprimit tabellas,
Ut prudens Ptolemæus, & Strabones:
Seu versus facit, & ciet Camœnas:
Seu Græcè meditatur aut Latinè,

Musarum moderator, artiumque
Quæstor publicus, unicus Magister.
Quis stragem hanc doleat? licentiamque
Parcarum satis ecquis execretur?
Non deflet Niobe satis, nec Argi
Si jungas oculos, nec Hippocrenes,
Aut fluctus Heliconis, aut Pirenes,
Si fiant lacrymæ, satis parentant:
Heu gentis decus & dolor togatæ.

Samuel Fell. S. T. P. Præb. Eccl.
Chr. *Westmonasteriensis.*

Nuncius Chronogrammaticus, de obitu V. C. Guil. Camdeni
Clarentii, ad Th. Cl. Reg. Prof. in Med. Aulæ Lat. P.

LAtarum Præses Forium dignissime, quali
Me nuper arbitraris ægritudine
Mactum, dum propero Camdenum visere, (alumnum
Vestræ inclytum Aulæ olim, meum clarissimum
Seu Benefactorem appellem, charumve Patronum,)
Dicturus illud HAVE ac VALE fortè ultimum?
Namque viâ in mediâ occurrit mihi nuncius iste,
CaMDenVs hIstorIæ patronVs, heV! fVit.
Obstupui primò attonitus, mox flebile carmen
Erupit, atque his anxiis luxi modis.

CaMDenVs fVit? heU! patronVs ille
Noster, HIstorIæque Lux Britannæ
Camdenus fuit? ô sinistra, scæva,
O vox auribus execranda nostris!
Mendax nuncius ut fuisset iste,
Antiquum obtinuisset utque fama,

Nostras

Noſtras nec malè vulneráſſet aures!
Sed verax nimis eſt, nimiſque verè
Noſtras (heu mala!) vulneravit aures.
O Parca, (immeritò vocata Parca,
Crudelis, fera, trux, ſceleſta, Parca
Ne-Parca es meritiſſumò vocanda)
Quanto cordolio me homuncionem
Enecas miſerum? ilicet, liqueſcit
Pectus; ilicet, intimè liqueſcit
Imum pectoris, ingemitque acerbum.
Verùm ſic decet; atque ſic liqueſcat
Imum pectoris, ingematque porrò
Imo pectore ab-uſque & uſque acerbum.
Nec ſat illud erit, fluat cerebri
Ubertim humida vis, rigetque ocellos
Mœſtarum aſſiduo imbre lacrymarum.
Nec ſic unus ero ſatis dolendo
Tantis Manibus: ergò quotquot eſtis
Vos qui litterulas vetuſtiores,
Priſcaſve Hiſtorias amatis, omnes
Qui Muſas colitis politiores,
Arteſque ingenuas docetis, omnes
Vos mecum in lacrymas eatis, omnes
Vos (inquam) hoc decus elegantioris
Doctrinæ Hiſtoriæque lumen ingens
Lugeatis ademptum: (ô eruditi
Collegæ mihi plurimùm colendi)
Dux Lapworthe chori perite noſtri,
Naturæ Sophiæque magne Myſtes;
Bainbridgîque cate, aſtricos meatus
Qui calles ad amuſſim, eoſque pandis;
Et tu quæ ſapis Archimedis artem
Virtus Brigſia, voſque qui juventæ
Vel linguas Academicæ politis,

 Moréſve

Moréſve, obſecro, adeſte, adeſte prompti
Mecum plangere, næniiſque mecum
Funus exequier mei Patroni:
Huc triſtes elegos, graves Iambos,
Et modos, quibus uſa ſæpè Sappho eſt,
Seu lugubre aliud genus modorum
Nôſtis, aut numeros ſeveriores
Affatim huc cumulate, ferte dignas
Camdeno, Hiſtoriæ meóque dignas
Patrono inferias. Sed heu! dolemus
Incaſsùm, querimurque, plangimuſque.
Lex olim rata, ſtat: mori neceſſe eſt,
Quicquid naſcitur hoc ſub orbe Lunæ.
Terra hæc hoſpitium eſt, homo viator,
Supernè eſt patria, & beatus illuc
Quiſquis appulit ocyore curſu.
Hâc tu jam frueris beatitate,
Clarenti venerande, deſinamus
Ergò jam lacrymarum & ejulatûs:
Et dehinc tibi, quòd novus colonus
Cœli factus es, uſque gratulemur.

Aliud Chronoſticon, diem indicans & annum, quo obiit Camdenus, *viz. IX. Novemb.*
CIƆDCXXIII.

HIſtorIæ eCCe IVbar LVX & præCLara BrItannæ
CLarentIVs, VItâ ſeneX
Nono NoVeMbrIs eXIIt.

D. W. Hiſtor. Præl.
Camdenianus.

Dic

DIc mihi, Musa, virum seri post tempora mundi,
Quis ille maximum artium miraculum,
Qui nobis linguæ præcepta soluta Pelasgæ
Constrinxit artis utili systemate?
Ille, Britannorum terram qui vidit & urbes,
Lustravit & descripsit orbem hunc alterum?
Clarus qui officio tituloque ornavit utrumque:
Insignis arbiter artifexque Insignium?
Qui Historiam annalem scripsit, fecitque perennem,
Patronus ejusdem fidelis & cliens?
Is, quem Grammatici, Ptolemæi quem venerantur,
Quem Feciales, simul & Historici colunt?
Qui sibi demeruit, sibi qui devinxerit omnes,
Græcos, Britannos, Aulicos, Academicos?
Dic mihi, Musa, virum seri post tempora mundi,
Quis ille? Guilielmus is Camdenus est.

Alexander Huish Art. Mag. Col.
Wad. Socius.

UT ominosa fronte livorem gerens
Vidit profunda Juno Clarenti togam
Pictam Britannis Gallicisque insignibus,
En meta manibus digna, clamavit, meis,
Uno jacebunt spiculo Gentes duæ.
Hic est, triumphos ille qui ludit meos,
Seriemque longam nectit abavorum, rogo
Superesse jactans: Ille, qui minii notis,
Vano & papyri scutulo ingenuum inficit
Busti colorem; quique numerando meas
Minuit trophæa, mortis impulsu sciat
Majora fieri, quæque non numerus capit.

Hic

Hic ipſe pueros acer inimicâ mihi
Olim inſtruebat arte, dum numen meum
Titulis prophanis rauca temeravit Schola,
Crudivora mors, mors macra, deformis, rapax.
Hic ipſe tumulos, fana, relliquias manu
Noſtrâ jacentes, garrulâ ſemper vetat
Latere chartâ, ſpargit in apricum omnia
Quæcunque feci, morti ut invidiam paret.
Hic deputatum muneri tempus meo
Retro moleſtus urget Hiſtoriæ dolis,
Calvumque ridens occiput ſancti Senis,
Comæ orbitatem ſupplet, ac revocans diem
Imos nepotum tritavo reddit pares.
Eſto, fruatur arte; quin moriens emat
Huic inſtitorem publicum; at moriens tamen.
Nunc Chorographiæ nomen accedet ſuæ,
Summamque trudet marginem appendix nova
Camdeniana pulvis, & titulus rogi
Olim legetur. Ecce nunc jaculum meum
Hunc argumentum mandat Hiſtorico ſuo.
Dixit, manumque tetricâ intendens morâ,
Telum uſque ſummum traxit. Interea ſenex
Maturus annis, gloriæ dudum ſatur,
Jam ſponte cecidit, ſponte prævertit minas.
Vade umbra fœlix, certa quam ſequitur fides
Æternitatis; ſive ab hiſtoriâ petas,
Sive ex Alumnis ore lactatis tuo,
Caduceóve, raro quo fruitur cinis,
Muſiſve Tami, ſive monumentis tuo
Calamo ſuperbis, ſive de Genio petas
Patriæ Britannæ, (terque jam patriæ tuæ,
Quæ Mater, Urna, Partus & cerebri fuit.)
Promptum eſt tributum, parte quacunque exiges,
Ævi perennis vena fit tibi jam frequens,
Ut jam ſuperflua vita mortalis foret.

Guil. Strode ex Æde Chr. Art. Bac.

INDEX

INDEX

Eorum, quorum Epistolæ in sequenti sylloge continentur.

Theodorus

V. Cl. Gulielmi Camdeni,
ET
Illuſtrium Virorum
AD
G. CAMDENUM
EPISTOLÆ.

I.

Gerardus Mercator G. Camdeno.



Gnoſces, doctiſſime Camdene, tarditati meæ, & multiplici occupationi mihi donabis tam ſerum ad tuam petitionem reſponſum. Neminem habui, cui variam lectionem in *Antonini Itinerarium* exſcribendamcommittere auderem, quòd ſparſius illa & quodammodò tumultuariè à me annotata eſſet ; & vererer, ne mea corrumpendo, vitia vitiis adderet. Scatent enim & ea, quæ ex Cuſani exemplari à cæteris variata inveni, mendis, magis Scribarum, ut videtur, quam Autographi culpâ ; nolui tamen quicquam eorum quæ inveni immutare aut relinquere: ſed quicquid ab Henrici Stephani editione recedere deprehendi, qualecunque id eſſet, annotare, ſi fortè vel una litera ineſſet. quæ veritatis inveniendæ argumentum præſtare poſſet. Sæpe enim ex uſu venit ex duobus depravatis verum nomen colligi, aut etiam tertiam lectionem confirmari. Mitto igitur ordine exſcriptam qualemcunque varietatem, quam ex Cardinalis Cuſani

exemplari

exemplari ſcripto, meo *Antonino*, quem Henricus Stephanus excudit, annotatam habeo. Titulos omnes, licet non integros ſemper, ex impreſſo aſcripſi, ne in collatione multâ & vagâ diſquiſitione ſit opus, ſed ſtatim idem utriuſque ordo quæſiti nominis locum indicet; ſi quid tamen in titulis variatum ſit, hoc in illis ſum imitatus. Poſt titulos variatam lectionem ſubjunxi ordine, intermiſſis illis, quæ in utroque exemplari eadem erant. Opto, ut hæc laudatiſſimis tuis ſtudiis aliquid adminiculi adferant. Mitto humanitati tuæ *tabularum Ptolemæi* à me editarum exemplar, ſi fortè in eo aliquid ſit, quod tuis conatibus ſubſervire poſſit, præcipuè in locorum ſitu, quem pro meo captu collatione aliquot librorum caſtigavi, adjectis etiam rationibus longitudinis latitudini ſuæ emendatæ. Si quod præterea eſt, in quo præſtantiſſimis tuis laboribus commodare valeam, paratiſſimum me habebis. Benè vale, mi Camdene doctiſſime, & Britanniam tuam omni antiquitate exorna, ut & tibi perpetuum nomen, & operi noſtro, quod in Veteri Geographia moliemur, decus addas. Benè vale. *Duysburgi* pridie Cal. Februarii, 1579.

Tuus quantus eſt,

Gerardus Mercator.

II.

Abrahamus Ortelius G. Camdeno.

NON potui non Te ſalutare per hunc meum cognatum, Camdene ornatiſſime, & aliquo levidenſi munuſculo veterem noſtram amicitiam in mentem revocare. Itaque mitto ad Te hunc novorum librorum Catalogum: non dubito enim quin in eo nonnihil ſis reperturus, quo poſtea tuum genium & tuam Bibliothecam recreaveris ornaveriſque. Accipias etiam per eundem laterem ex *Britannicæ arcis* ruinis. Horum aliquot mihi ex Lugduno Batavorum miſſi fuêre ab amico, qui eos, ſolo ejus arcis Oceani maximis æſtibus nudato, indè ſuſtulit. Ex iis tu unicum habe, Britannus ex loco, qui Britannorum nomen hactenus ſuo nomine celebrat. Etſi namque ejus loci inſcriptio *Armamentarium* vocet, apud vulgum tamen *Thuys te Britten* indigitatur. Etymologiam à Bri-

Britannis sortitam credunt incolæ; quid Becanus noster de illâ sentiat, puto te quoque scire. Lapis non est nudus, literulas enim quasdam impressas habet, sed valdè indistinctas pro artificum ejus loci & ætatis conditione. Nos legionum nomina, quæ nostra conjectura, ex iis facimus. *Leg. prima aut secunda.* Sunt qui numeralibus ostendunt hoc modo, x. xx. xxx. His vale, suavissime Camdene, & boni consulas. *Antuerpiæ* x. Octob. 1579.

Abrahamus Ortelius, *tuus totus.*

Saluta mea nomine D. Gudmannum quam officiosissimè.

III.

Thomas Savilius G. Camdeno.

HAve in Christo mi Camdene, V. Cl. E Brigantibus lætus lubensq; advolavi: fateor enim sine literis vitam acerbam mihi esse, quæ hic etiam fato dicam an ignaviâ nostrâ penè jam obmutescunt. Dictaturam perpetuam invasit barbara quædam Dialectica, cui ego, nisi citius causam probavero, pœnas dabo. Tuum de me judicium in literis N. Witalki utinam à judicio potius quàm amicitiâ tuâ penderet. Sanè virum me putarem, (Plautum opinor agnoscis) jam verò mihi ipsi conscius ea nullo modo attribuo, quæ à Te profecta, tua sola sunt. Esto enim me laude duci, (quâ quis bonus præsertim juvenis non movetur?) noli tamen me adeò avidum existimare, ut ea etiam quæ tua sunt Tibi surripiam. Rure fallendi temporis gratiâ, antiquitates Anglicanas levitèr attingebam: libris & tabulis Cosmographicis instructus, exiguum quoddam, ut soleo, ad *Antoninum* tuum illustrandum fortasse conferrem. Commentarium à *G. Lambardo* collectum de nominibus modernis, ut loquitur, veris & sincerè Saxonicis, Latinis, & Britannicis civitatum, fluminum, &c. apud fratrem meum vidi; exemplar si nactus fuero ad Te transmittendum curabo. *Ingulphi Abbatis Croylandensis* ex * V. L. exscripta apud me sunt, quin si vis, apud Te. Pono enim pro facto, quod proximè fieri debet, ut loquitur Matagonis de Matagonibus. Sed omissis jocis minuta hæc tui facio judicii; *Vedra*, Οὐέδρα, Ortelio Tweede videtur: eidem

* Veteri Libro.

Lucopibia λυκοπιβία Caerlill; ergo Twedæ ostia vi. aut vii. gradibus τῦ Caerlill erunt australiora. Quàm sint hæc cum veritate adeoque hodierno situ consentanea, Tu vide. Sanè ita turpitèr sæpe errat Ortelius, ut eum diligentiæ, quàm doctrinæ, majoris omninò putem. Ignosce mihi, Camdene, si in hominem tui amantissimum liberiùs quid dixero: meum de illo judicium, nisi potiùs opinionem vocem, tua, si extiterint, scripta verissimum ostendent. Urge igitur, ut & communi utilitati & tuæ gloriæ consulas. *Talboti* in Antoninum commentarios si ad me miseris, plurimum me Tibi devinxeris, lectosque Tibi remittam. Aveo enim horas aliquot è Philosophicis nostris studiis suffurari, quæ si Patriæ meæ illuminandæ aliquid faciant, laboris mei fructum opt. max. ero consecutus. In *Polyistoris* de Britanniâ cap. lectiones, quas variantes inveni, ad Te mitto, eas ut legas, vix erit operæ pretium. Promissum tamen servandum erat. Vale Vir Cl. & Savillum tui amantissimum amare perge. Nocturnâ luce raptim exaratum è Musæo meo Mertonensi a. d. iv. Idus Septembr. ∞. D. xxc.

Tui amantissimus,

Thomas Savill.

IV.

Thomas Savilius G. Camdeno.

EXspirasse puto, non quidem, ne quid erres, super corpus viri pudicissimam uxorem Petronianam, sed super antiquitatem Anglicanam Cl. Camdenum, adeo his tribus mensibus ne μῦ Lucilianum. Atqui, inquis, idem in te. Age ergo, omitto contumeliam, ne mihi quoque paranda sit apologia, non dico non respondisse te literis illiteratis, quas ira, haud scio an indignatio expresserit: hoc dico sitientibus oculis exspectasse me rerum novarum volumina, quibus animi calorem Logicalibus oppressum pascerem, sed exspectasse tantum. Neque vel à te vel ab Hackluito, vel ab alio quopiam literula saltem unica delata est. Sed enim ignosco tibi, Camdene, V. Cl. tibi, inquam, quem multis nominibus occupatissimum scio; Hackluito non item, quem sola novitatis

tatis cupido Londinum pertraxit. Fluctus opinor sedatos jam omnes, & Halcyonios rediisse dies, quibus antiqua sine timore studia liceat repetere. Virum præsta te, Camdene, & antiquitates tuâ manu satis expolitas fac lucem aspiciant. Politiores ego literas ampliùs non tango: furcillis me ex Helicone jampridem musæ ejecerunt. Itaque quod ego quicquam hoc in genere præstem, non est quod speres: ita me barbariæ fluctus abripuerunt, ut nec terram tangam, nec cœlum adspiciam; quod solum reliquum est, id navitèr præsto, currenti tibi palmam precor victricem, musis barbaris quoties lito, ne tibi adsint, toties obtestor. Vide tamen quid χθὲς καὶ πρώην in alienum delatus orbem, hoc est, antiqua quasi per transennam studia respiciens, apud [a] *Apollonium* legerim, vide, inquam, merum mendacium: Σκυτῖνος ὁ Χῖος τὴν Βρεττανικὴν νῆσον λέγει σταδίων εἶναι τετρακοσίων τὸ περίμετρον. γίνεσθαι δὲ ἐν αὐτῇ τὰ γεννήματα ἀπύρηνα, ὥστε τὰς ἐλαίας πυρῆνας μὴ ἔχειν, μήδε βότρυς γίγαρτον, μήδε τὰ ἐμφερῆ τούτοις: sed quid vetat medicorum more antidota, hoc est, falsis vera subjicere? *Gildæ sapientis* nomine circumfertur liber flebili titulo: lachrymas tamen neque Polydorus, neque Joselinus absterfit; haud scio, an ego. Bina ejus libelli MS. exemplaria antiquissima non diu est, à quo vidi, eorum fretus auctoritate titulum repono, *Gildæ sapientis Querulus*; nisi mea me fallat animi mens, rectè. Libellus quantus quantus est, totus querulus. Quin & eodem titulo exstat comœdia, antiqua quidem illa, sed falsò hactenus Plauto attributa: ejus sententiæ judicem te capio vel arbitrum potius, clarissime Camdene. Vides opinor quàm difficulter contineat me mea Dialectica; adeò lubenter ad solitas musas exsilio, ut parum abest, quin cum Theocrito pronunciet;

Ἔστ' ἴσον γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν, &c.
Χαιρέτω ὅστις τοῖος.

Utinam diceret, sed vereor, ne si fugitivum me retraxerit, flagris pellem distinguat. Tutâ ergo silentii fide ista tibi habe. Sunt qui putent Britanniam minorem, quam vocant, huic nostræ nomen dedisse. *Humfridus Luidus* in alia omnia discedit, pag. si benè memini 9. neque enim liber ad manus est; hæc apud illum sunt: *Nec unquam aliquis antiquorum aut Britannorum aut Britonum in Galliâ, quod sciam, ante Sidonium Apollinarium, meminit.* Modestiam hominis à Sophistarum arrogantiâ remotissimam! Modestè igitur agamus. Nemo Britannorum in Galliâ, quod scias, Luide, ante *Sidonium* meminit. Mihi aut *Eustathio* saltem, qui in *Dionysium* commentarios scripsit, secus videtur: vide num Dionysio etiam ver. 281.

[a] In θαυμασίαις ἱστορίαις editis à Xylandro 1568. pag. 107.

Τῆς (i. εὐρώπης) ἤτοι πυμάτην μὲν ὑπὸ γλωχῖνα νέμονται
Ἄγχου στηλάων μεγαθύμων ἔθνος Ἰβήρων,
Μῆκος ἐπ᾽ ἠπείροιο τετραμμένον, ἧχι Βορείου
Ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸς ῥόος· ἔνθα Βρεταvοὶ
Λευκά τε φῦλα νέμονται ἀρειμανέων Γερμανῶν,
Ἑρκυνίου δρυμοῖο παραθρώσκοντες ὀρέγκους.

Illud enim ἔνθα Βρεταvοὶ μῆκος ἐπ᾽ ἠπείροιο planè respicit, nisi fortè referas ad ὠκεανοῦ ψυχρὸν ῥόον: quo certè referri non possunt λευκά τε φῦλα. Sed & audi Eustathium: τῶν δὲ Βρεττανῶν τούτων παρώνυμοι αἱ ἀντιπέραν Βρεττανίδες νῆσοι. Vers. DLXVI.

Ἄλλαι δ᾽ ὠκεανοῖο παραὶ Βορεώτιδας ἀκτὰς
Δισσαὶ νῆσοι ἔασι Βρετανίδες, ἀντία Ῥήνου,
Κεῖθι γὰρ ὑστατίην ἀπερεύγεται εἰς ἅλα δίνην.
Τάων τοι μέγεθος περιώσιον, οὐδέ τις ἄλλη
Νήσοις ἐν πάσῃσι Βρετανίσιν ἰσοφαρείζει.

Δισσαὶ νῆσοι, annon *Britannia* & *Hibernia* Eustathio quidem & Prisciano? qui quæ de Gagate apud *Solinum* in cap. de Brit. erant, hic pro more suo intexuit. At inventus est nescio quis, qui *Zelandiam* & *Hollandiam* diceret: Jovem licet lapidem juret, non credam. Versiculis hisce gemina sunt apud Auctorem libri *de mundo*, cap. iii. ἐν τούτῳ, &c. Hæc ego meo Camdeno horâ subsecivâ, ne nomen meum ad iii. viros deferat. Sed ignosce paulisper, usque dum commentarios in Physicâ pro more confecerim. Magno animo, quæ intermisi tamdiu, studia repetam; si par sequatur eventus, aliquid effectum dabo. Vale interim suavissime Camdene, & tibi à *Fr. Pithæo*, viro quidem certè non indocto, sed quod inter nos datum sit, in rep. alienâ nimis curioso, cave. Hodiè à me Londinum discessit, & planè timeo, ne expiscetur te πολυπράγμων ille. Cum enim doctrinæ & humanitatis tuæ mentionem injecissem, non destitit, quousque nomen & stationem tuam à me impetraret, & curiosus, & nisi fallor, in amicos ingratus. Sed in pariete pictum puta, *cave, cave canem.* Raptim è musæo a. d. ii. Kal. Jun.

Totus tuus,

Thomas Savile.

V. Tho.

V.

Tho. Savilius G. Camdeno.

ITane verò meam in ſcribendo celeritatem ſuperavit hominis ſagacitas? Atqui illud ſaltem bene ſe habet, quod meâ nullâ negligentiâ factum ſit, quominus Antidotum tempore veniſſet. Totum enim hoc quantum quantum eſt, quod vel præſenti pœnâ infectum vellem, aut pueri, cui literas ad Tabellarium deferendas tradidi, aut Tabellarii, quod potiùs puto, incuriâ factum oportuit. Ut ut ſit, diſpeream Hercules, niſi meo ipſe nomini ſubiratus ſim, quo ingratus, gratus venerit. Tu quod ſolùm reliquum eſt, vide ne in eum inciderint miſelli nullo ſuo meritò Hiſtorici...... unde negant redire quemquam. Sed abſit omen, & ut impudens ſit, ita enim apud me fuit, vulgatum tamen illud eſt, *cum Cretenſe.* In Gildâ titulo tenus eram, neque enim ullo pretio ab animali Archipapicolâ exemplaria potui extorquere, imo ne introſpiciendi quidem copia fuit, quamvis præter morem meum ab arte Tricaſſinâ, ſcis quam dico, parum abſuerim. Atqui caveat ille ſibi, aliàs enim proprio mucrone jugulabo, quod ſanè, niſi tu alitèr cenſeas, in hoc hominum genere faciendum eſt. Interea videſis nomen Conſulare in Bedâ capite xiii. *Anno autem regni ejus xxiii. Boetius vir illuſtris, qui & Patricius fuit, tertium cum Symmacho geſſit conſulatum.* Gildæ *Agitius*, in editis Bedæ exemplaribus, quantum ex annotatione ad Gildam adjectâ licet colligere, *Ætius.* Antiquiſſimi Exemplaris Manuſcripti lectionem ego repreſentavi. Sed & illud teſtari poſſum, τὸ *Ætius*, longè recentiore & manu & atramento in Manuſcripto apparere. Contra in Faſtis Conſularibus poſt Auguſtum anno Domini noſtri 446. Conſules nominantur, *Ætius* iii. Q. Aurelius Symmachus xxii Theodoſii junioris & Valentiniani, non xxiii. ut apud Bedam eſt: Aliter Halleus, qui eos anno Domini noſtri 448 Conſules dicit, tu vide. De D. Garth quæ narras, non illa quidem ingrata ſunt. Neque enim mihi cornea fibra eſt. Sed agnoſco, ſuaviſſime Camdene, agnoſco artificium, ſeu, ut Latinè loquar, mendacium poeticum à tuâ officinâ profectum. Videre mihi videor ſenem in nos optimè antea animatum, tuis artibus in eam nunc opinionem deductum, quam

vereor,

vereor, ut hi humeri sustineant: sed tu videsis; neque enim alium ego fidejussorem dabo. D. D. Albericum, qui has tibi dabit literas I. V. D. primarium olim in Italiâ Judicem, Christianæ religionis ergô nunc in Anglia exulem, Oxonii Professorem publicum, & tuo & meo nomine dignum, qui in tuam familiaritatem veniat, oro, & nisi hoc inter nos jampridem esset antiquatum, rogo, ut humanitèr excipias. Virum reperies non unum è multis, non unum è Tricassinis, sed ipsam humanitatem, merum candorem alterum denique Camdenum, qui & gratus esse novit, neque de, sugiet unquam. Eum tu non solum in Jurisprudentiâ suâ, in quâ regnum obtinet, sed in Livio exercitatum adeo videbis, ut haud scio an quisquam magis. Artes Tricassinas omnes proximis literis benè longis explica quæso. Bosporo Isicano, Idibus Julii. Raptim.

Totus tuus,

Thomas Savilius.

Dionem Philosophum, opinor Christianum, Græcè editum ab Aldo, si è manibus Herculis Francois meâ causâ extorseris, pecuniam sequenti septimanâ lubentissimè numerabo. Nollem in Gallias cum Pythæo evolare. Literas tuas 6. Idus scriptas pridie recepi.

VI.

Tho. Savilius G. Camdeno.

AP' ἔμαθες κείνην ποκ' ἐνύπνια;
Ου σε θέλω τοῦ μοῦ φαντάσματος ἥμισυ ἄμμι ἐγὼν Χρήστου non, dico, ut apud illum est, tibi enim quale quale sit, ut superioribus proximis diebus, mittere decretum est.

'Οὐ γὰρ νικάξῃ κατὰ τὸν νόον. ἐστὶ ἄριστος
Ἔστιν ὀνειροκρίτας, ὁ διδάσκαλος ὅτι παρ' ᾧ νοῦς.

Nostra enim quid aliud, quæso, quam φαντάσματα, veritati, vereor, μηδ' ὕπαρ, μηδ' ὄναρ cogitata? Ut ut sint, tibi soli habeto; neque risus, quem tibi movent, collegam dabo. Ejus notæ plura

plura mitto, digniora quæ ad spurcos usus reserventur, quàm quæ in κειμηλίοις reponantur. De *Olenaco* propè est, ut adsentiar, imo tuæ acquiesco auctoritati. *Notitiarum* enim librum diligenter apud Bibliopolas Bosporanos, &, ni fallor, Londinenses conquisitum reperire non potui. D. Faustinæ numum Olmondburiæ, ut aiebat, repertum, vix tandem ab homine tenebrione, atque hisce in literis planè puero, exoravi: tibi mitto; tu quæso, quàm potes citissimè remittas, ut habeat homo φορτικὸς thesaurum suum. Meam de *Olicana* conjecturam vide, num adjuvet. Plura Ro. numismata levi, opinor, operâ inibi reperirentur, hactenus pauca; regio enim montosa, neque culturæ idonea est. Καλκρρακτόνιον κ. νη. Ptol. Villonovano, nisi fallat Ortelius, *Caërlu:ll* non sine gravi errore. Talbotto *Catterike*, rectè. Bedæ *Catarractam* puto; oppidum olim, ut ex Ptolemæo conjicio, celeberrimum, nomen ab aquarum *catarractis* traxisse videtur. Ad vicum enim *Caterik* hodiè etiamnum, ut ex plurimis accepi, aquarum catarractæ saxo coloris marmorei non ignobiles visuntur. Neque nomen sanè abhorret. Καμυλόδυνον κη. δ'. νζ. Ptolemæo *Brigantum* urbs, Plinio, ut est apud Ortelium *Camalodunum*, ego in V. C. *Camaladunum* reperio. Antonino *Cambodunum*, ut tibi & Talbotto videtur. Peream, nisi à meipso malim dissentire, quàm ab ejusmodi viris. At tu vide quos in scopulos inpegerint majorum gentium DI, Lipsius, inquam & Ortelius. *Camalodunum Plinii*, inquit Ortelius, *καμυλόδυνον Ptolemæi est.* Sed *Camalodunum Plinii*, inquit Lipsius, *Camalodunum Taciti est, quod & Colonia Victricensis, atque Ptol.* Καμυδόλανον. Ergo, concludo ego, Camulodunum Brigantum urbs, & Camalodunum * Trinovantum urbs una civitas videtur. Quâ in hæresi videtur fuisse Humfredus Louidus. Sed externis ignosco facilè, at non item Marrucino nostro, quem erudita posteritas numquam desinet convellere. Camulodunum in *Lardoniâ à Camilono*, nescio quo, *Pictorum*, ut ille vult, *Rege*, *ad Caronæ amnis ripam*, positum affirmare non erubescit. En Lynceos Aretalogi oculos, qui omnia pervidit, & sunt tamen, qui admirantur. At miseri sanè, qui sub tam ineptis mandunt maxillis. Plura de Camuloduno nostro præter auditum nihil habeo, quem tamen, cuicui modi sit, te non celabo. Est apud Episcopum Dunelmensem, ut à Joanne fratre meo accepi, charta donationis, quâ *patria de Camuloduno, continens iii. leucas in latitudine, atque xv. in longitudine* (hæc enim verba sunt formalia) *ab Edwino Northanhumbrorum Rege Episcopis Dunelmensibus conceditur.* Hâc de chartâ, ad hunc usque diem, *North-Allerton*,

Antonino Catarract.

Pag. 123. Not. in Tacit.

* Murotrigum Holinshedo.

B unâ

unâ cum eodem ipso agri spatio ab Edwino assignato in possessione est Episcoporum Dunelmensium. Hinc levis conjectura *Camulodunum* vicum esse, qui hodiè *North-Allerton*. De Ortelio facilè adsentior; laus enim tribuenda, quod egit, venia danda, quod deliquit; Diligentiam laudo, judicium tamen (quod detrectandi causâ dictum nolim existimes) aliquando requiro. Interim si ejus laboribus & rem literariam, & meipsum præcipuè adjutum negem, impudenter arrogans essem. Editionem *Synonymorum* tertiam utinam adornaret; nollem enim studiosam juventutem hominis auctoritate à veritate abduci. De centum aliquot erroribus, qui inibi latitant, ubi tempus erit, te monebo. Multa erant alia, quæ ad te scribere destinaveram: de pertinaciâ meâ me plurima remittere coegit frigus, ut cum Poetâ loquar, penetrabile, atque Tabellarii festinatio. E musæo meo Idib. Novemb. cıɔ. ıɔ. lxxx.

Totus tuus,

Thomas Savile.

VII.

Tho. Savilius G. Camdeno.

LIterarium amoris nostri iter quod tanto tempore interruperit; grave aliquid exspectas, Camdene, & ponderosum, quod vulgari orationis ambitu nequeat explicari. At ego aliud nihil prætexam, quam illa inhumana *μαθήματα*, quibus dum avidiùs inhio, imprudens abripior in illud circulare pelagus densissimis circumseptum tenebris; Ἥλιος βέλτιον γὰρ ὑπεὶρ ἄλλα τήνδε φαίνει. Nunc ὅτι πρόσπισα φαίνεται, quàm te lubentèr, quàm lætus saluto! Hoc enim superiore anno cum in luce humanitatis versarer, eras & tu perpetuò ante oculos meos, nempe qui familiam duceres, nunc abstractus, (ut est omnis μάθησις κατ' ἀφαίρεσιν) à Sirene illâ, in ea deveni loca, unde cœlum suscipere nefas & ἀδύνατον. Oberrabat tamen ante oculos imago tua, atque cum δίχα minimum ψυχαὶ inter reliquos intercederent, περὶ σοῦ δὲ μόνον νέφος ἐστήκει λιπὸν ἐμοί. Elaborarem ego hoc in loco ornatius aliquid & fucatius, nisi viderem amicitiam nostram ἡλικειῶν splendidum orationis fucum non admittere. Quare utcumque successerit officium.

ficium scribendi, ita obsecro de meâ constanti erga te voluntate existimes, ut persuasum tibi habeas altioribus eam fundamentis niti, quàm intercalari hoc scriptitandi officio. De *Buchanano* gratulor tibi illam segetem gloriæ; quamquam enim reverâ non erat operæ magnæ senescentem Rhetorem exarmare, & præbere nobis γεργεῖα γυμνά: at certè hominem popularem nimis, & auctoritate, quam poematibus apud doctissimos sibi comparavit, feroculum coercere, video fore non inglorium. Quare si me beabis, Camdene, describes mihi saltem pagellam disputationum tuarum, quas hibernum hoc frigus acres peperit. Joannes Hicks juvenis probus est, & quem facilè Camdeni discipulum agnoscas. Fide & diligentiâ faciam, ut meum in te amorem perspiciat, quamquam in eo alucinatur, quod ea speret apud me reperire, quæ in solo Camdeno resident. *Jornandes Gothus* comparuit; cæterùm, si ego quidquam intelligo, negligentissimè scriptus. Oscitantiam librarii in titulo licet perspicias, ubi *Jordanes*, non *Jornandes* concipitur; ut aliquando soleam ipse apud me dubitare, sit ne idem, quem Ortelius viderit: neque enim cum Pompeio conjunctus est. Cæterùm, si exemplum miseris, nisi sint omnia corrupta, diligentiam meam non requires. Rogavit me Faucherius noster superioribus ad me literis, ut certiorem eum facerem κατὰ τὸ ἀκριβὲς de toto *Campiani* judicio: id quod quum ego non intelligam, (neque enim mearum curarum est) peto à te, ut in gratiam humanissimi juvenis id mihi officium præstes. Scripsit ille, si nescis, Papam D. N. sanxisse, ut preces vulgari linguâ in posterum pronunciarentur, Thevettum res Anglicas scribere, (en tibi opimam offam) Scaligerum legatione fungi apud Occitanos. Ista si noris, indicta putabis. Vale, & me ama. E collegio Mertonensi, ii. Calend. Mart.

Totus tuus,

Tho. Savile.

VIII.

Tho. Savilius G. Camdeno.

ECquando erit, optime & humanissime Camdene, ut tibi, ut sapientissimo tuo amico Wisæo parem pro meritis gratiam rependam?

dam? Eorum enim mole mentem non ingratam oppressam sentio; meque adeò impotentem video, ut nisi vestra mihi adsit humanitas, succumbendum sit. Consolabor me interim grati animi memoriâ. Epiacum mihi invidit frater Henricus, qui Parisiis jam desidet; quem ego dum exspectarem, iter ad meos omisi, nullo meo incommodo. *Theodosium* enim περὶ νύκτων καὶ ἡμερῶν nactus Manuscriptum Latinè verti: indeque in Gallias secundo vento delatus, eas regiones perlustro. Tu si incideris in Gallum aliquem, qui idem in suis conatus est, quod tu in Angliâ, gratum feceris, si mihi ad mensem utendum dederis, fœnus accipies similes à nobis nugas. Nunc humanissimi Chamberi discessu impeditus, tumultuariè ista ad te dedi. Is Aquædunum abit, accensus dudum inter socios, ut vocamus, nobisque desiderium sui reliquit. Vale.

Totus tuus,

Thomas Savile.

IX.

G. Camdenus Abrahamo Ortelio.

TUorum in me beneficiorum magnitudine, mi Domine Orteli, me victum & superatum fateor. Hinc est, quod rarius scribam; me enim nec in agendâ nec referendâ gratiâ parem video, & tamen pluribus & sæpius gratias agerem, si te eo officii genere delectari existimem, vel eo tantum nomine, ut offensam elucter. Sed scio te animum gratum aliis beneficiis quibuslibet præponderare. Mitto ad te Joannis Stow civis Londinensis Annales nuper editos & auctiores: hominem opinor nosti, ejus industriam laudant nostrates, sed judicium nonnunquam requirunt. Ejusmodi est hoc opus, ut inter nostros Chronographos non posteriores ferat. Tu quæso boni consule hoc munusculum. Si enim sui pretio vel tuis meritis æstimetur, planè nihil est; sin animo meo, aliquid videatur. D. Dee se *Iselandiæ* & *Japan* nescio quas exactas Chorographias habere asseverat, easque tibi impertiet, si usui sint: hoc me tibi significare jussit, fidem tamen non interponam: hominem verò, si placet, interpellabo, & promissi admonebo. De D. Rogerio valdè sumus hîc solliciti: quo tu ingenii

nervos

nervos intendis, ſcire aveo. Vale. D. Decanus tibi plurimam ſalutem. *Weſtmonaſterii* x. Cal. Decemb. 1580.

Tui ſtudioſiſſimus

G. Camdenus.

X.

G. Camdenus Tho. Savilio.

MAteriam mihi non aliam quàm gratias agendi ſuppeditat humanitas tua, tum de Solino, tum de verſibus tuis: quas ego ſanè nec verbis politioribus agere, nec pereleganti illo ſilentii genere, re ſcil. referre poſſum. De verſibus illis ſanè te amo, terſis, nitidis, politulis, nec judicii oculos præſtringit amor in Savilum meum. Nec Lutatium, nec aliud ad Statium habeo: habuit verò ille vir optimus Daniel Rogerius MS. quiddam ad illum Poetam ex Petri Danielis exemplari deſcriptum, Mythologicum, ni malè memini: ſed indigna optimi viri captivitas nobis hujus uſuram invidet. Accepiſti, opinor, ut ille, cum nuper Regiæ Majeſtatis Orator ad Aulam Cæſaream per Belgium iter haberet, à Parmenſis militibus abductus fuerit in Weſtphaliam, & jam tertium menſem detentus. Sed en tibi Statium MS. qui ſe timidius tibi offert, quod Solino tuo ſe minimè parem agnoſcit. Vale, & D. Whitalko & Parraio, cujus literæ, cum jam his ſupremam manum imponerem, perlatæ ſunt, à me ſalutem.

XI.

Tho. Savilius G. Camdeno.

SEcurus de amicitiâ noſtrâ, ſuaviſſime & optime Camdene, literis jamdudum elegantiſſimè à te ſcriptis nihil reſpondi: ſed ne jam quidem reſponſionem accipies: jejunia & ſcholæ apud nos aguntur; Accipe quæſtionem; Cæſar libro I. *Erant omninò itinera II. quibus itineri-*

itineribus domo exire possent Helvetii; unum per Sequanos angustum & difficile, inter montem Juram & flumen Rhodanum, quâ vix singuli carri ducerentur; mons autem altissimus impendebat, ut facilè perpauci prohibere possent; alterum per Provinciam nostram multò facilius atque expeditius. Quâ iter futurum erat per Provinciam, clausit Cæsar, muro ducto à Lemano lacu, quâ in Rhodanum influit, ad Juram montem M. passuum XXX. Ergo & eâdem operâ, alteram iis interclusit viam, quæ per Sequanos erat; siquidem inter Rhodanum & Juram erat. At verò non interclusit: Dumnorigis enim Ædui operâ per angustias volentibus Sequanis transierant. Angustiæ ergo inter Rhodanum & Juram non fuerunt. Quinimo cum M. P. XIX. inter Rhodanum & Juram intercederent, quî esse poterant angustiæ? Cur non universa carrorum turba unâ hâc duci poterat? An igitur Rhodanum apud Cæsarem suo loco positum non putabimus? An quid aliud? Doce me, mi Camdene, qui pro doctrinâ potes, pro humanitate soles. xi. Martii.

Totus tuus,

Thomas Savile.

XII.

Tho. Savilius G. Camdeno.

COmitiorum Procuratorialium æstu abreptus, mi suavissime Camdene, literis tuis οὐδὲ γρῦ respondere potui, atque haud scio an jam possim. Ita mihi eorum memoria vulnus, quod accepi, gravissimum facit recrudescere: parum abest quin exclamem, *O tempora! O mores!* ita squallet virtus, vera & genuina doctrina sordida obsolescit, fugit Astræa virgo jam nunc ab Academiis, pretium, ut ait ille, in pretio solum; virtus debito exuta honore languescit, & parum abest quin literarum studia in Insulam, non Angliam, sed novi orbis aliquam amandentur. Homo unus omnium, quot sunt, quotque fuêre, quotque post aliis erunt in annis, moribus & doctrinâ ornatissimus, solâ honestatis nimiæ, ut aiunt, causâ candidatus cecidit: & quod pessimum est nequissimorum animalium, Catholicos illos bullatos dico, fraude circumventus. Puritanum ἐκ τῶν καθαρῶν scilicet, odioso

oſo nimis apud vulgus nomine, aiebant eum homines impuriſſimi. Ejus caſu graviùs, fateor quàm ſapientis erat, indolui: at enim homo ſum, neque ferrea mihi præcordia ſunt. At quid facerem? Præceptorem olim meum, popularem è Brigantibus, in Rhetoricâ, Poeſi, Antiquitatis ſtudio, Philoſophiâ, Medicinâ, Mathematicis, Theologiâ ſcientiſſimum, & quod caput eſt, moribus ornatum ſuaviſſimis, virtute antiquâ, & quæ raro ſeneſcentibus hiſce ſæculis exerit ſeſe, commendatum, invidorum calumniis, Sophiſtarum fuco, Catholicorum fraude causâ excidiſſe non dolerem? Jubet ſapientia, cui vereor ut obediens ſim futurus. Eumne ego qui tot tantiſque nominibus tanto reliquos ſuperavit competitores, quanto Luna minora ſidera; Eumne inquam ego indictum prætercam? Quas furialis illa Catholicorum turba fraudes cuderit, quo Catholico axiomate (perjurium dico & belluinum illud, *Fidem Hæretico datam non eſſe ſervandam)* XL. minimum illi ſuffragia ſubtraxerint, certiorem ſe faciet communis utriuſque amicus N. Whitalkus: ſed in his, mi Camdene, quid aliud quàm Lipſianum illud, *Valeant iniqui, & mali habeant magnum malum?* De *Menippæa Cl. V. Juſti Lipſii* immortales ago tibi gratias: Lectitando penè jam contrivi, adeo ut mihi alio exemplari, ſi lectionem continuo, opus ſit. Quid quæris? Homo, ſi quis alius, minimè ventoſus, correcturam ego è ſententia legis annariæ ante xxv. annos nec prenſabo, nec petam, oblatam à te aliiſque nonnullis amore occæcatis reſpuo. De Statio Manu-ſcripto prope eſt, ut iraſcar tibi gravitèr, neque multâ non captâ, tecum in gratiam redibo. Ut ut ſit, hoc certiſſimum erit, κτῆσει tuum, χρήσει, ſi patiaris per menſes aliquot, meum futurum. Interim, Vir Clariſſime, acquieſcamus in literis, & majores hoſce tumultus omnes unius æſtimemus aſſis. Valetudinem cura, & me ama. Salutem meo nomine Domino Whitalk, qui, ſi apud vos diutius morabitur, jube ut ſcribat. Nonis Aprilis.

Totus tuus

Thomas Savile.

XIII.

Tho. Savilius G. Camdeno.

ET quæ tanta erat causa, suavissime Camdene, ut proœmium secus ac Aristoteles præcipit, secus ac Aristotele antiquior, utriusque nostrum in amicitia *συμπάθεια* patitur, superioribus literis cum curâ præponendum curares? Egone ut quicquam de Camdeno suspicer? docebit dies acerbam mihi prius vitam fore. Vide ergo, ne injuriam posthac vermiculatis hisce tessellis amicitiæ nostræ facias. Sed enim, oro te, mi Camdene, an Hercules custos ita te fascinavit, ut me etiam custodem velis? an potius quod illi à natura est, mihi ab arte, mulctam, quam posuisti dico, cupis affingere? Dedisses saltem, ut quod re non possem, verbis ornarem. Atqui, cum ita vis, patior me ab humanitate tuâ captivum duci, eâ tamen lege, ut, si mereor aliquando, manumittar. Egit mecum non ita pridem Dominus Hotomanus, ut *Britanniam* nostram in medio Cæsare incultam, intactam Antiquariis exteris in lucem è tenebris assererem; respondi id quod erat, ætatem, ingenium, judicium hoc meum tanto oneri impar, te unum esse in Angliâ, qui & ista pro doctrinâ posses, & pro humanitate velles illustrare: quod quamvis facilè agnovisset, & ea de te palam prædicasset, quæ ne repetam, tua in causâ est modestia, noluit tamen in amoris vestri limine illud sibi licere, quod ego usucapione jam arripui. Excute ergo intelligentiam, Camdene, Insularum simul & Imperatorum Principem in dium ducas. Lib. v. cap. vii. vide mihi hos populos, "*Trinobantibus defensis atque ab omni* "*militum injuriâ prohibitis*, *Cenimagni*, *Segontiaci*, *Ancalites* ..... reliquos in præsentia missos facio. *Segontiaci* qui sint, quæro. Inurbanus Urbinas Leycestrenses auguratur. Næ ego Polydorum Augurem vitio creatum Jovem lapidem juro. Cæsaris *Segontiaci* iidem mihi videntur, qui Ptolemæo *Atrebatii*, hodiè, *Barkshyremen*, Civitatem mihi reperio *Segontium*, Antonino tuo, *Caer Segont* Britannis dictam. Hinc *Segontiaci*, ut à *Troynewith*, *Trinovantes* nomen traxerunt; è veteri enim Britannorum linguâ notationes certissimas credo. Polydoro, qui *Trinovantes Northamtonienses censuit*, Leycestrenses facile fuit accudere. De Cenimagnis qui sint, levis mihi suspicio est, à te tamen

men doceri malim. Eruditissimo Justi Lipsii ad Annales commentario admonitus, Tacitum evolvebam: Herthi *Anglorum* Deæ quæ notatio. An quod hodie in usu est *berth*, i. e. focum dicemus? At enim Terra Mater exponitur. An potius ut Græci [a] Ἑστίαν, Latini Vestam, & focum & terram Matrem dixerunt itidem Angli τὸ *Herth?* Non absimile præsertim, cum terra adhuc τὸ erth detracta adspiratione adpelletur. In amplis Germanorum ad Tacitum commentariis, qui non ita pridem, ut audio, prodierunt, si quid huic conjecturæ firmandæ faciat, mihi quæso describas. Ad *Campodunum* in Bedâ nihil adnotatum. Manu-scriptos duos adii, in altero Campo Dano dissitis vocibus, in altero continuatis scriptum reperi. Sed enim tu vide, num quod Bedæ *Campodunum*, idem [b] Antonino *Cambodunum* sit lapsu librariorum, facili τοῦ b ἀντὶ τοῦ p & è contra. De Cæsare conditionem, quod absit, si non recipias, significa: mihi quàm nulli potius cedat. Variantes has ad *Plinii* caput de Britanniâ tibi habe prisca fide è prisco libro expressas. Hæc tu expugnare monstra solus nosti, mihi neque otium neque animus fuit. Tuam de ultimo Bodini [c] capite censuram, si mittas, in acta referam; meam iste sustineo sententiam, ut tibi liberum sit judicium. Vale amicorum ocelle. cIↃ. IↃ. lxxxi. xiv Kal. Augusti.

Salvebis à Dominis Hotomano, Gentili, Whitalko.

Totus tuus,

Thomas Savilius.

Tacit. de Moribus Germanorum.

[a] Euripides καὶ γαῖα μῆτερ· Ἑστίαν δ' οἱ σοφοὶ καλοῦσιν.

[b] Quod in Geograph. Ptolemæo & Straboni contigit.

[c] Methodi Histor.

XIV.

Tho. Savilius G. Camdeno.

EUdoxi σκοπῇ aberat, suavissime Camdene, ut pauci nuper natum hunc Canopum penitus perspexerint: plures creduli quidem illi nescio quàm longam comam perspexisse sibi visi sunt. Ἀποτελέσματα Gastrologis relinquo, qui ut cœnas captitent, mirabiles nugas delirant, ἡμεῖς οὐδὲν ἴσμεν τρανές, ἀλλ' ἀλώμεθα, ut sapiens ille in Tragœdiâ Sophoclea, & ut cuique plus otii superest, sic ferè plura procudunt, quæ rarùm nascentia distortis oculis aspexerunt Musæ: à

quarum ego invidiâ plus mihi timendum esse video, quam à quovis Veneris & Martis aspectu, tetragonus sive sit sive trigonus. Quid velit, qui te reducem stitit incolumem, unus novit, reliquum arbitror neminem. De itinere per tibi credo jucundo herculè gaudeo : unum illud malè me habet, quod meos non respexeris. Utque ille Longus abfuerit quàm longissime, at reperiisses certè apud nos nonnullos, qui & genio & ingenio tuo volunt optimè. Et, nisi ego fallor, horror procul pendentium rupium, quibus Savilius tuus innutritus olim, percussisset animum jucundâ amoris συμπαθείᾳ : sed abduxere cohors comitesque invitum te, si artem divinam rectè novi. Nunc quod tibi faustum ac fœlix sit, περιηγήσεως fructus videamus ; tuæ Britanniæ tardum jam nomen est, eamque nimium moratur Antuerpianum prælum. Rumor est apud nos Hackluiti nonnulla jamdudum prælo subjecta ; nec apparet quicquam, ut timor me ceperit iniquiùs pressa excessisse è vivis. Ergo non crediderunt se Deo & Patriæ ? quàm sint hæc nova, obstinata ! sed Musæ meliora. Nunc in Euclide omnis sum, qui Tacitum, Ptolemæum cum convitiis abegit è manibus meis, locumque postliminio sibi redditum egregiè tutatur. Quare rogandus es, ut jejunè suavibus demonstrationibus ipse καθαρᾷ γνώμᾳ πεπραμένος aspergas aliquid, quod te parentem referat. Hotomanus pridie quàm acceperam à te literas ad vos abierat, à Leycestrensi evocatus. Cujus suavissimâ consuetudine te beatum prædicare non desino, meque eâdem privatum infelicissimum. At æquum est, ut cui fata dicant eum, eidem mea quoque voluntas voveat. Quare habe tibi illum hominem, quo (ψεύδει ὁ πέγξω λόγον, διάπειρά τοι βροτῶν ἔλεγχος) nemo hodiè tui meique vivit amantior. Vale, & ignosce ; somnus gravis Deus est, & cui velis nolis obtemperare necesse est, huic non mihi lituras lita. Raptim è collegio Mertonensi a. d. vi. Kal. Junii.

Totus tuus,

Thomas Savile.

Gulielmus Suttonus Ædis Christi Baccalaureus, optimus juvenis, qui has tibi tradit literas, enixè à me petiit, ut traderet, defixus admiratione tui, cujus veras laudes à plurimis decantatas audit quotidiè.

XV. Tho.

XV.

Thomas Savilius G. Camdeno.

EGO vero, ſuaviſſime Camdene, ſtatim reſcripſi ad literas, quas Nonis Aprilis acceperam, & alteras etiam menſe Maio addidi: ſed cum illæ, ut res indicat, Cupidinum & curſorum Londinenſium fraude aut negligentiâ perierint, hæ verò ab Henrico Cuffio meo, cui dederam, ut juveni eruditiſſimo aditum ad amicitiam tuam munirem, traditæ non ſint, (aberas enim, quod illi mihique perincommodum accidit, Cheſwici) depone ſi quam contraxiſti ſuſpicionem è meo tam longo & pertinaci ſilentio. Habes enim, ut puto, juſtam excuſationem, quam tamen dubito an tibi probari velim. Eſt enim non mediocris amoris indicium ſilentii excuſationem non admittere, quamvis ſcias conſtare rationem. Ego tamen quaſi defunctus hoc, quidquid eſt, moleſtiæ ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς dicam. Euclides & Proculus Prætorio Mathematico præfecti ineunte æſtate me honeſta miſſione dimiſerunt. Ego, quæ mea eſt fortaſſe inſcitia, volui etiam externam militiam non urbanam ſolum experiri. Dedi nomen, atque adſcitus ſum in Legionem Logicam Rapacem ϛρατηγȣ̃ Ἀειςοτέλȣς, ταξιάρχων δὲ καὶ λοχαγῶν τῶν λοίπων Ἑλλήνων. Ruſticabar autem ad decimum à caſtris lapidem (vacationem enim Centurioni perſolveram) cum tuæ ad me literæ præcipiti curſu feruntur. Quare accipies reſponſionem tuâ fortaſſe expectatione tardiorem, imo, ut te ruſticè accipiam, accipies non literas ſed petitiones. Ruri inter alios Hiſtoriæ ſcriptores repertus eſt à me Tacitus. Hunc cum inter ludos & jocos legerem, hæſi fateor ſæpius, ſive quia militaribus ingeniis deeſt ſubtilitas, ſive etiam quia Tacito ſolemne eſt lectoris impetum remorari. Sed tu qui hujuſmodi obices jamdudum omnes ſubmoviſti, me doce. Pag. 26. editionis prioris, legimus, *Nec deerat Ptolemæus, jam & ſceleris inſtinctor, ad quod facillimè ab ejuſmodi voto tranſitur.* Cujuſmodi? aut cujus, quæſo? Othonis an Ptolemæi? Paulo poſt, *Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia Imperii atrocius accipiebantur, cum Campaniæ lacus & Achaiæ urbes claſſibus adire ſoliti, Pirenæum & Alpes, & immenſa viarum ſpatia ægrè ſub armis eniterentur.* Qui iſti *ſoliti*, &c? Prætoriani certè: at qui cum Galbâ Pirenæum ſuperârunt, legiona-

rii erant. Quî ergo hæc duo membra in unum & eundem militem cadunt? At si non cadunt, friget sententia. Nec est ut dicat aliquis ἱστορικῶς, occurrisse Galbæ Prætorianos cum Legatis à Senatu missis. Namque & illud falsum est. Atque ut concedamus, cum Legati Galbæ ad Narbonem, authore Plutarcho, occurrunt, quid de Pireнæo fiet jam post tergum relicto? Pag. autem 34. quid sibi vult καταπληκτικῆς sententia ita concepta, *Cujus ultor est quisquis successit*? Namque ut aliquid possit à me excogitari ad hos nodos, tamen malo à te doceri. Institueram tuas observationes nugis aliquot meis elicere; sed hæc ægre inter strepitus fœminarum atque puerorum perscripsi, quibus, si quid peccatum sit, adscribe. Vale. Calirrhoæ ad decimum ab Academiâ lapidem, ad diem ii. Kalend. Septemb. Ego tuas literas in procinctu exspectabo, quàm maturissimè potes; Oxoniam enim intra biduum cogito.

Totus tuus

Thomas Savile.

XVI.

Tho. Savilius G. Camdeno.

NOli putare, mi Camdene, me levi aliqua de causâ suspiciones in amicitiam solere admittere, cum sim ipse in hac externâ amicitiæ facie colendâ omnium negligentissimus. In te verò, Camdene, si in quemquam cadit, ut cum interiora illa, fidem & benevolentiam cum fide præstes, παραπληρώματα etiam ἐκ περιουσίας adhibeas. Quibus enim muneribus, quâ constantiâ me percoluisti? quibus ego me parem aliquando fore profectò sperare non possum: atque adeo jamdudum desii conari. Video enim te semper fortiùs ἀντιστῆναι. Quare abstrahendus mihi es aliquò ab illâ matre urbe, quæ tibi vires quotidiè redintegrat. Si huc lubet, quamquam Mag. meus commune secum tibi voluit esse hospitium, nusquam tamen, opinor, lubentius eris quàm apud me, eritque tibi non communis sed tua ac privata domus, Domina tamen, ad quam communes nos exercemus amores. Quod ego tibi pertenue officii genus malim multo præstare quàm polliceri. Peto à te, si Achillis Statii Lusitani Catullus sit in Biblio-

Bibliothecâ tuâ, neque apud Andream nostrum, eâ enim de re ad ipsum scripsi, ut eo mihi per humanitatem tuam liceat uti ad hos aliquot dies. Utcunque miseris, remittam, ne tibi prædictum non dicas. Vale, suavissime mi Camdene. E Mertonensi Col. pridie Kal. Junii.

Totus tuus,

Thomas Savile.

XVII.

D. Hotmanus G. Camdeno.

EQuidem id ipsum metuebam, quod accidit; facinus indignum, horrendum, Hispanicum; cujus ultio gravis à Deo vindice justissimo nobis exspectanda. *Tu vero Herodes sanguinolente time:* inquibat Beza ad Carolum. Certè vide quàm parum opportunè pro Alensonio res tota ceciderit: qui si crimine caret, suspicionem hercle vix ac ne vix quidem poterit unquam apud multos eluere. Scio quid superioribus literis scripserim. Malè metuo Belgis. Harioli certè nonnulli Australe spectrum illud in nubibus, *vastitatem Belgii* jam nominant. Meministi, quid Hannibal olim juvenis in quiete viderit; immani scilicet magnitudine belluam, circumplicatam serpentibus, ingentique strage omnia pervertentem, cui nomen erat, *Vastitas Italiæ.* Adde omen illud pessimum, missificationis instaurationem in ipsa urbe Antuerpia. Adde rixas ac contentiones, quæ inter Gallos & Anglos nuper exortæ sunt. Adde cunctationem Regis Galliæ in Fratre juvando: ad quem ne legationem quidem congratulandi causa misit: denique, *Mediceas* dicam an *Medeas* artes perhorresco. Nos hîc interea, mi Camdene, hac felicissimi hujusce regni tranquillitate fruamur, & Lucretianum illud usurpemus: *quàm suave mari in magno turbantibus æquora ventis.* Cætera nosti: ut & plurima alia ad hanc consolationem nostram pertinentia. Tu, ut spero, libelli memor eris. Deus fluctuantem Ecclesiæ suæ navem sospitem ad portum perducat: & te, mi Camdene, servet incolumem. Vale. *Oxon.* 5. Kal. April. 1582.

Tui studiosissimus,

Hotman.

XVIII. Tho.

XVIII.

Tho. Savilius G. Camdeno.

Mihi cum equo melius fuerat, quàm putaras, aderat unà jucundissimus comes Faucerius quidam Gallus non indoctus cisii loco, Lipsio notissimus, annum integrum assiduus ejus auditor. De *Buchanani oratione* gratias, ἀντίδωρον habe *Papirii Massoni Carolum Nonum*, à Germano Laverna, & in Germania, nisi valdè fallor, editum. Musæ, quæ isto interregno Londiniensi aliò abierant, vixque mecum in gratiam redierant, statim atque salutes tuas acceperunt, depositâ contentione, eâ conditione pristinæ patientiæ restitutæ sunt, ut tu me earum assiduum cultorem fore in posterum sponderes. Cæterum cogitare te jubeo: etenim fluctuo adhuc, quiescendum-ne mihi sit, an repetendi Brigantes mei. Vereor enim nisi brevi invisam, ne compositis sarcinis pedibus eant in Scotiam, transferente Buchanano.
*Pag. 258. Editionis H. st. Cui rei vide, num deserviat locus in panegyrico, *Ad hoc natio Britanna, etiam tunc rudis, & soli Britanni, Pictis modo & Hibernis assueta hostibus adhuc seminudis*, &c. Nam si ante Julium τὸν Θεὸν Pictis Britannia assueta hostibus, Picti tunc in Britannia, cui obnunciat gens Cambrica; & sanè nomine non fuerunt. Imo verò & respondere possumus, non magis necessarium esse Pictis sedes assignare in Britannia quàm Hibernis. Ii cum nullas habuerint, nec habebunt illi. Sed utcumque deducat argumenta sua Buchananus, dabit hic locus vires adversus ineptissimas Hectoris nænias; qui Scotos Pictosque Britannis auxilio venisse contra Julium impudentiùs nescio, an inscientiùs affirmat; nam si hi unà, non soli Britanni. Sed ad Brigantes redeo, in quibus si quid tibi prætermissum, perscriptis locorum nominibus, â me fortasse accipies. Interim vale, & ignosce scriptis negligentèr scriptis. E Musæo Mertonensi v. Non. Quinctilis cIↄ. Iↄ. lxxxii.

Totus tuus

Thomas Savile.

XIX. Tho.

XIX.

Tho. Savilius G. Camdeno.

HOminum errata Divinæ mentes serò, sed seriò vindicant, quin sæpe serò respiciunt. Eadem humana mens est cœlestis, quanta quanta, alio atque alio gradu, suam æmulatur ipsa originem, nisi quâ terreno septa vinculo terrena cogitur curare, eque corporis carcere odorem sibi contrahit parum jucundum. Exolescit tamen ille τῶν πασῶν ἀρετῶν κορυφαῖς obductus. Hoc ego cum è Philosophiâ habeam, quid ni à tuâ humanitate pro diuturno silentio veniam sperem? & sperabo sanè, præsertim cum nullâ meâ culpâ crimen ceciderit. Abductus enim è musis mansuetioribus, tum collegii publicis, quæ procul Oxonio, statim atque è portu in terram me recepissem, procurabam, tum etiam privatis negotiis præter opinionem, ab hoc studio alienis serò, nec nisi admonitus, literas tuas accepi. Cætera ubi otium, hæc hodie in manum tuam victima porricio, ut imposterum facilis sies, cruda sanè neque-dum cocta exta. Sed ita mos est in sacrificiis, & eodem quo in liturarium relata impetu exscripta. a. d. ix. Kal. Decembris.

Totus tuus

Thomas Savile.

Iceni, qui Romanorum societatem spontè accesserant, discincti reliquerant, an iidem sint, cum iis qui duce Bunduicâ juvantibus Trinobantum copiis [a] LXX. civium & sociorum Romani nominis cæsis millibus; *Et hic tantus numerus ex* [b] *imbelli omnis erat multitudine, neque quisquam, credo, in validâ veteranorum manu, in legione ix. fusa ab iis, & fugata, fortis erat, & intrepidus*, Adrastæ semper victrici litaverunt, nequiquam ego laboravi scire. Adeo me quærentem destituit illic aura, hîc aqua. Neptuno igitur, quod infelices nautæ solent, pertusa vela libens meritò devoveo, ut vere proximo, si merui, mitior aura navigantem mulceat.

[a] Xiphilinus ex Dione habet, μυριάδας ὀκτώ.

[b] Polyd. pag. 85. Gand. edit.

Polydorus

Polydorus, ne quid pro solita liberalitate indonatum relinquat, *Icenos* alios, alios *Igenos* statuit. Igenos Transhabrinos, *Icenos* Sabrinæ Æstuarii accolas orientales: punctim Polydore. Iceni cur non potius, quod vulgus septentrionale Norc-folk dixit Barbaries? adeone tibi placuerunt coquinaria nostra, ut *Icenos* etiam in loco callido natos necessarium putes? Quin imo respondes, ordo, quem in debellandis gentibus secutus est Romanus miles, mihi placet, meæ opinionis fundus est: & quis iste ordo, quis? Nimirum usus is in Icenos victoriâ, in Cangos duxit exercitum, quos interiorem Walliæ partem ad Occidentem coluisse constat. Constet, Polydore, ut tibi etiam nonnihil largiamur. An igitur necesse fuerit, Icenos Cangis propinquos esse? Adeone brutos censes & barbaros Romanos, ut semper in proximum quemque irruerent hostem, an socium, ciccum non interduim? An quia post Icenos, Cangos continuo belli ardor proximus acceperit, locus ne accipiet proximus? ignosce Polydore, non cogit me hoc argumentum. Multa prudenti Imperatori cogitanda, curanda multa: sequendum, ut hostis vocat, non ut locus: ab Icenis ad Cangos, à Cangis retro ad Brigantes, quin fortè à Brigantibus ad Trinobantes eundum. Fovendi in itinere socii, erigendi, tutandi, neque ut è Brigantibus pedem tuleris, ita continuô in Trinobantes ventum existimabis. Neque etiam Cangi adeò sunt Icenis tuis propinqui, ut somnias; procul illi ab Occidentali Walliâ Monam spectant, ubi Ptolemæi κα̃γγανῶν ἄκρον.

Reliqua temporis angustiæ prohibent adscribere; accipies, si isthæc satis tibi fastidii non creaverint.

XX.

Tho. Savilius G. Camdeno.

FAno fortunæ natum me jam tandem video, suavissime Camdene; ejus me filium lubentèr agnosco. *Iceni* enim, quos ego egressos temerè meo malo revocatos cupieram, quàm me bearunt, quàm me reddiderunt fœlicem! Nolim tamen existimes eorum me laudibus, quas

quas tu iis ſanè luculenter affingis, exultare juveniliter, iis memet fœlicem judicare: humanitatis illæ ſunt & amicitiæ, inde profectæ eò revertantur. Ego verò Ἐργασίαν illam, quam habes ſanè in infœlici materiâ fœliciſſimam, auro contra non mutarim. Eâ me fœlicem ſentio, totus in eâ acquieſco. Nam quod Icenos attinet, palantes eos certè Romanus deprehendiſſes, Anglus autem cum videris, etiam non vides. Quâ ego fretus conniventiâ, reliquos quamvis quadrati agminis inſcientes adhuc itineri auſus ſum committere; ut ſaltem junctis viribus intrepidè occumbant. Chartam, quam ab Andreâ noſtro accepiſti, è Mertonenſi tabulâ in Adverſaria tranſcripſeram, inde à puero, cui id negotii dederam, exſcripta tua eſt, protractiſque lineis, quantum conjecturâ & pueri quæſtione aſſequi poſſum, omiſſa nomina, quæ ego proximo quoque tempore reponam. Interea ne ſis inſcius, deſcriptionem continebat locorum, quæ Leucopibiam adjacent. Xeniolum literis tuis (redditæ enim ſunt Kal. Januarii) ἀντίστροφον tibi ex Hotomano commune, odam accipe, in Angliam & Græciam invitis penè muſis deductam: tentaram Latinè, ſed his Natalitiis feriis muſæ omnes Viſimonaſterium tranſvolarunt; ter Heliconem pulſavi, ter inanis abii. Unicum ambobus exemplum mitto; μία γὰρ ψυχὴ tribus. Si quid uſpiam occurrat quod Africam antiquam illuſtret, juva me quæſo, jam enim xxv. diem Africam titiens oberro. Vale. E Muſæo Mertonenſi A. D. V. Eid. Januarii, cIↄ. Iↄ. lxxxii.

Παραλειπόμενα.

Neque etiam Cangi adeò ſunt Icenis tuis vicini, ut ſomnias, procul illi ab Occidentali Wallia Monam ſpectant, ubi & Καγκανῶν ἄκρον habet Ptolemæus. Moti ergo à civitate ſuâ Iceni poſtliminii jure reſtituantur. Sed ecce revocatos nova jam excipit calamitas. Mortuo eorum rege Praſutago, regnum à Centurionibus, domus Regia à ſervis ſcinditur. Eoſdem enim ego puto, quas duodecimo ſocios nominarat Tacitus, & quorum regem xiv. Praſutagum nominarat. Neque enim, præter nominis Romani ſocium, quiſquam credo, Cæſarem hæredem ſcripſiſſet, etiam illud, [a] *Longâ opulentiâ clarus*, reſpicit, quod in xii legimus. *Iceni valida gens nec præliis concuſſa:* ſed & quod xiv. ſequitur: *Jam primum uxor Boadicia verberibus affecta, & filiæ ſtupro violatæ ſunt*, non vulgarem Icenorum conditionem arguit. Neque enim, ſi Romanos rectè novi, reliquis etiam Regiis verbera & ſtupra adeo erant inſolentia.

[a] *Longè* ingenioſè excogitavit Lipſius; haud ſcio an verè.

D Contra

Contra hanc ſententiam facit nonnihil Vaticani & Farneſiani lectio, qui *Tigenos* poſteriores, non *Icenos* referunt. *Tigeni* autem Venedotiæ populi. Mihi veriſimile non videtur, homines Monæ, ubi tum Romanus Imperator, proximos, à Trinobantibus, mirum quantum remotos, res novas molituros: quin potius exiſtimarim ego *Igenos*, aut quod idem eſt, *Icenos* eoſdem eſſe qui [b] & *Tigeni*: *Tigenos* autem alios Venedotiæ, alios Oſtroangliæ incolas. Nam quod [c] Trans-Habrinos putat Polydorus, præter ſolitum nihil facit, qui nihil adeò videtur timere, quàm ne aliquando imprudens & inſciens in veritatem incidat. Attende Polydore, ſi Romanus Imperator è Monâ rediens Trinobantas, ut tu vis, non præterierit, Igeni autem Trans-habrini ſint, per medios hoſtes Londinium non perrexit, ſed perrexit ſanè, ipſiuſque adeò conſtantiam laudavit nobilis Annalium ſcriptor. Igeni ergo aut à Trans-habrinis alii, aut per Trans-habrinos tranſiit Suetonius. Et ſanè pulchrum faciet viaí compendium; qui è Monâ Londinium cogitans, per Trans-habrinos ierit. Neque enim latum unguem è patriâ putat moviſſe Igenos, alioqui quî fieri non potuit, ut Trinobantes etiam tui Londinium circumſederint, quo minus tutum Paulino illuc fuiſſet iter? Hæc tibi, Polydore, ne cum multa dederis, nihil reciperes. Res autem ipſa ita ſe habet. Conſenſerant in Romanorum perniciem cum Icenis Trinobantes, qui ambo ſeptentrionalem hodie Thameſis ripam tenent, & pervaſerat jam hujus belli ardor, à Coloniâ ad uſque Municipium Verulamium, fortaſsè etiam ulterius, qua Romanorum Imperatori è Monâ redeunti tranſeundum erat; tranſit, Londinium abit, relinquit, redit, pugnat, vincit. Monendum autem, quod à nonnullis ſecus traditur, relictum ab Imperatore Londinium, captum à Britannis & ſpoliatum. Me docuit Tacitus xiv. *Neque fletu & lacrymis auxilium ejus orantium flexus eſt Suetonius, quin daret profectionis ſignum Londinio, & Comitantes in partem agminis acciperet. Si quos imbellis ſexus, aut feſſa ætas, vel loci dulcedo attinuerat, ab hoſte oppreſſi ſunt.* Neque diverſus, qui eos fortean in errorem impulit, [d] Xiphilinus it: cum enim duas ille Civitates narrat expugnatas à Britannis, non plures, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Romanorum duas. Jam vero Londinium, etſi Negotiatorum copiâ, & commeatu maximè celebre fuerit, Romanorum civitas non fuit, neque municipii aut coloniæ cognomento inſigne, quod nimis febriculosè adfirmarunt [e] aliqui.

Totus tuus Thomas Savile.

[b] Hæc adeo non diſtant atque Jugantes Annal. xii. & Brigantes hiſt. 3. qui tamen iidem ſunt.

[c] Polydoro favet, quod tamen ipſe non animadvertit, locus in Oratione Galgaci; ſed corruptus: obductis enim Brigantibus Trinobantas ratio reſtituit.

[d] In Nerone p. 169.

[e] Luidus fol. xvii.

XXI. Abrahamus

XXI.

Abrahamus Ortelius G. Camdeno.

ACcepi, ornatiſſime Camdene, munus tuum, Solinum nempe manu exaratum. Munus mihi ſanè gratiſſimum & quovis theſauro charius. Juvat enim interdum vetuſtiores codices, cum in recentioribus hæſitamus, conſulere. Sæpenumero quoque ex pluribus mendis veritatem erui, minimè iis ignotum eſt qui hujuſmodi ſtudiis ſe oblectant, mihique idem aliquando contigiſſe memini. Quid ex hoc munere tibi debeam, ſcio, an ſolvendo ſim, neſcio. Tua profectò liberalitas facit ut hactenus ex ære tuo me unquam liberare nequiverim. Magnoperè me exhilararunt literæ tuæ, quod ex iis intelligam Britanniam tuam te parturire; ſed me obſtetricem appellare videris, aut hallucinor. Imo Lucina certè non ſum, mi Camdene: ſi opem tamen adferre viribus meis potero, habebis me paratiſſimum, & extra jocum. Cupis à me in eâ per Typographiam edendâ conſilio juvari. Significa quæſo latius quid velis. An fortaſſe à noſtris eam velles editam? aut alibi locorum? non in ipsâ Britanniâ? Autographum typographo putas dono ne an pretio? Novi noſtros minùs liberales: non ſolent emere copias, ut ipſi vocant. Adſui ego aliquando, cum ne gratis quidem accipiebant, ſed addito munuſculo. Sed aperi mentem tuam obſecro, reperies me tui amantiſſimum. Scio me aliquid poſſe apud noſtrum Phiniam, ſi hunc delegeris. Si is eam ſuis typis excuderit, pro uno tuo exemplo facilè aliquot exemplaria ab eo obtinebis. Interim vale, amicorum integerrime. *Antuerpiæ* Kal. Ap. 1584. faſtis correctis.

Tuus totus, tuo merito,

Ab. Ortelius.

Si viſum fuerit, ſcribe ipſe ad Plantinum, ego illi literas tuas hinc curabo. Lugdunum Batavorum enim tranſmigravit, & libros imprimit. Nihilominus & hìç quoque apud nos typographica prela, ut ſolent, fervent.

XXII.

Gul. Lambardus G. Camdeno.

PArdon, I pray you, Mr. *Camden*, this breach of my promiſe, in that I have holden your books ſome few days above the time in which I promiſed to return them: the which I have done of no other mind, but only that I might ſend them ſafely unto you, as now I doubt not but I ſhall by the benefit of this an aſſured Meſſenger. In the reading of theſe your painful Topographies, I have been contrarily affected: one way taking ſingular delight and pleaſure in the peruſing of them; another way by ſorrowing that I may not now, as I wonted, dwell in the meditation of the ſame things that you are occupied withal. And yet I muſt confeſs, That the delectation which I reaped by your Labours, recompenſed the grief that I conceived of mine own bereaving from the like: notwithſtanding that in times paſſed I have preferred the reading of Antiquities before any ſort of Study that ever I frequented. I thank you therefore moſt heartily, good Mr. *Camden*, for the uſe of theſe books of yours, ſince they deliver many things that are not (ſo far as I do know) elſewhere to be had, and the ſame no leſs learnedly picked out, than delicately uttered and written. What praiſe you deſerve in all, I can beſt tell by *Kent*, wherein (howſoever I have laboured my ſelf) I learn many things by you, that I knew not before.

Your conjecture at the Etymon of the word *Cantium* is ſo probable, that you make me now doubt of mine own, which before I took to be moſt aſſured: you have ſo truly, as I think, traced out *Leneham*, *Chilham*, and *Newendene*, by the old *Durolenum*, *Jul-laber*, and *Anderida*, as I ſhall for ever hereafter reſt in your opinion of them. To be plain, I ſeem to my ſelf not to have known *Kent*, till I knew *Camden*. If you have in purpoſe to perform the reſt, go on boldly, good Mr. *Camden*; wherein if you ſhall uſe the ſame dexterity that hitherto you have done, (as I fear not but you will) *Aceſii & Heliconis opera dixerim.*

Howſoever you ſhall be minded to do, more or leſs, defraud not your Countrey-men of ſo great a pleaſure, nor the Countrey it ſelf of

of so great an honour, by forbearing to imprint the same. If I had any thing that might further your Study, I would most willingly impart it: and whether I have or no, I will make your self the Judge, if it shall like you to come down into *Kent*, and look amongst my Papers. You may not think that I flatter you, good Mr. *Camden*, in that which I have spoken in commendation of your labour: for I am far from such clawing of any man: and in token of my sincere heart towards you, and to the end that nothing which I can espy may escape you by over-sight, I will note unto a trifle or twain that I have observed in your *Kent*, assuring my self that I shall not offend you thereby.

Pag. 2. *Darentum fluvium obvium habet, qui è Sussexia*, &c. I think that no Head of *Darent* ariseth in *Sussex*, but at the furthest in *Surrey*, about *Titsey* or *Tanridge:* unless you mean, under the name *Sussex*, to comprehend *Surrey*, as in the Heptarchy we do.

Warhamus, &c. *ut cum* H. VIII. *commutare necesse habuerit.* The exchange was not made with *Warham*, but with *Cranmer*, that succeeded him.

P. 3, & 7. The Shire has two Gaols, whereof the principal is that at *Canterbury*-Castle.

P. 5. *Stowre fluvius, qui duobus*, &c. The Heads of *Stowre* are not in that part which is at this day called the *Wealde:* although the *Wealde* of old time was thirty miles broad, and then reached over the whole breadth of the Shire.

This is all that I can quarrel at; and yet have I pried so far as I could: for I reckon not of those things that have escaped him that copied your book, knowing that you will revise that before it pass from you. Thus much I thought to write, as well for testification of my own thankfulness, as for your own encouragement; praying you to bear with this hasty Letter of mine, written in the midst of our preparation for the Countrey-musters, and other Services, that withdraw my mind: the which also have made me forget one thing, that of all the rest I mislike; I mean, the first five lines of your *Kent*, the which you must moderate or omit, if you will have me think that you deal so plainly with me, as I mean to do with you.

And

And so praying God to bless your good Studies, and eftsoons wishing that you would spend a week at *Hallyng* with me, I heartily bid you well to fare. 29 *July*, 1585. from *Hallyng*.

Yours in the Lord.

William Lambard.

XXIII.

G. Camdenus D. Edwardo Stradling.

QUod rebus omnibus præoptavi, ut Britannia mea qualiscunque illa sit, bonis & doctis non displiceret, id mihi jampridem à plurimis accidisse non mediocritèr lætabar; majoremque in modum nunc lætor, & mihi ipsi quasi congratulor, quod te etiam, ornatissime Stradlinge, & fautorem & defensorem invenerit. Ut enim ex nomine te illustri & vetustâ familiâ prognatum cognosco, ita etiam ex epistolâ te cum animo candido, tum judicio pereru-dito planissimè perspicio. Singulis etenim lineis, imo verbis gravitas tantâ familiâ digna, doctrina liberalis, judicium limatum, animusque officii plenissimus elucet. Utinam illum diem mihi optatissimum videam, cum tibi parem gratiam pro his maximis tuis officiis referre possim: verùm quia hoc facultatis non est meæ, gratias habeo immortales, & debebo, ut magnus ille jubet Philosophus, semper, palam, & libentèr. Quod me errati in pag. 365. admones, amicissimè facis: admonere enim & admoneri veræ est amicitiæ. Facilè adducor tuâ fide & authoritate, ut amplissimum illum Equitem D. Edwardum Stradlingum libelli authorem fuisse credam. Exemplar tamen illud, in quod ante annos plures incidi, Edwardi Manuselli nomen in titulo præ se tulit, & mihi credulo eò facilius imposuit, quod nobilem illum virum in genealogiis contexendis & re Antiquariâ plurimùm desudasse acceperim: Plagiarium autem illum, quicunque fuerit, qui gloriam alieno labore partam in se transmovit, & librarium, qui mihi fucum fecit, tacito cogitationis convitio subindè verbero. De asterisco quod scribis, mihi novum est, nec à me est, nec à Typographo. Quum liber iterum edetur,

D. Edw. Stradling nomen suo loco, ut sua cuique constet gloria, Deo favente reponetur. Interim ut optimus ille Eques mihi ignoscat, tua quæso intercedat humanitas. Si prius hoc erratum rescissem, jam emendassem; nam superiori mense alteram Britanniæ meæ editionem plurimis locis sparsim adauctam Typographi præcipitarunt. Vale, ornatissime Stradlinge, & à Camdeno tuo salve, qui te ex animo amat & æstimat. *Westmonasterii* xvi. Februarii, 1586.

Tuus tuo merito

Gul. Camdenus.

XXIV.

J. Lipsius Gul. Camdeno.

MUnus à te accepi, vir ornatissime, per mihi gratum, *Britanniam* tuam illustratam ingenii & industriæ clarâ face. Multum patria tibi debet, multum exteri nos, qui per Te videmus *Britanniam*, cum non videmus. Perge in hoc & simili studiorum genere, quod abesse non potest, quin tibi famam, posteris æternum ferat fructum. Salve ab eo, qui te ex animo æstimat & amat. *Lugduni Batavorum* iv. Kal. Sextil. ∞. iↄ. lxxxvi.

XXV.

Abr. Ortelius G. Camdeno.

GRatias agis pro nostrâ *Synonymiâ.* Quid opus erat, suavissime Camdene? Cum enim benevolentiam animique tui erga me promptitudinem & officiosa, ut sic liceat dicere, officia in me, cum apud te essem, collata, mente revolvo; nihil me tibi non debere libens & meritò fateor. Utinam ego æquè tibi aliquâ meâ operâ, aut prodesse aut auxilio esse possim! Ante multos menses petieras per me copiam Itinerarii Antonini, item Theodosiani: sed valdè doleo,

non

non tuo tantum ſed & meo quoque nomine, me tibi ea hactenus non potuiſſe præſtare. *Antonini* itinerarii me aliquid manuſcripti apud Brugenſes vidiſſe memineram, ſed dum iſtud ipſum ab iiſdem poſtulo, nuſquam poſſe reperiri reſcribebant. Conqueruntur cum multis ejus generis libris ab iis clam aufugiſſe in Galliam *Stadium.* Fugientem benè currere dicebant, ſed hoc eſt, malè currere ſtadium: & quod pejus eſt, ſibi iſtiuſmodi inutiles facit. Sordidæ pecuniolæ enim gratiâ, quam inde ſibi corradit, talia à bonis viris aufert. De *Theodoſiano*, dum Spiræ eſſem, etſi ſedulò illud inveſtigaverim, nihil potui intelligere. Sed hæc tibi ante annum feré ex Italiâ ſignificavi; literas autem ad tuas manus non perveniſſe ſcio. Emanuel enim noſter ſuas, quibus tuas injeceram, non recepit. Interceptas poſtea intellexi â Mauriberis hoſtibus, vias id temporis obſidentibus. De Theodoſiano quidem meus amicus promiſit ſe Spiræ denuò percunctaturum: ſed vereor ne fruſtra.

Tuos labores, quos in Patriâ Britanniâ illuſtrandâ præ manibus habes, avidè expecto. Scribis eos, qui in eâ palæſtrâ verſantur, lubrico eſſe in loco: verum te dicere non ſemel experior. In multis, ut verum dicam, quæ ſcribo, mihi minimè ſatisfacio: ſed *eſt*, inquit ille, *aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra*; & *in magnis voluiſſe ſat eſt.* Sint nobis, mi Camdene, horum magnorum virorum ſententiæ ſolatio. Gratias ago pro miſſis nummis, quos Conſtantinorum Imp. ſeculo percuſſos conjicio, & habeo, quod tam amicè de erroribus in meâ *Synonymiâ* commiſſis admon-----

Cætera deſunt.

XXVI.

Clariſſimo Gulielmo Camdeno, *viro optimo & erudito* Abrah. Ortelius.

DIU eſt, quod tibi non ſcripſerim, Camdene chariſſime, non quod Te non amaverim, neque tu me, ſi rectè auguror. Tuas ad me in itinere periiſſe intellexi ante aliquot menſes, amicitiam autem ante decennium inter nos initam non item. Oſtendit hoc honorifica mei in tuo luculento *Britanniæ* opere memoria, tum munus ejuſdem tunc temporis ad me miſſum, pro quibus gratias habeo. Agam quoque,

quoque, ſi quibus poſſem, verbulo oſtenderis. Jacobus Colius fuit hîc apud me aliquandiu. Interea temporis edidi *tabulam veteris Hiſpaniæ*, cujus exemplar idem à me accepit, eâ conditione ut ad te ferat, bonique conſules. Idem Colius nepos meus dixit mihi, priuſquam Londino diſcederet, te illi promiſiſſe exemplar *Geographiæ Baconis* ad exſcribendum. Obſecro cum jam reverſurus ſit, illi ejuſdem copiam facias, ut ejus exemplum deſcriptum ab eo habeam. Et ſi quid in me aut apud me ſit, cujus opera tibi uſui eſſe poterit, gratiſſimum facies, ſi ſignificaveris. Salutem quæſo ex me D. N. Gudmanno Decano, veteri meo Domino & amico. Si ævum hoc paulò à bellis alienius fieret, fortè vos ſemel inviſerem. Interea temporis vale Amicorum optime. *Antuerpiæ* 25 Novemb. 1588.

Ex Emanuelis noſtri literis ad me intelligo, D. Haclutum *Geographiæ Abyſildæ Iſmaelis* editionis ſpem firmam oſtendere. Putat enim eam ante annum in publicum venturam. Utinam.

XXVII.

Janus Douſa filius G. Camdeno.

QUoties literario alloquio te alloquor, mi Camdene, toties ex intervallo reguſtare videor conſuetudinis noſtræ ſuavitatem. Quam etiam nunc ruminans, non potui quin pennatis ad te advolans vocibus perferrem unâ libellum ad te meum recentem à prælo, & cui te tuique ſimiles lectores opto. Quod ſupereſt, hunc noviſſimum ingenioli noſtri fœtum accipies eo animo, quo datur, & ſalvebis plurimùm à tuo

Jano Douſa *filio.*

XXVIII.

Janus Gruterus G. Camdeno.

SAlve plurimum, Historicorum præstantissime. Ex quo hîc Vitebergam historicum ago professorem, bis te meis invisi literis, quibus addideram *Suspicionum* libellos. An receperis, nescio, arbitror tamen unas potuisse tibi venire ad manus. Et quidem primis memini me inclusisse exemplar ad me epistolæ Reineri Reineccii, quibus rogabat inscriptiones suas librorum, quos propediem edet, communicarem, ut si quid tu ei consilii auxiliive suppetere posses, id ipsi non gravatim faceres. Interea temporis aliquoties mecum egit de diplomate quodam præponendo iisdem libris, quo Bibliopola certior esset & securior, neminem fore, qui illos recuderet. Et quidem privilegium impetraverat ab Cæsare: spes etiam facta de Gallorum Rege. Cur non desperaret posse aliquid obtinere à vestrâ, fuit cum aliud, tum recens exemplum de Bodini Republicâ: & ego quidem spem ejus auxeram, quod arbitrabar tale aliquid facilè curari posse per communem amicum D. Rogersium; nunc autem, cum ille obierit, nescio quid dicam. Si tu aliquem habes in aula, qui istud negotiolum procuraret, faceres certè rem gratissimam optimo viro, utilissimam etiam omnibus Historicis. Inscriptiones ejus iterum habes, item epistolam Peuceri nostri, quâ vobis constet, quanti eum faciat. In nuperis suis ad me hæc adjunxerat:

Addendum putavi de operis parte tertiâ, me regna xxxvii. absolvisse, & modo Sarmaticum in manibus habere: quod proximè Britannicum sequetur. In hoc ea tui Camdeni à me mentio fiet; quæ exquisitæ eruditioni ejus, & Britannicæ historiæ, me judice, omnibus numeris absolutissimæ debetur.

Tu quæso unâ & eâdem fideliâ non duos modo parietes, me & Reineccium, sed omnes dealba, qui meliorum artium; quibus proculdubio ingens ex ejus scriptis utilitas. Pluribus hæc vellem, nisi te tua sponte nihil non moturum scirem. Ei rei si quid adjumenti ferre potest, ut potest, spero, D. noster V. & eum quæso molesta.

Obitèr

Obiter aliquid hujus rei ad ipſum ſcripſi, ipſe ulteriora ex te requireret juſſi. Quicquid hujus fiet, fac me brevi certiorem. Literarum reddendarum ratio conſtabit tibi, puto, ex illo, qui haſce tradet, D. Demetrio. Volui enim & in eo obſequi tuæ voluntati. Cuperem ulterius, ſed hæc properanter admodum exarabam, negotiolis aliis diſtrictus & abeunte jam ...... En tibi reſcriptum quoddam contra Gothofredi ſtultas conjecturas. Plura exſpectabis aliàs. Vale mi amice, & ſalve ab eo, qui eſt & erit perpetuùm tuus,

Viteberga 2 Auguſti CIƆ. IƆ. IXC. properanter nimis, ut & character & ſtylus ſatis produnt: haud tamen præter morem meum.

Jano Grutero.

XXIX.

Abr. Ortelius G. Camdeno.

ORnatiſſime Camdene, Conſilium meum de *tabulis Britannicis* ad opus tuum adornandis hoc habe: Tabulas, quas petas, tibi ſumas, & in iis expungas aut calamo aut alio inſtrumento, quæ ex iis deleta cupis: ſive ea ſint urbes, ſive montes, aut flumina. Tabulam ita compoſitam cura ad Sculptorem, eidemque magnitudinem indica, quâ tuas formatas velis. Ipſe ſculptor ita ex magnâ tuâ miſsâ facilè omnia in parva, obſervatâ ubique diſtantiarum proportione, redigere poterit. Is ſculptor, qui hæc tibi præſtabit, habitat in Bataviâ Harlemi. Nomen eſt aut Joannes aut Lucas Doetecum. Fuere duo fratres, alter obiit, Joannes vel Lucas ignoro. Hic multò elegantiùs tibi iſta elaborabit, quàm ille, qui epitomen mei Theatri. Pretium ſingularum tabellarum fortè erit ſex florenorum noſtratium: ſi fuerint tabulæ ejus magnitudinis, ut univerſalis erat in primâ dictæ epitomes editione: ſin autem minoris, ut in hâc ultimâ, minoris quoque erunt pretii. Sculptor dictus ipſe quoque laminas æreas addet de ſuo. Vide quid tibi conſultum. De *Chirio Fortunatiano* quæris, hactenus eum fruſtra quæro: ſpes, quàm de eo in Italia conceperam, fefellit me. Quod *Britannos* in Belgio meo veteri locaverim, ſive *Britannicianos* inde deductos, primus auctor mihi Plinius 4.

 cap.

cap. 17. qui Britannos in Belgicâ habet; quod ad mare, quia Eginarthus hoc Belgicum littus Britannicum vocet; quod eo loco, quia ibidem hactenus Britannia nomen permanet, nempe in Romanorum armamentarii vestigiis, quæ vulgo *thuys te Britten*, quasi dicas *Britannorum domum*, vocant. Hos eodem putaverim *Britannicianos* à libro Notitiæ nominari. Si erravero, tu in viam reduc, mi Camdene, & gratias habebo. Opportunitate mittendi ad me oblatâ, expecto *Pseudo-Plauti* Aululariam, quam nepoti meo tradidisti. De laboribus tuis tibi gratulor, optime amicorum; quod videam tam ardenter amplecti ab omnibus, non miror, quia meritò. Apud me nihil est, quod non vidisti, quod non legisti, quia omnia perlustrasti ante te scripta. Si quid autem apud me sit, quo tibi aut studiis tuis gratificari queam, mi Camdene, impera tantum, obediam ego libens & meritò: debere enim me tibi scio, amicitiâ & officio non emo. Vale. *Antuerpiæ* 5. Octob. 1589.

Tuus ut suus,

Ab. Ortelius.

XXX.

Joannes Savilius G. Camdeno.

SO soon as I had leisure, I thought good to advertise you of certain things concerning your future (if not finished) Edition of your particular Description of this Realm, in which I refer my self to the pages of your last Edition.

Pag. 73. Justice Itinerant and the Justice of Assize never equal in authority; for the Commissioner in Eyre was higher, and not twice a year, but once, or seldomer. 75. Gersey and Garnesey Islands of Winchester Diocese, *Eam quæ ad Repillum fluvium spectat*, would be put out. By reason of the new erection of the See of Chester, Chester Diocese containeth, besides Cheshire, Lancashire, Richmond, other parts of Yorkshire, part of Cumberland and Westmerland. The Bishoprick of Man, called *Sodorensis*, is by the Statute of .... *Henry* 8. made of York Province. 81. During the Pope's Authority, the Bishop of Norwich and Archdeacon of Richmond had First-fruits of

of the Benefices in that Jurisdiction: and the Assizes be but kept once a year in Durham, Northumberland, Cumberland, and Westmerland. 93. St. Germans by the Statute of 32 *H.* 8. is a Suffragan See. 107. Molton, I take it, is a Suffragan See in Devon, by the Statute of 26 *H.* 8. chap. 14. Shaftsbury a Suffragan See. 124. *Alice Lacy* was taken by *Charles Warren* from Sandal in Yorkshire. 119. Taunton in Somersetshire a Suffragan See. Bridgewater is a Suffragan See, and had never but one Earl. 143. Marleborough a Suffragan. 148. Southampton a Suffragan. 174. Gilford a Suffragan. 192. Suffex *contermina Cantio*, as well as Surrey. 202. Christs Church in Canterbury hath twelve Prebends. *Quære* p. 219. The Customs, that Lands for Felony shall not escheat, extendeth but (as I take it) to Glocestershire, Town only, and not to the County. *Vide Statutum.* 221. *Fitzherbert* was no Justice in the King's-bench, but in the Common-Pleas. 246. Oulney is lower of that River than Newport-Pannel. 247. Bedford a Suffragan. 450. *Quære*, Whether any Lay-men were Almoners by inheritance? 262. Middlesex is as well divided by Thames from Kent as from Surrey. 271. Thirleby was the first and last Bishop of Westminster. In your description of London, you omit the Antiquities of the Temple and the Rolls. 297. Ipswich is a Suffragan. 303. Thetford a Suffragan. 313. Royston in the Statute of *H.* 8. is recited to lie in five Parishes. 314. Cambridge is a Suffragan. 323. Huntingdon a Suffragan. 334. Leicestershire adjoineth upon Staffordshire. 336. Leicester a Suffragan. 343. Lincolnshire adjoineth upon Rutlandshire. 349. Grantham a Suffragan. 351. King Henry the eighth took the Bishoprick of Oxford out of Lincoln. 355. Nottingham a Suffragan. *Carbones fossiles non omnibus locis malè olent*, libera Sylva *focum*, *non* limpida *Sylva*. 355. Blithe is not upon the River that goeth to Workensop, but to Scrouby, the Archbishop's Town. 383. Wolverhampton hath a College annexed to the Dean and Canons of Windsor. 389. Shrewsbury a Suffragan. 431. Haverford-West *est Comitatus per se.* 435. *Rhese ap Thomas*, it seemeth by *Polydore*, was in *Henry* 7.'s time. 443. The inhabitants of Merionethshire, accused of Felony, may be tried by Shropshire-men by Statute-Law: it seemeth, because the inhabitants of the Shire sometimes favoured Felony. 462. Yorkshire joineth upon Cheshire South-west; the West Riding whereof, in the scituation whereof Wharfe is, is to be placed between Ayre and Nydd, and not as North of Nydd. 463. *Ebor. Episcopum pro Archi-*

episc.

episc. 465. Kirkley's Nunnery, in the Woods whereof *Robin Hood's* grave is, is between Hallifax and Wakefield upon Calder: and Esholt Nunnery and Kirkstal Abby is upon Aire, between Craven and Leeds. 467. Barnolswick is thirty miles direct West from Barwick in Elvet in Yorkshire, in the Confines of Lancashire, where it is reported Kirstal Monastery was founded before the translation to Kirkstal. 468. Harwood Castle is upon Wharfe, between Otley and Witherby. 476. The Council at York consisteth not of such a certain number. 477. Bishopthorpe was called *Thorpe Sancti Andreæ*, and by *Walter Gray* Archbishop of York, *tempore Henrici tertii* purchased, and assured to the Chapter, with intent, that they should lease the same to every Archbishop for life, and by that means they avoided the spoil of Escheators or others, that had the keeping of the Temporalities in the vacation. By which example, in *Edward* the fourth's time, Archbishop *Booth* assured Bartrichsey in Southrey. Note, Bishopthorpe is upon Ouse *inter Ebor. & Cawood.* Selby was of later time a House of Regulars, and no College of Seculars: and note, the Abbot of St. Maries *Ebor.* and Selby were only Lords of the Parliament of all the Sovereigns of Monasteries in the North. 481. Hull, 45 *Ed.* 3. had a Corporation of Mayor and Burgesses, and is a Suffragan Town. 483. Cliveland *est terra viridis, non nigra.* 486. *Feoda Archiepiscopi Cantuar. & Episcopi Dunelm. excipiuntur, non Archiepisc. Ebor.* 488. That Rebellion grew, as I think, rather in Northumberland, because the granting of the Tax, or levying of the Fifteenth in that County, and in Durham, Westmerland, and Cumberland, is an innovation: and the Town of Newcastle being freed by Parliament from that charge. 489. Alstonmore is in Cumberland, and not in Richmondshire; and Richmondshire doth not adjoin to Lancashire. 499. The Bishop of Durham hath a fair house, and his best provision at Stocton upon Tees, and is Patron of a goodly Hospital not far from thence, called *Greteham*, founded upon a Mannor forfeited to the Bishop of Durham by the Treason of Mountfort Earl of Leicester. 502. The Hospital dissolved East of Durham, is called *Kepeyre*, and Berepark is the Dean of Durham's Park: the like liberty now no Dean hath in England. 506. No abundance of Wheat in Lancashire. 507. Grilly, not Grisley, were Lords of Manchester, and the College there is of her Majesties foundation. 509. The Parson of Wiggan is Lord of the Town, and hath a Corporation of Mayor and Burgesses, and a Court of Record. The South

branch

branch of Ribel is called *Calder*, and springeth in the same Hill that the Yorkshire Calder doth : the one going to the East Sea, and the Lancashire Calder to the West Sea ; and the same goeth by Burneley, *padiam altam* , and not far from Read, where the Dean of Pauls was born, and by Whalley-Abby, founded, or rather translated thither by the *Lacyes* from Stanlave in Cheshire, and not far below, where Calder falleth into Ribel. The North branch of Ribel is called *Hodder*, or *Odoris*, and springeth in hills of the Forest of Balland above Sladeburne, and falleth into Ribel, not far from Mitton. 514. Winandermere in Westmerland, and not in Lancashire. 515. *Lacyes* Lands, by the Records and Offices are found to be conveyed by the Earl of Lincoln, Father of *Alice Lacy*, in remainder to *Henry*, and not by *Alice*'s gift : and especially for the Honour of Pontefract, being the first Honour of the *Lacyes*. I doubt that is not so certain of the Offices of the Dutchy of Lancaster. 517. Westmerland adjoineth upon the Bishoprick of Durham upon the East, 11 *Ed.* 3. *Com. Rous* and *Thwing* were Barons of Kendal. 519. Burg * under Stainmore. 522. *S. Bees natale solum Edmundi Grindal Archiepisc. Cant.* where he founded a School, *& alia beneficia plura.* 526. Docar is in Westmerland. 544. Belsey *non* Bolsey. 546. Ford-Castle is now the *Carrs* , and not the *Herons* possession. 547. Barwick is a Suffragan See. 639. *Wight insula est* , *sedes Episcopi Suffraganei per Statut.* 26 Hen. 8. These few Notes, as my leisure served, I have sent you, of which some few perhaps be somewhat to the purpose. Thus ceasing from further writing, I commit you to the protection of the Almighty. From Bradley in Yorkshire, this xxv. of December 1589.

* Super Stainmore

Your loving Friend,

Jo. Savile

XXXI. Janus

XXXI.

Janus Gruterus G. Camdeno.

. . . .

JAM liberet pergere, nisi vererer molestiam majorem tibi creare, & viderim chartæ multum non superesse; restant autem totidem Epigrammata & Elegiæ aliquot. Quare hæc interim habe tanquam arrhabonem, imò pignus meæ erga te benevolentiæ, amoris, atque observantiæ; & hoc tibi polliceâre, te neminem habere in exteris regionibus positum, qui te supra Gruterum diligat & celebret. Et quia animorum nostrorum conciliatio tuo inlicio exordium sumpsit, dabo operam, ut meis literis cumulata sæpè frequentetur. Tu itidem, si per otium vivi sermonis imaginem charteo æquori commendare non gravaberis, rem feceris mihi longè gratissimam Debeo sanè multum excellentissimoV. cujus interventu conciliatrix tua Epistola mihi in manus venit; quem tanquam insuper hujus nostræ amicitiæ pararium eo etiam impensius amo, & amabo dum vivam. Cæterùm quoniam nihil mihi magis in votis, quàm probissimis ingeniis me agglutinare, quæso & obtestor per genii tui vivacitatem, & Britanniæ tuæ æternitatem, ut quos isthic amicos habes, mihi itidem impertias, ut sic fiat scilicet Pythagoreum dogma, quos eâ de causâ invisos, ignotos, nec unquam fortassis videndos officiosissimè saluto, & precor ferventibus votis, ut hunc annum & deincipes felices, faustos, fortunatosque habeant; quod itidem tibi, mi amicissime Camdene, dictum velim. Epigramma illud meum non ingratum tibi fuisse gratulor mihi; nullius tamen rei est; itaque operam perdidisti, id dum extollis. *Periculis meis secundis* adjunxi, quæ jam eduntur Heidelbergæ; ita indigitavi Elegiarum & Epigrammatum aliquot libros, quos doctissimis quibusque viris per Europam, amicis meis, inscripsi, eo videlicet exemplo, quo *pericula prima*, quæ nollem lucem viderent; ita scatent mendis Typographicis, nec patientèr à quoquam legi possunt; verum hoc est cum Phrygibus sapere. Tu precor proximâ scriptione mecum communica, si quid novi habes, quid tu, quid cætera doctorum cohors meditetur, quam cessare non decet. Sed jam abrumpo. Vale & salve, mi desideratissime amice, cum tuis. *Dantisci*, die xvi. Januarii stilo Gregoriano

cIↃ. IↃ. XC.

cIↃ. IↃ. xc. properitèr, more meo, ut posthàc accuratius quid expectes.

Tuus tuo merito,

Janus Gruterus.

XXXII.

Joannes Jonstonus G. Camdeno.

S. P. Debet tibi plurimùm nostra Britannia, doctissime Camdene, cujus cum ego pars quantulacumque sim, quî immunis esse queam? Tu eam illustrasti, ornasti ornamentis suis: imo etiam amplificasti diligentiâ tuâ, ut eam non magis majores tui armis, quàm tu stylo tuo auxisse videare. Illi etsi viri illustres omni virtute & de patriâ benè meriti, tamen ea acquisiverunt, quæ latere poterant, & paucis inservire: tua ejusmodi sunt, quæ nec ipsa latere possunt, nec ut illa latere possint, permittunt. Omnibus autem, qua solis & literarum splendor lucet, inserviunt; quibus tu hanc lucidissimam facem prætulisti. Ut dubium sanè sit, an majores tecum de beneficio velint contendere: quibus cum Patria seipsam debere agnoscat, quantum obsecro Camdeno? Ita profectò de eâ meritus es, (audebo dicere) ut tibi plus illa, quàm tu illi debeas. Illius sint maxima ergà te beneficia: tua majora; quo longius latiusque se diffundunt. Scotia nostra ab origine suâ tibi debet, & pænè ipsam originem, in quâ etsi nondum tibi assentior per omnia, lateantque quædam in iis ipsis, quæ promis, dubitationis argumenta: ita tamen sentio, te altè, solertèr, bono magnoque animo ista eruisse. In omnibus incredibilem industriam, solertiam, & acumen quis est omnium, qui non videat? & in rebus obscuris & intricatis quis à quoquam tantum vel rerum vel orationis nitorem exspectarit? Fidem & candorem in gente & erga gentem nostram suspicio & prædico. Quæ de eâ tractas, sine dente & felle tractas: quæ rara virtus (nosti) inter Scriptores nostros; quos aliquis æmulationis (ut sic dicam) æstus an mavis affectus, transversum nonnihil rapit; te verò minimè. Velim tamen altiùs in res nostras te abiisse, vel si amplius lustrare cogitas, in posterum abire. Sed tu memor Græci illius,

ξενὸς ὢν ἀπεράγμων ἴσθι: ſed tales hoſpites & ferret & optaret multos. Rogo te, mi Camdene, quæ occurrunt de noſtris, ea ne ſinas prætervolare: ſerva, ſi nolis tibi, at nobis; ne planè pereant: ſed hortor, ut per te vivant. Sed hæc ipſa mihi obſcura & ignota fuiſſent, niſi Henricus Wottonus juvenis nobiliſſimus, omnique virtute & liberali literatura inſtructiſſimus, è Britannia diſcedens, Britanniam tuam ſecum huc aſportaſſet: quâ mihi oblatâ & perlectâ, ita ſenſi, ut ſcripſi: nec ſatis mihi ſcribere ſenſum meum videor ſine tuâ ſuadâ: quam totam, opinor, tenes. Fateor me ſimul atque legi, in tui admirationem & amorem veniſſe, & nihil magis optaſſe quàm te ſemel coram complecti; & animum meum fusè & confusè effundere. Id quod literis iſtis, quas obſides mei erga te amoris & obſervantiæ mitto, teſtari volui. Quod ſi radium aliquem ad me remiſeris, recreabis & illuſtrabis. Si quid voles, potes per Wottonum mei amantiſſimum, vel rectâ, ad D. Junium, qui hîc hæret. Wottonus abit aliò: & ego, Deo fortunante, Genevam, etſi ea vix ſatis tuta ab hoſte: tamen huc cupiditas videndi & proficiendi fert. Tu vale & vive optimè. *Heidelbergæ* iv. Eidus Aprilis cIↄ. Iↄ. xc.

Joannes Jonſtonus, *Aberdenenſis Scotus.*

XXXIII.

Janus Gruterus G. Camdeno *ſalutem & amorem.*

MEmini me luculentiſſimæ tuæ Epiſtolæ reſpondiſſe xviii. Januarii, incluſeramque adeo amiciſſimi utriuſque noſtrum Domini Vecherly literis. Interim etiam neſcio quid ſcripti exaravi raptim. Quia tamen jam tanto tempore taces, & ſciam recentem amicitiam debere affatim mutua ſcriptione tanquam ſucco vivifico frequentèr irrigari, ſubit vereri, ne meæ tibi venerint ad manus; eo quidem magis, quod & alias meas literas tuis adjunctas nec Londinum, nec Norwichium perveniſſe certò mihi conſtet. Quare bonum facere putavi, ſi eas iterum deſcribi curarem. Etſi enim nullius ſint momenti, gratas nihilominus acceptaſque fore pro tuâ excellenti humanitate ſuſpicor. Hæc nunc ſcribo ſtans pede in uno occupatus rebus, quæ nihil minus ſpirant quam humaniorem literaturam, dum quædam

dam habeo expedienda in Angliam vestram, quæ ad lites nostras hæreditarias propriè spectant. Quia etiam subit suspicio Dominum V. posse alibi peregre profectum esse, has recta ad te ire jussi, ut saltem ne te diutius me amico privem. Ubi significaris locum, ad quem eas deinceps dirigam, securè & prolixe ad te ibo. Interea adnexas Domino V. trades, præstantissimo mehercules viro-juveni, quem cum antea propter amplissimum ingenium & eximias virtutes vehementèr amarem, nunc idem decuplo magis facio, quia is mihi ad optatissimam hanc tuam amicitiam viam & fecit & muniit. Vale mi clarissime & carissime Camdene, & saluta meo nomine præstantissimum virum, Dominum Danielem Rogersium, sed tuis potissimum verbis, hoc est, suadelæ secretiore nectare imbutis: doctrinæ & disciplinarum amantes, quos apud vos ex prædicatione Domini Dousæ restare scio, Alexandrum Noëllum, Hartwellium, Alexandrum Dixonum, Richardum Mulcasterum, & germanos Savillos, si meâ salute valentiores esse jusseris, eisdemque me qualemcunque insinuaveris, & mihi gratissimum feceris, & te dignum. Quid enim? non ambigam, illos ipsos tibi amicos; æquum arbitror eodem vinculo, ut ego iis, quo tu, obliger. Verum jam vale; nam cogor abrumpere. *Dantisci* die xxi. Junii Stilo novo cIↃ. IↃ. xc. properitèr admodum.

XXXIV.

Janus Gruterus G. Camdeno.

S. P. Scriptio tua, cui dies xxiv. Aprilis, ultimo demum Augusti reddita mihi est, præstantissime Camdene, etsi omninò serior, non ideo tamen minus grata aut jucunda. Sanè ne hilum quidem de colore suo vel odore deperdiderat: sed spirabat, quanta quanta erat, maximè ingenuam tenerrimi affectûs auram: candore autem certabat argento atque electro. Quare postulabat fateor illius defæcata elegantia, meusque incomparabilis amor, ut dignè rescriberem. Verum, ne id possim, facit profectiuncula, ad quam jam accinctus sum petasatusque. Malui nihilominus hoc qualecumque exarare quàm nihil; utique nactus præsentaneum hominem, cujus non ita frequens copia. Et non est quod virtutis tuæ & eruditionis præstantiam extenues, mi optime Camdene; quippe opinionem Dousi-

cam non imples tantum, ſed ſuperas. Superabis ſanè facillimè, ſi quo pede cepiſti, pergas, & Britanniæ tuæ ſelectiſſima quæque nobis ejus amatoribus impertiveris. Ego pro Britanniâ tuâ agerem, quas debeo & poſſum, gratias, ſi eam recepiſſem. Nunc tantùm animum tuum, qui ejus mittendi auctor, plane amplector & exoſculor. An exemplar apud vos fortè relictum ſit, an minus rectè curatum, neſcio: quicquid eſt, doleo profecto non levitèr. Etſi enim tandem aliquando fortè ea ad nos venalis importaretur, numquam tamen ita animo meo propriè accepta erit, atque tua; tua inquam, in quâ Typographica errata quin correxeris, nullus ambigo: quæ in aliis exemplaribus non ita proclive erit à veris diſtinguere. Inſubidas verſuum meorum ſtruices quod laudas & æſtimas, næ amori tuo plus debeo quàm judicio. Nam ego quales ſint, plus nimis novi; tales videlicet, in quibus cenſendum nil niſi dantis amor. Doctiſſimos illos probiſſimoſque viros quod ſalutare & meæ amicitiæ adjungere recipis, multum tibi debeo. Eoſdem iteratâ ſalutatione quàm officioſiſſimè ſaniores opto & ſpero. Vale & ſalve, mi omnium humaniſſime Camdene. *Dantiſci*, die viii. Septemb. cIↃ. IↃ. XC.

Tuus omni officio & fide,

Janus Gruterus.

XXXV.

Henricus Blaxtonus G. Camdeno.

FRegit me aliquandiu, Vir amiciſſime, metus infirmitatis meæ, adeo ut ardor ille tui per literas compellandi penè refrixiſſet. Fregit me denuo tua authoritas, & qui antè deferbuerat, ſcribendi ardor, idem, poſtquam novus candoris tui radius affulſit, excanduit quodammodo, & novâ acceſſione eſt locupletatus. Vicit etenim me nuper crebra de me in tuis literis facta mentio, eaque tua humanitas, quæ modum neſcit, modum tamen ſtatuit taciturnitati meæ. Obſequere ergò naturæ tuæ, ut quæ mihi aditum fecit ad gratiam, ea tua humanitas ſpem mihi faciat ad impunitatem. Incredibili voluptatis ſenſu me perfudit ſingularis amor non vulgaris ſpei generoſi Domini

Domini Ægidii Alingtoni, quem ad amicitiam cum homine de infima literatorum plebe jucundam etsi divina sua indoles traxit, initam tamen inter nos ea, quam tu egregiam præstitisti, opera arctius contraxit, ita ut qui neutram vestri gratiam percipere possim cum fructu retributionis, utrâque tamen fruar cum sensu immortalitatis. Ad quam immortalitatis speciem cum & natura vestra vos affabre effinxerit, & voluntas assiduè exerceat, venia mihi erit, si vos, quibus pro vestris in me meritis pares numero gratias nequeam reponere, vos id vestrâ gratiâ meritos in immortalium numero reponam. Illi brutam terram salutari imbre alunt, vosque hominem terrestrem in rore benignitatis vestræ utrique virtutis vestræ præmia, quæ non invenitis, contemnitis, utrique beneficentiæ vestræ testes, quos ipsi fecistis, beneficiis ornatis. Quocirca multum tibi debeo, mi Camdene, cujus aspectu perpetuum mihi in literis ver adfuturum spondeo, multum Ægidio meo, sub cujus Ægide diuturnum mihi in crescendo Favonium polliceor, multum denique utrique vestrum, quorum opera crevisse, virtuti atque laudi succrevisse me nunquam pœnitebit. Vale. De Clavio num auctior in Euclidem prodierit ex te scire aveo; quæ me in Plauto fœlicitèr expediant adhuc requiro; in Martiale hæreo; rem Mathematicam urgere non desisto. Certum in hisce omnibus errandi periculum mihi impenderet, nisi ex tuâ limâ totus penderem. Vale iterum, & me tuis literis beare perge. E Collegio Sanctæ Trinitatis Cantabrigiæ 1590. 7. Kal, Decembris.

Tuus ex animo & interiore corpore,

Henricus Blaxton.

XXXVI.

Abrahamus Ortelius G. Camdeno.

SP. Tabulam à me missam, ornatissime Camdene, tibi gratam accepisse libens intellexi. Si Commentariolus M. Velseri, qui ad hanc scriptus, hic venalis exstaret, apud te etiam esset. At nusquam hactenus apud nos visus publicè. Ego ante triduum accepi ejus exemplar ab ipso Auctore dono. Et ut etiam tu habeas, dedi J. Woudnellio Bibliopolæ

Bibliopolæ vestro (qui hinc ad nundinas proficiscitur Francofordianas) mandatum, ut tibi inde exemplar adferat. Nam, aut valdè fallor, erunt ibidem hoc tempore venalia. Quod si non, meum legendum tunc ad te transmitti curabo, lubens merito. Interim vale, & me, ut facis, ama. *Antuerpiæ* 20 Martii, nostro Stylo novo 1591.

Tuus ut solet,

Ab. Ortelius.

XXXVII.

Janus Dousa *filius* G. Camdeno.

MEmini te, mi Camdene, ante pauculos annos carmen à Patre in Britanniam tuam petiisse, quod cum illi tum præstare per otium non liceret, me sibi velut succenturiatum adsciverat. Neque officio meo defui, quod in me fuit, scripsique statim Epigramma quoddam misique; sed ad manus tuas id non pervenisse facilè suspicor; quod si ita est, nihil damni fecisti, erat enim rude, laxum, incompositum, miniméque tam luculento opere dignum. Idipsum tamen rursus tibi mitto, malens, ut elegantiam in carmine, quàm officium in amicitiâ nostrâ desiderares. Pater salutat te quàm officiosissimè, gratiasque maximas agit pro transmissis toties exemplaribus Britanniæ tuæ. Raptim. *Lugduni Batavorum* pridie Kal. Septembris, cIɔ. Iɔ. xci.

In Britanniam G. Camdeni Jani Dousæ filii Epigramma.

INsula Romanis ignota Britannia primùm
  Detecta est magni Cæsaris auspiciis;
Tu vero quinam fuerint, Camdene, Britanni,
  In lucem spissis eruis è tenebris.
Laus communis utrique; sed & major tibi laude
  Cæsaris, imo ipso Cæsare, surgit honos.
Marte hic, tu ingenio rimatus es omnia & arte:
  Sed neque laus soli convenit illa Duci.

Partem

Partem etenim bona fors, partem quoque militis ardor,
Quæ supereſt, partem, maxime Cæſar, habes.
At tibi de Patriæ quæ gentis origine caſcâ
Ceditur, inventi gloria tota tui eſt.

XXXVIII.

Janus Gruterus G. Camdeno

S. P. Virorum optime, amicorum indulgentiſſime. Scelus meum ſit, niſi occaſione ſaltem nundinarum te adeam alatis verbis, vel ideo ne perdam conſuetudinem. Si vales, benè valeo. Eſtque animus mihi intra annum alterum dare Inſcriptionum editionem. Ei ſi quid adhuc adferre potes præter ea, quæ jam exſtant in incomparabili tuâ Britanniâ, haud invidebis ſcio. Idem mihi polliceor de muſis ac gratiis D. Wottoni & D. Cottoni, quos uti à me officioſiſſimè ſalutes plurimum, te, mi Domine, quæſo obſecroque. Quod ſi etiam per occaſiones officia mea inſinuaveris non novo amico ſed plurium annorum, h. e. notæ melioris, D. Savilio, & D. Thomſono, erit id animo meo oppidò gratum. Interim vota facio Deo opt. max. pro veſtrâ omnium ſingulorumque ſalute, talis ſcilicet diu diuque perſeveret, qualem quiſque ſibi ex animi ſententiâ optat. Valete itaque & ſalvete, viri eximii,

xiv. Aprilis, M. Iↄ. xcii. Francfurt. verè ex tempore.

à cultore veſtro,

Jano Grutero.

XXXIX.

Joannes Dee G. Camdeno.

Worſhipful Sir,

I Have here returned your Scholar unto your juriſdiction, beſeeching you to ſhew your charitable affection toward him. Of

your

your great skill and faithful industry in your Function, it is most certain, to your great credit and merit. Of the wonderful diversity of childrens dispositions much you can say by experience: but of mine, this *Arthur*, I am to request you to conceive at my hand, that he is of an exceeding great and haughty mind, naturally ready to revenge rashly. The natural inclination is to me evident, as who hath ☉ in *Horoscopo* and ♂ in *Corde Leonis*. *Dictum sapienti sat esto*: for *vestrâ curaturâ* you may alter this natural Courage to true Fortitude, and not to frail rash fancies. *Socrates* did overcome by Grace Divine and his industry his untowardness, signified by the Art Physiognomical. You know the History. These spiritual Grammatical Concords of good manners I have spent care, that all my imps may be instructed in, to the more apt and skilful serving of our Creator.——God bless your Worship, and prosper you in all and ever.

Your true and faithful well-wisher,

May 22. 1592.

John Dee.

XL.

Paulus G. *F. P. N.* Merula *clarissimo viro* Gulielmo Camdeno *salutem dico plurimam.*

Usus sum in nostrâ Academiâ, vir clarissime, arctissimâ familiaritate & consuetudine trium vestræ regionis nobilium, Joannis Davis, Gulielmi Hetenrode, & Richardi Martini. Illis, qui meus mos, meusque erga exteros animus, Aristo-democraticum Reipublicæ nostræ, quæ homini Politico non planè ignoranda, aperui statum, qui hodie, tam in Politiâ conservandâ, quam in administrandâ nostrarum regionum incolis justitiâ. Persuadebant enim sibi me in utroque aliquid scire, cum de priore membro scripta quædam methodicè concepta apud me servarem, de posteriore verô nonnulla in lucem emisissem, & nostratium (nostrâ enim linguâ pleraque scripta) judiciis exposuissem. Sic sæpe, nescio quo mei amore invitati, quâve opinione tracti, falluntur amici, qui meis viribus majora à me flagitant. Sanè huic nobili trium virorum collegio, quantum

tum in me fuit, & per breve admodum tempus, quo invicem innotuimus, licuit, deesse nolui. Illi hinc in patriam redeuntes hoc amplius voluerunt, ut ad te literarum quid darem. Exigunt, ego facilis & hic parui, audita præcipuè tuâ erga nostrum ordinem humanitate: si quid peccatum, non meæ temeritati, sed tuorum isthæc instigationi imputa. Saltem pauca hæc, quibus te occupatiorem forte in seriis negotiis obtundo, boni consule, & quod lubens fecisti Lipsio, Dousæ, Tunningo, aliisque, & Merulæ tuo amicitiæ fores, imo penetralia, aperi. Utque studiosis hic sum in docendi munere Lipsius; sic tibi sim in amicorum matriculâ & amoris par. Discessit, quod scis, Lipsius hinc, utinam cum suâ laude, per Germaniam Lovanium, ubi historias profitetur, stipendio iↃc. florenorum, modico præ quod à nostris Ordinibus illi adnumerabatur. Aiunt vocatum à magno Etruriæ Duce, & cogitare eò, si annuat conjux. Quodsi initio fecisset, solidiùs multo & meliùs fuisset ejus famæ & honori consultum. Res nostræ publicæ sunt in satis tranquillo & felici loco: aliquot hoc anno hosti à nostro milite adempta oppida, quæ Frisiis cum infesto & prædante præsidio imminebant. Hæc ex tuorum relatu certiùs accipies, quàm à meâ manu; fuerunt illi in castris, & viderunt, quam felicitèr revocata sit antiqua illa & severa disciplina militaris. In Galliis omnia dubia. Hispanus Gallum cunctando frangit & circumducendo. His paucis vale, vir clarissime, & tuum Merulam mutuitèr ama. Raptim. *Lugduni Batavorum* ex a. d. xi. Kalend. Novembris ciↄ. iↄ. xcii.

Edam brevi Annales Q. Ennii, quos excusos cum meis notis quam primùm ad te transmittam. Has interim literas, tanquam mei in te amoris symbolam, accipe. Si quid tuo hic nomine, vir clarissime, possum, jube, effectum dabo cum diligentiâ & fide.

XLI.

Joannes Casus G. Camdeno.

SIdus bonarum literarum, doctissime Camdene, postquam accepi à Cottono tuo, dignissimo viro, te morbo periculosè laborare, illicò perculsus animo, ut pars tui, idem quasi vulnus &

 dolorem

dolorem sensi: nam quamvis inter nos haud magna intercessit familiaritas & consuetudo, cum tamen eadem mater utrumque peperit, aluit, educavit, natura suadet, ut fratres, Minerva jubet, ut amici simus. Quemadmodum ergo si chordam unius instrumenti tangas, aliam consonam alterius instrumenti moveri videas, ita quidem est idem ferè sensus & mirabilis quasi concentus inter eos, qui sese mutuò propter virtutem diligunt. Compatior ergo tecum, mi suavissime Camdene, & quantum sanitatis ardor febris à tuo corpore detrahit, tantum à me animo conceptus dolor auferet quietis, donec à tyrannide morbi te liberum & immunem audiam. Scio equidem, vir prudens, non deesse Æsculapios, qui & possunt & volunt oracula medicinæ consulere, tibique omnia alexipharmaca, quibus acquiri potest sanitas tua, oportunè adhibere. Verum enim vero cum mater hæc tua & mea, Oxonium intelligo, cum Anglia, dulcissima utriusque Patria, præmaturâ tuâ morte aut diuturno morbo magnum naufragium facerent, en fratres fratri, & medici & amici viro amicissimo & doctissimo opem, artem, consilium, si opus sit, offerimus: sin verò, quod maximè in votis & optatis est, morbus vires suas amiserit, una omnes & singuli tibi pristinam sanitatem ex animo congratulamur. Raptim. Vale. viii. Novemb. 1592.

Virtutum tuarum studiosissimus,

Jo. Casus.

XLII.

D. J. Stradlingo G. Camdenus.

IGnosce, clarissime Stradlinge, si longis & amantissimis tuis literis pauculis respondero; ut plura scribam, tua humanitas, tua benevolentia & muneris magnitudo suo quasi jure exigunt: sed Tribunitia potestate intercedunt jam negotia. Amorem tuum amo, etsi in judicio de me planè cæcutiat. Benevolentiam exosculor, & antiqua illa Romanorum numismata beneficium tuum gratissimo animo prosequor: plurimi enim suo pretio, sed longè pluris tuo munere & voluntate æstimo. Utinam aliquando remunerandi facultas con-

concedatur. Te in rebus tam obscuris tam Linceum & perspicacem esse non possum non admirari, præsertim cum optimorum Historicorum libris destitutus, & in his studiis jam primum versatus videaris. Fœlicissimè sanè veritatem in plerisque omnibus eruisti, conjecturisque tuis ipsa veritas ubique ferè ancillatur. Liceat tamen pro nostro inter nos amore hæc liberiùs admonere. In Valeriani nummo legendum est, *Imperator Cæsar Publius Licinius Valerianus Pius Felix Augustus*. C. post Imper. denotat Imperator Cæsar. P. F. ante Aug. Pius Felix Augustus. Qui titulus honorarius cœpit sub Gordianis. M. Aur. est Marcus Aurelius. Publ. Pinesus Tetricus fuit Pater. Cajus Pinesus Tetricus, Filius. Marii jam primum numisma vidi. Hunc ex fabro ferrario ad imperium evectum, statimque à milite quondam operario suo interfectum, triduo tantum regnasse scribit Trebellius Pollio in triginta Tyrannis. Miror nummos signasse, cùm triduum tantum imperaret, cum nulla ejus numismata in Galliâ & Italiâ eruuntur. Imperium in hac insulâ usurpasse conjectarim, & eundem ipsum esse, in cujus memoriam lapis olim visebatur Carleoli in Cumberlandiâ, *Marii Victoriæ* inscriptus: de quo in meâ Britanniâ. Quod in aversâ ejus nummi legitur, *Militum* substituenda est *concordia:* ejusmodi enim inscriptionem vidi cum dextris conjunctis in nummo Severi. *Sevelina* Augusta quænam fuerit, planè me latet, *Severinam* Aureliani conjugem fuisse alicubi legi. De inscriptionibus illis, quas à Bathoniâ accepisti, gratias habeo: sed in postrema editione Britanniæ meæ ante tres annos fuerunt insertæ, & jam quarta apparatur editio. Vale, vir optime, & mihi tumultuariæ hujus epistolæ veniam deprecetur tua humanitas. Clarissimum & eruditissimum virum D. Joannem David mihi officiosissimè saluta:

Westmonasterii 13 Februarii 1593.

Qui verè tuus, & totus tuus,

Gulielmus Camdenus.

XLIII.

David Chytræus G. Camdeno.

S. D. Magnifice & ornatissime vir, Patrone colende. οὐκ ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον οὔτε μελίσσαις ἄνθεα, quàm mihi gratæ & suaves tuæ literæ, superiori anno ad me datæ, fuerunt, in quarum exordio, cum pagellarum de ratione studiorum rectè instituenda mearum, quæ tibi puero olim præluxerint, mentionem facias, eundem libellum interea renatum huic epistolæ adjunxi, si forte tuo filio vel alteri deinceps usui esse posset. Halcyonios dies, quos Diva vestra Elisabetha, instar solis, sapientiæ, justitiæ, & fælicitatis suæ radios in toto regno spargens, vobis illucescere facit, diuturnos vòbis & perpetuos lucere ex animo opto. De Candisho vestro, quem superiori anno per fretum Magelanicum in Chinam navigationem instituisse scribis, an fœlicitèr confecto cursu redierit, & an non historicæ itinerum notationes de exploratis ab illo terris, portubus, regionibus, hominibus exstent, quæso ut me docere digneris. In Balthico hoc litore omnia Dei beneficio mediocritèr tranquilla sunt. Christianus IV. Daniæ Rex, adolescens 17. ætatis annum ingressus, sequenti anno coronam regni accipiet. Defuncto Sueciæ regi Joanni, filius Sigismundus Poloniæ Rex succedet, nunc Comitia cum Polonis celebrat, nec ante Septembrem appulsurus in Sueciam existimatur. Turcici belli rumores in Germaniam paulatim consilescunt, & pacem certam sperari Pragâ scribitur, si occupata Turcis in Croatiâ Imperator relinquat, & tributum annuum deinceps fidelitèr solvat. Quam verò turpe est, Imperatorem orbis Christiani supplicem fieri, & tributum pendere Turcico tyranno, hosti Christi, & vastatori orbis terrarum, & veræ pietatis ac disciplinæ eversori? Deus nos regat & servet. Benè vale pridie Jan. anno 1593.

David Chytræus.

XLIV. Tobias

XLIV.

Tobias Matthæus G. Camdeno.

S. P. in Dom. Jesu.

SIR, Albeit I am as glad of your preferment to that Schoolmaster-ship (which you have deserved so long before you had, and ten times more than that) as any friend you have: so shall I be more willing to hear of your better advancement according to your merit, and wish I were one of those that might further you therein; of whom you are assured, that no speech or writing in your behalf should ever fail you. But, God be thanked, you have many better and greater means: howbeit, my love and good will is never the less.

I did once see in Dr. *Wood*'s Study in *Westminster* a Work in two or three volumes in folio, which I did for a few days borrow of him, and would very gladly get the like, if it were possible. But I have forgotten the Author's name: only this I remember, it was a mix'd work of Divinity and Law Canon and Civil, somewhat as it were Common-place-wise, which in these parts upon occasion may do me much ease, and stand me in great stead. If either the Doctor, my good friend, would do me the favour to let me have them for my money; or you could procure them for me at any other hand, I should think my self greatly beholden.

To good Mr. Dean, and all such my very good friends of that Church and Chapiter as you think I am acquainted with, I pray you make my hearty commendations. And so I betake you to the grace of God. From *Duresme* 22. April 1594.

Your very loving friend,

Tobie Matthew.

XLV. *V. Cl.*

XLVI.

V. Cl. G. Camdeno Richardus Thomſon.

MItto ergo, ut convenerat, Vir Cl. pulicem Scaligeri, ovum Simmiæ ſive Theocriti, alia quæ potui: plura miſſurus, ubi res meæ omnes compoſitæ; nam modo mera mapalia: Tu quæſo, quæ tua eſt humanitas, boni conſules. Cæterum de Britanniâ tuâ & literis ad Scaligerum, ut promiſiſti, facito. Nihil ſcio ſanè, quod ex totâ hac noſtrâ Angliâ gratius Semoni iſti accidere poſſit, quàm ſi intelligat amari ſe abs te viro clariſſimo, idque eo magis, quo pluris ille te facit. Quare ita rem inſtituas velim. Exemplum doctiſſimi ſcripti tui & literas apud Signor Aſcanio Renialmes depone, ad quem ego miſſurus ſum omnia illa, quæ Scaliger ex Angliâ mitti voluit, uti ſimul omnia transferantur. Et tamen de Saxonico illo libro nihil inaudio. Deſcripſit illum mihi Scaliger ſatis ambiguè, imagine Regis Anglo-Saxonis, quam aut præfixam aut inſertam olim viderat. Amabo te V. Cl. ſi noſti, cura habeam; nam de pecuniâ bonâ inter nos & benè agetur. Statui enim, niſi quid impediat, ſtatim à Comitiis ad vos venire: & præſentem te præſens amplecti, quem ſanè ſolum in Angliâ Apollinem poſitis aris veneror. Cæterum hoc ſcibis proximè: interim non eſt quod reſcribas. Vale, vir clariſſime, doctiſſime, & humaniſſime, & vive, me ama, ego te dum ero. *Cantabrigiæ* Kal. Jul. anni cIↃ. IↃ. xciv. Salutem aſcribi ſuo nomine plurimam Allibaſter juſſit.

XLVI.

Gulielmo Camdeno *ſuo* J. Stradlingus.

BRitanniam noſtram (politiſſime Camdene) poſt Germanicam editionem quartò adauctam & expolitam vehementèr lætor, libenſq; video: ubi nummos antiquos Romano-Donatæos omni æruginis metu & invidiâ à te liberatos cerno: eoque nomine Donato noſtro pariter

pariter ac tibi gratulor. Et quanquam hoc tempore tibi minimè molestus esse velim, ut maximè tamen sim, vereor. Ex quo enim primum mihi tecum per literas intercessit necessitudo, nescio quonam meo fato, an tuo, factum est, ut valles, montes, & fontes etiam mecum in tui gravamen conjurarint. Nam postquam ad te nummos illos Romanos æreos tractu hoc maritimo erutos miseram; ecce carbonarius quidam (fortuna, cur nobis talia invides?) dum in montanis nostris carbonariam in usum ferri excoquendi fodit, ollam invenit Imperatoris Romani nummo argenteo refertam. Gallus ille gallinaceus granum hordei, atque hic noster Plutonis socius carbones, maluisset. Quâ ratione ille distraxerit, adhuc incertum est. Quippe hominem ego nullo pacto convenire possum: ita lucem meticulosus fugit. Egit verò cum aliquibus Pater familias noster, Eques insignis, Dominus Edwardus Stradlingus, qui illum adirent, videret an quovis pretio posset monumentum illud redimere: at ille, umbra hominis, nobis nusquam apparet. Solummodo sex diversorum Imperatorum figuras perpulchras admodum difficultèr hinc illinc Eques nactus est: speramus alias, è quibus tibi gratam rem facere perlibentèr velim. Quæ reperta erant numismata, ad pondus quinque Marcas (ut loquuntur) argenti nostri adæquasse audio. Ex quibus nos habemus *Domit.* (Domitium Neronem credimus; est enim alius à Domitiano) *Vespasianum*, duos ejus filios, *Titum & Domitianum*, *Trajanum* insuper, & *Antoninum Pium*. Horum omnium effigies vivæ & immaculatæ; quas brevi spero post natalitia Domini tibi ostendam. Interea ne pigeat eorum titulos infra scriptos percurrere. Ubi mihi novum est, quod in Titi & Domitiani nummis ordo dictionum inversus omnino est, contra quàm in cæteris quos vidi omnibus. Sed de his satis superque. Nunc ad fontem sermonis nostri rivulos derivemus: siquidem res tuo judicio non indigna videtur. De quo cum aliqui scripserint, atque ad unum omnes nostrates circumcirca idem loquantur: quæ Musa nostra (inter alia) symphoniacè succinit, auribus percipere ne dedigneris.

Te Nova Villa fremens, odioso murmure Nympha
Inclamat Sabrina: soloque inimica propinquo
Evomit infestas ructu violentèr arenas.
Damna pari sentit vicinia sorte: sed illa
Fonticulum causata tuum, quem virgo, legendo
Littus, ad amplexus vocitat: latet ille vocatus

Antro, & luctatur contra. Namque æſtus utrique eſt
Continuo motu refluus, tamen ordine diſpar.
Nympha fluit propius; Fons defluit. Illa recedit,
Iſte redit. Sic livor ineſt & pugna perennis.

Hæc non ad aniles fabellas ſtabiliendas (quas odi odio Vatiniano) multo minus ad inanem ſpeciem (quid enim conſarcinatam pallulam oſtentet mendiculus?) ſed ad veri fidem adſtruendam ſcribo. Fons abhinc abeſt quinque milliaribus ad *Novam villam*, oppidulum ab occiduâ ripâ *Ogmor* fluvii, à Sabriniano littore centum ferè paſſus, in planitie arenoſâ. Lympha nitidiſſima non eſt, ſed ſatis pura, & uſui apta: nunquam ſcaturit, ſed deſcenditur in puteum nonnullis gradibus. In refluxu maris (æſtivo tempore) vix diſco aquam colligas; cum mox defluente freto eandem hauſtro capaci benè haurias. Inſtabilitas itidem hyeme manet: ſed longè minus apparet, propter adventitias deſuper ab imbribus & aliunde aquarum venas. Hæc mihi ex indigenis complures fide digni confidentèr aſſeverant. Atenim dum famam, avem ſæpe garrulam, malè metuerem, ad ſacras aquas ſemel atque iterum me nuper contuli; (modò enim animum invaſerat deſiderium hoc ad te ſcribendi.) Ubi primum ventum eſt ad locum, omnia luſtrans & perluſtrans, tertiam horæ partem illic commoratus (æſtuante Sabrinâ nec quoquam ad hauriendum accedente) aqua defecit circa tres pollices. Diſcedo. Non ita multo poſt reverſus, creviſſe uno pede altius deprehendo. Fontis autem orbis inferior intra parietes propemodum ſex pedes latus eſt. Sic elemento iſti frigido uſque ad mitiora anni tempora valedico; quando (favente Deo) excutiam ſubtilius omnes hydræ argutias; quoad effectus, inquam; nam de cauſis Stagirites ille, ſi reviviſceret, incertus, ſe præcipitem credo in puteum daret. Motus enim inſtabilis & ſuſpiciendus proculdubio ineſt; quo facilius Giraldo de fonte apud Dimetas fidem habeamus. Duplicem iſtam narratiunculam à nobis utcumque accepiſti. Jam pro Corollario habe tibi alterum par: ſi diſparilitas ineſt, ipſe videris: per me diſpereat licet. Non poſſum tamen hic cum Stoicis non παραδόξως loqui, ut qui ſemel lineas tranſilierim, poſtillà quouſque progrediar parum referre arbitrer; forſitan è re tuâ fuerit ἀντιδοξάζειν. Omnino in profundum, quod jam trajecturus ſum, timidè & contractis velis navigium immitto. Quid enim ego incautus adoleſcens, qui venerandæ antiquitati nondum litarim, ac vix ſacris interfuerim (maximè cupio) de ejuſdem arcanis

verba

verba apud te faciam? liceat tamen, pace tuâ, alterius conjecturam interponere verisimilem & rationibus nixam. In quâ si erratur, profectò cum ratione erratur, quod humanum est. De *Bonio* judicium tuum expendens Eques ille noster, ad *Boniarton* (*Boniumton* audaculus legerem) modò oppidulum animum adjecit; Nomen pervetustum apprimè consentiens; distantia ab Iscâ & Nido ipsissima est. Loco deest auctoritas tantum, quam ut adstruamus, hoc opus, hic labor est. *Lantwit* ferè contigua, frequens & populosa est. Ædificiorum præterea complurium fundamenta ostendit, vicos habuit antiquitùs divisos, inter quos maximè memoratur *Colbuestreate* ad portum ducens. Nundinas item duas annuatim, duosque dies mercatorios quavís hebdomada ante annos aliquot habuisse, Senescallus Comitis Penbrochiæ Domini ibidem è chartis antiquis mihi fidem fecit. Adhæc, portu satis commodo avorum memoriâ floruit. Conveni ipse homines grandævos spectatæ probitatis & fidei, qui navem frumento onustam ad ostium rivuli *Colbue* inter duos colles tutissimè religatam conspexerant. Hæc, inquies, de *Lantwit*, quid ad *Bonium?* Ausculta paucis. Quæ *Lhaniltid* ab *Iltido* sancto viro plus quingentis retro annis dici cœpit, unam eandemque cum *Bonio* nostrâ fuisse veritas ipsa suadet. Unum enim constituunt oppidum, unumque Dominium limitaneum (*Lordship mercher*) quod Dominium de *Boniarton* & *Lantwit* vocitatur. *Bonii* nomen illo altero antiquius & dignius semper fuisse è comperto est. Habuit etiam jura regalia Boniarton: Victor ille Fitz-Haymo inter membra dominii Glamorganiæ sibi reservavit. Sunt & fossæ in collis apice ad portum illum, quas *Castle-dikes* vocant; si Romanorum opus fuerint, quod nonnulli contendunt, à nobis stat. Verùm mihi non elucet in illis Romanorum majestas, existimem potius ab Indigenis contra Glyndoris rabiem loco tutissimo exantlatas. Postremò ut nostrâ hæc *Boniumton* Antoniniano ab Isca & Nido intervallo distet, aut certè ad rem præsentem spectat, aut fatale quiddam est, quod mihi probabilem fucum faciat. Quo minùs me-tuo, ne Apelles noster nos ad crepidam remittas. Neque enim unquam dubitavi, quin in veri vestigandi studio judicii libertas quædam (præsertim Camdeno judice) concedatur. Habes Hecatomben nostram ante aras *venerandæ antiquitatis*, tu Augur exta consule. Si nobis cana mater infensior non sit, nec sacris in posterum interdicat, omen minimè displicebit. Cautior posthæc atque circumspectior, fœliciter initiatus, ipsi devovebo. Ad extremum liceat te admonere, quod si in Britanniâ peragrandâ, paulò antequam à Glamorganiâ

H nostrâ

noſtrâ ad Dimetas tranſis, inter juniores fratres, qui illic è ſobole duodecim Equitum ſuperſunt, unâ cum Turbervillis Flemingos etiam nominaſſes, non iniquè feciſſes. Numeroſi enim ſunt ex legitimo ſemine; quorum duo melioris notæ: atque ex hiis præcipuus *Flemingeſton* (contractius *Flimſton*) viculum, prædium etiamnum ſibi hæreditarium, ſuo nomine nonnullis retro ſeculis inſignivit. Hæc ſunt otii noſtri negotia, mi Camdene. Quæ ſi forte inutile tibi negotium faceſſunt, procul faceſſant. Nihil jam reſtat, niſi ut à Stradlingo tuo iterum atque iterum ſalutatus, fauſtè atque fæliciter valeas. E caſtro ſancti Donati, poſtridie Idus Novembris 1594.

Tuus uſque ad aras,
Joannes Stradlingus.

XLVII.

Paulus *G. F. P. N.* Merula *clariſſimo viro* Gulielmo Camdeno *ſalutem dico.*

EManuele Demetrio, viro, qui ab rerum Belgicarum cognitione inſtructiſſimus, familiariter admodum hîc ſum uſus. Meretur viri candor, meretur eruditio. Ab his talibus utinam ſæpe tetriciores Muſæ & graviora ſtudia interpellarentur; alacriùs ſanè & majorè cum fructu ad officium refocillatæ redirent. Totus ſum in concinnando centum annorum ſynchroniſmo ab anno CIↃ. IↃ. quo natus Karolus V. ad hæc uſque tempora, advocatis & adnotatis omnibus, quæ variis in Regnis & Provinciis geſta. Fundamentum firmiſſimum dabunt, præter alia, Ephemerides Karoli V. Imperatoris, conſcriptæ ab magno viro, qui Karolum ab anno ætatis ejus XIV. uſque ad LII. paſſim ſequutus, indicatis ad ſingulos dies, non modo quæ majoris momenti, ſed minutiſſimis quibuſque. Iſti operi ornando, augendo, infinita undique conquiro. Tu, vir magne, ſi quid tuum Merulam in rebus veſtræ gentis, præcipuè quæ poſteriorum temporum, juvare potes, quæſo juva. Invenies hominem etiam minimi beneficii maximè memorem. Hanc Chronologiam vel Synchroniſmum ſequentur Annales Belgici, in quibus quæ ad Belgas, & quibus etiam nunc immane quantum volvimur, tumultuum undæ clariùs

rius depingentur. Lipsii nostri militiam vidisti, scio, opus, si quid in me judicii, verè Lipsianum, accuratissimæ limæ. Prodit hisce, nundinis Casauboni Suetonius, quanti futurus, alia summi viri scripta jam loquuntur. Tardiores sunt operæ in procudendo Scaligero de Emendatione temporum. Vidi exemplar, quod impressori datum; Dii boni, quam omnia mutata! nihil non ibi novum. Franciscus noster Junius cogitat Tertulliani editionem; alii alia: sic ubique hîc sudatur illustrandæ rei literariæ. Celtarum Rex suam in gratiam recepit, dilectus jam audit filius à Pontifice; & ferè est, ut magnorum Regum animi coierint. Aiunt enim venire, & jam in Sabaudiam venisse nunciatur princeps ille, qui quondam raptus Lovanio, decretâ illi Præfecturâ Hollandiæ, Zelandiæ, Ultrajecti. Quantam dabunt mutationem varia potentiorum stratagemata? Videat vestra, videant nostrates, ne quid (quod senatus ille Romanus in summo discrimine mandare solitus Consulibus) Respublica detrimenti capiat. Nostra res agitur, sed dabit Deus his quoque finem: Ille, si bonum, si salutare nobis, averruncabit pravorum consilia. Commentarius meus ad Ennium, quod gratus tibi, gaudeo. Sic enim mihi scribit vestras ille nobilis, cui ad te perferendum dederam. Vale vir magne. vii. Eid. Novembris cIɔ. Iɔ. xcv.

XLVII.

Andreas Velleius G. Camdeno.

S. Popularis & affinis meus Lugonius Rip. mi Camdene, aliquot suis literis me ursit, ut tibi scriberem. At quid noto ignote? notum te mihi tua Britannia, tibi quid me faciat penè ignoro; nisi quod in illâ mei nominis reperiam mentionem honorificam. Credo optimi viri Danielis Rogersii relatu. Doleo parcas Angliæ eum diutius invidisse. Legi atque relegi tuam Britanniam, & ut te nihil celem, notavi in ea quædam. Misissem jam ad te quæsita non pauca; sed veniam prius impetrare fas; ferenda tamen ventis & undis primo vere ad te committam. Id te avere pro tua humanitate autumo. Si votis possem, alloquerer coram. Quis novit? Erit forte occasio tui ad nos publico nomine legandi: sin secus, scriptione adimpleto. Tenuit me multis annis terræ vestræ desiderium. Impedit ætas, quod

ſuadet antiquarius. Facis in Britanniâ veſtrâ mentionem Comitum Orcadicorum & Monaviæ: obſecro ejus exemplum communices. Habeo ego eorumdem telam prolixiorem tuâ ex Norwegicâ Hiſtoriâ tranſlatam. Scribendo tui creſcit deſiderium: cogito ſi nos binos Collegas haberet Anglia, haberet brevi hiſtoriam ſuam novâ methodo, quam reperi, abſolutam, cui nullum Europæ regnum parem: ſed quò amens provehor? Vale, vale, vale, mi Camdene, & ignoſce audaciæ ferventi. Ripis Phunduſiorum 17 Kal. Novembris 1596.

Andreas Velleius.

XLIX.

Iſaacus Caſaubonus G. Camdeno.

NON Anglos ſolùm tuos, vir doctiſſime, opere illo tuo ſemper victuro tibi obſtrinxiſti, ſed omnes, quotquot ubique ſunt veteris hiſtoriæ amantes & cupidi. In queis cum ego nomen profiteor meum, perſuaſum velim habeas, ut literarum, ſic tui, qui tantum in literis potes, ſtudioſiſſimum me eſſe. Omnia in tuis ſcriptis mirificè mihi placent, ingenium, diligentia, eruditio, & quod ſuper omnia eſt, judicium. Ut ſcias me non temerè & πρὸς τὴν σὴν χάριν hæc ſcribere, ſed planè ἀφελῶς & ex animi ſententiâ, indicabo tibi, quod mihi aliquando venit in mentem tecum loquenti, hoc eſt, librum tuum legenti. Scribis enim Britanniam dictam à *Brith* & *tania*. *Taniam* eſſe Græcis terram, regionem. Profers autoritatem Gloſſariorum: quibus equidem ſine locuplete teſte fidem arbitrabor nunquam. Aut igitur doceat me aliquis, τανίαν apud ſcriptorem aliquem eâ notione poſitum; aut mihi accredat, eam vocem non eſſe, nec quicquam ſignificare. Non dubito autem fingendæ illi præbuiſſe occaſionem dictionem ταινία, quæ eſt, quando ponitur pro terræ lingulâ vel orâ. Eam memini aliquoties apud Strabonem & alios etiam offendiſſe ſcriptam depravatè. Inde origo figmenti & ſomnii ejus, qui primus in Lexicon ſuum τὸ τανία annotavit. In eodem ſermone quod ais præcisè adeò, tria ſola, præter Britanniam majorem, regionum nomina, quæ in *Tania* terminentur, reperiri, *Mauritaniam*, *Luſitaniam*, *Aquitaniam*; cauſam non video, cur *Capetaniam* & *Occitaniam* omiſeris.

omiseris. Hæc & pauca id genus alia annotabam, dum eximium illud opus percurro: quæ etsi levia sint, tamen ut de iis te consulerem, pervicit amicissimi doctissimique & tui studiosissimi viri Richardi Thomsonis hortatio. Is mihi in sermonibus sæpius affirmavit, fore tibi pergratum, si de communibus studiis tecum per literas conferrem. Ut illi deinceps constet apud me fides, in te nunc situm. Ita enim intelligam gratas tibi meas fuisse, si pari munere me redhostieris, & meorum errorum monueris. Sic mihi quicquid opto contingat, ut hoc gratius facere nihil mihi potes. Vale, vir doctissime. *Genevæ* Non. Nov. CIƆ. IƆ. XCVI.

L.

Pancratius Castricomius G. Camdeno.

DIU est, doctissime Camdene, quod hoc audaciæ an temeritatis dicam nescio præsumere statuerim, ut te virum cum omnium literarum, tum patriarum antiquitatum, hoc seculo rarum, callentissimum meis ineptis literis interpellarem, cum ut animum gratum ex tuâ Britanniâ aliquo modo eruditiorem factum, tum tuæ humanitati humanissimisque studiis benevolentissimum ostenderem. Sed obstitit semper nimia imbecillitas, ex eaque credo perpetuus pudor, quæ cum alia, tum maximè perfringere fecêre immensum illud rerum omnium naturalium penus D. Bernardus Paludanus, qui me superioribus annis Enchusanæ urbis Syndicum, non credas juranti, quàm sæpe suavissimâ tui nominis mentione refecerit, indeque qui pridem colloquio (nam famâ ante multos annos) se mihi familiarem præstitit, D. Emanuel Demetrius, magnum nostræ historiæ lumen. Horum monitu atque hortatu victus, non potui, quin tandem frontem mihi perfricarem, tuæque quod spero amicitiæ insinuarem, atque tuam humanitatem quam obnixissimè rogarem, hoc meum factum partim communi amori bonarum literarum, partim gratitudini erga te de bonis literis benè meritum promptissimè ascribere digneris. Quod si feceris, doctissime Camdene, non possum quin meo sublimi feriam sidera vertice, atque perpetuo precer Pancraticè valeas, Pancratii usque memor. Sin & hæc non ingrata intelligere possim, & plura & meliora cum Deo exspectabis. Raptim.

tim. Hagæ-Comitis die xxiv. Novembris anno Christi cIɔ. Iɔ. xcvii. stilo novo.

Tuæ humanitatis observantissimus,

Pancratius Castricomius Alcmarius.

LI.

Paulus G. *F. P. N.* Merula *Cl. Viro* Gulielmo Camdeno *s. dico.*

ATtulit mihi tuas literas, vir ornatissime, Borsalius meus, nobilissimo loco natus apud Zelandos, reversus nuper ex Angliâ, quò cum legatione nostrorum ordinum iverat. Verbis suis & prolixiore sermone confirmavit, quæ literæ loquebantur de tuâ invaletudine. Ea sane nostræ classis hominum (nam vix aliter mecum agitur) solet esse conditio, ut plerumque conflictari cogantur molestiis gravium morborum, quibus plurimum fons ab obstinatiore diligentiâ, sessione nimiâ, indictoque quasi quotidianis exercitiis exilio. Parcamus nobis nonnihil, parcamus, & parcamus aliquando Medicorum placitis, qui, nisi moveantur nonnunquam aquæ, fœdos & insuaves odores exspiraturas monent. Qui has tibi dabit, Gulielmus Ayerus, vestras quidem est ortu, nostras jam factus diuturnioris habitationis jure & linguæ Belgicæ peritiâ, meus autem per amicissimam annorum aliquot consuetudinem, cui fundamentum à pietate, probitate, morumque elegantiâ. Offeret ille (nisi onus ob itineris pericula & ambages, nam ante itum in Angliam cogitat Galliam, avorsetur) tibi meo nomine commentarium meum in Ennii Annales. Studiosum enim quendam Anglum fidem fefellisse in eo tibi à me reddendo ante biennium, nec te unquam vidisse, visus fui intelligere ex Borsalii mei relatione. Dari cœpit à me prelo ante aliquot dies universalis Cosmographia, cujus jam aliquot folia impressa. Partitus sum totum opus in sex partes. Earum prima viam sternit ad amplam hanc mortalium sedem, tribus absolvenda libris, quorum i. de universo. ii. constantem ejus & æternam partem aperit in cœlo & stellis. iii. vero partem inconstantem & perpetuis obnoxiam mutationibus in elementis. Secundam totius operis partem tribuo Europæ,

ropæ, tertiam Asiæ, quartam Africæ, quintam Americæ, sextam terris omnibus, quæ extra partes has generales proximis annis novitèr detectæ. Ad hoc opus non solùm conficiendum sed & ornandum non pauci, iique reip. literariæ Antistites suas contulerunt quasi symbolas, quas, ut decet, suis locis non sine gratâ Collatorum memoriâ & mentione, tanquam gemmulas quasdam, unde meis non parum conciliabitur decoris & venustatis, interseram. Te etiam atque etiam rogo, si quid in tuis scriniis (scio enim illa ab omnibus instructissima) quod vel huic labori (qui quàm sit immensus & operosus experior, nam prelo currente semper novi aliquid offertur addendum & conjungendum) sublevando vel fœtui perpoliendo possit esse, communicare mihi non graveris. Non committam, ut quis meritò me ingratitudinis insimulet, & accuset tanquam immemorem tributorum mihi beneficiorum. Interim quanti pretii siet mihi tua diligentia, quam ad Britanniam tuam delineandam contulisti, apparebit ex parte mei operis, quâ regnum illud ego descripturus. Specimen Hibernicæ linguæ suo charactere expressum, quod petis traderem Vulcanio nostro, nondum accepi. Borsalius negabat se vidisse. Alioquin ego aveo videre, si quid aliud. Nam varias illas linguas in meo opere singulis regnis & provinciis adscribere omnino est animus. Singularum specimen aliquod. Multas jam collegi, exceptis vestrarum insularum Hiberniæ, Orcadum, &c. Biblia in veterem linguam Britannicam translata pollicitus est se mihi adlaturum meus Ayerus. Non dicam plura præsertim apud illum, qui pro sua prudentiâ novisse facilè potest, quid susceptum à me laborem vel juvare queat vel ornare. Num quis sit, qui præter Lutherum, Aventinum, & Althamerum de Germanicis prænominibus eorumque significatione eruditè & cum judicio scripserit, inquiram sedulò; in præsentia nemo occurrit, nisi qui notas ad Willeramum edidit, tale quid fuerit meditatus. Excellit enim in his talibus. Ad eum jam proficiscor Hagam, ubi membrum est Collegii Status Ordinum. Operam dabo, ut ipse tibi scribat. Vale, vir ornatissime, & quod facis, me ama. Avidè quid novi exspectabo ad meam Cosmographiam per redeuntem Ayerum. Annales mei Gelrici brevi lucem videbunt. Placet mihi magis hoc scribendi genus, quam jejunus ille criseos campus. Juvat nihilominus semel, edito ad Ennium commentario, in illâ palæstrâ insaniisse, ne viderer indignè suffectus magno Lipsio. Reliqua ejus generis, quæ infinita apud me, servo prolusionibus meorum filiorum. Iterum vale. *Lugduni Batavorum* iv. Nonas Junii cIↃ. IↃ. xciix.

LII. *Cl. V.*

LII.

Cl. V. Justo Lipsio Gul. Camdenus.

EX quo *Admiranda* illa tua, te dignissima, in lucem prodierunt, V. Cl. gestiit mihi animus tecum paucis de loco natali Constantini maximi agere; non altercandi vel calumniandi studio, (quod à nobis, qui musis & modestiæ litamus, susceptamque inter nos benevolentiam conservamus, procul absit) sed cupiditate quadam cognoscendi, & veritatem, si fieri possit, ab injuriâ vindicandi. Cumque jam mihi vacet scribere quæ subinde mecum hâc de re animo agitavi, utinam & tibi per operosa negotia liceat huic disquisitioni tantisper immorari: licèt illa sanè levicula, & omninò supervacanea. *Non enim*, inquit Vopiscus, *summa sciendi est*, *ubi quisque magnorum Principum sit genitus*, *sed qualis in republicâ fuerit.*

Historici omnes, qui de loco natali Constantini Max. scripserunt, unâ voce, præter duos Græculos, Cedrenum & Nicephorum, in Britanniâ natum asserunt: & historiæ fides ut certa favenda, cùm in idem plures ut testes consentiunt. Cedrenum, qui natum circa urbem Daciæ tradit, ut vanitatis manifestum ipse rejicis: nos itidem Nicephorum, qui Drepani Bithyniæ natum, cùm ut vanum, tùm ut ætate minorem ad testimonium perhibendum rejicimus. Præ scriptoribus enim qui contrà eunt, nuperus ille & novitius; ab anno scilicet 1340. sub Andronico juniore. Cui (præter vitam HelenæAnglo-Saxonicè circa annum 940. scriptam) Henricum Huntingdonensem, Gulielmum Malmesburiensem, Joannem Sarisburiensem, ejusdem ævi, cum denso scriptorum agmine opponamus, qui Nicephoro judicio non inferiores, tempore antiquiores. Quo autem quisque tempore antiquior, & rei gestæ loco propior, majorem & potiorem fidem mereatur. Nec de loco audiendus, qui in modo genituræ anilitèr ineptit, & temporis ratione omninò aberrat. Ait, patrem ejus Constantium Claudii ex filio nepotem (quod minimè verum docet Pollio) legatum ad Persas à Diocletiano missum, Drepani in Bithynia hospitem ei filiam suam prostituisse, cui pallium Regium purpurâ intextum (quid privato cum pallio Regio?) donarit; eâdemque nocte solem ex Occidente in somniis illuxisse. Deinde anno Dio-

Diocletiani quarto Cæsarem fuisse designatum Constantinum ex hâc natum; ostenso regio isto pallio patri innotuisse, qui eum in Galliâ (imò in Britanniâ) Cæsarem creavit.

At quando ille genitus? cum Diocletianus bellum Persis minaretur: ad annum scilicet Domini 286. ut, hâc initâ ratione, tantum xx. fuerit annorum cum Imperium ceperit. Tricesimum tamen tunc attigisse annum Eusebius & Victor Schotti, qui tunc vixerunt, docent. Ad quod tempus ipse etiam proximè accedis, qui Nicephori fidem in hoc concidentem libentèr statumines.

Ad Nicephori tamen fidem firmandam adhibetur testis vetus ab ipsius Constantini ævo, fide plenus & omni exceptione major, *Julius Firmicus.* Sed examinetur primùm tempus, quo Firmicus scripsit, deinde testimonium quod profert.

Quod Firmicus non sub Constantino Maximo scripsit, sed sub Constantio ejus filio, circa xviii. scilicet ab excessu Constantini Maximi annum, ipse testis fide dignus in præfatione, quâ Mavortio Lolliano jam Consuli ordinario designato librum inscripsit. Cujus Consulatum in annum xix. Constantii incidisse, ex Fastis manifestò constat. Nec quenquam ante tot annos Consulem ordinarium designatum me legere memini. Ad hæc de postremis annis Constantini Maximi ut tunc transactis loquitur, ubi meminit solaris deliquii, Optato & Paulino Coss. vix uno & altero anno ante mortem ipsius Constantini.

Quod ad testimonium: si adesset & audiret ipse Firmicus, ut corruptum & interpolatum, & non ut suum agnosceret; & non de loco natali Constantini Maximi, sed Constantii ejus filii, sub quo Lolliano ordinario Consuli designato librum obtulit, se loqui clamitaret. At verba ipsa pensiculatiùs examinemus, ex duobus manuscriptis, altero ex Bibliothecâ Collegii Lincolniensis Oxoniæ, altero Thomæ Alani Mathematici Oxoniensis; non ex illo impresso & mendoso, qui tibi imposuit, & in Tharso indagandâ negotium facessit. Ecce autem verba ipsa fide antiquâ; parenthesi tantum à me interjectâ, & *Constantius* pro *Constantinus* criticâ licentiâ substituto.

Dominus & Augustus noster ac totius orbis Imperator Pius, Fælix, & providus Princeps, Constantius scilicet Maximus, Divi Constantini filius augustæ & venerandæ memoriæ Principis (qui ad liberandum orbem à tyrannicis immoderationibus, & ad comprimenda domestica mala favore propitiæ majestatis electus, ut per ipsum servitutis squallore de-

terso, securæ nobis libertatis munera redderentur; ut captivitatis juga fatigatis jam & oppressis cervicibus poneremus: quem pro nostrâ semper libertate pugnantem incertissima inter casus humanos nunquam belli fortuna decepit) apud Naisum genitus, à primo ætatis gradu Imperii gubernacula retinens, quæ prosperis nactus fuit auspiciis, Romanum orbem salubri gubernatoris moderatione sustentat.

Quæ parenthesi hic interclusa, ad Constantinum Maximum referenda videntur. Ille enim *ad liberandum orbem à tyrannis, ad comprimenda domestica mala*, &c. *divinitus electus. Illico*, inquit Panegyristes, *atque pater terris fuerat exemptus, universus in te consedit exercitus, te omnium mentes oculique signarunt: & quanquam tu ad seniores de summâ Reipublicæ, quidnam fieri placeret, retulisses; prævenerunt tamen studio, quod illi mox judicio probaverunt. Purpuram statim tibi, cum primum copiam tui fecit egressus, milites utilitati reipublicæ magis quàm tuis affectibus servientes injecere lacrimanti*, &c.

Cætera autem quæ præcedunt & subsequuntur, parenthesi exclusa, perpendas quæso, an non appositè Constantio Constantini filio conveniant. Ille post fratres Constantinum & Constantem totius orbis Imperator, ille solus Imperator: Ille Maximi agnomen habuit, ut nos in ejus nummis vidimus, & tu apud Occonem videas. Ille Divi Constantini fuit filius. Ille à primo ætatis gradu, id est, à pueritiâ (ut ego capio ex Firmici præfatione) gubernacula retinuit: novennis enim vel octennis vicennalibus patris Cæsar fuit designatus, & Orientis imperio præpositus: cùm pater gubernacula illa non susceperit ante annum tricesimum. Quòd autem Constantius noster *Naiso* (ut libri nostri præ se ferunt) genitus fuerit, ipsius ætas probare videatur. Si enim ille obiit, ut habet Victor, anno ætatis quadragesimo quarto; natus fuit anno salutis 317, Gallicano & Basso Coss. Quo quidem anno & subsequentibus in illis partibus egit Constantinus Maximus, ut rescripta Sirmio, Sardicâ, & etiam Naiso data demonstrant.

Hactenus secundo æstu provehi videor. Sed hic tu subridens ἀνὰ κῶν irruas, quod Firmicus Constantinum Maximum, & ejus invictissimos liberos *Cæsares & Dominos* appellat; cùm Constantius liberos habuerit nullos. Vela obliquo; nec confugio ad Gallum vel Julianum, quos, cùm Cæsares dixerit, in liberos adoptavit. Sed facio limatissimi tui judicii, an illa Firmici verba satis commodo sensu intelligi non possint, illum precari erratica nomina, ut Constantinus

sit

ſit Maximus Princeps, liberoſque habeat, qui ſint *invictiſſimi Cæſares & Domini, qui poſterorum poſteris imperent*, &c.

Hæc qualiacumque me inhibent, quo minùs Conſtantinum Maximum Tarſi Bithyniæ natum credam; & ignoſcas, ſi illum Firmici locum non facere ad patrium ſolum Maximi illius Conſtantini, donec ſolidiora proferantur, exiſtimem. Interim fraudi nobis non ſit, ſi Scriptoribus antiquis, patriis, vicinis, iiſque pluribus, potiùs quàm uni eidemque novello, & eruditæ commentationi ex mendoſo libro hâc in parte credamus, & pro noſtrâ *Helenâ* & *Conſtantino* depugnemus, ut conjecturis eripi non patiamur. Noſti illud: *Aberranti conjecturæ qui non reſtitit, approbare videatur.* Vale, Vir Cl. & ſalve ab eo, qui te unicè colit & admiratur. *Londini* xviii. Auguſti, ſtilo veteri. M.DC.IV.

LIII.

J. Lipſius Gulielmo Camdeno *V. C. S. D.*

LEgi quæ pro Conſtantini patriâ, & veteri de eâ ſenſu, ſcripſiſti. Inquiſitè & eruditè, non nego; ſed in quibus parùm etiam comperti eſſe mihi videbatur. Veſtri ita Britanni, ſcio: (quis aliorum adſentit?) Non Bedas: quod jure obſerves. Ille antiquus & fidus, an gloriæ gentis ſuæ non favit? Atqui ubi locus dicendi erat (Hiſt. lib. I. cap. VIII.) duntaxat ex Eutropio, *creatum in Britanniâ Imperatorem*, ſcripſit. Ceteri veſtri quam fabuloſa miſceant, non neſcis. Scribis Firmicum ſub Conſtantio ſcripſiſſe eos libros. Edidiſſe, hoc fateor, ſcripſiſſe diu antè, & per partes, ipſe in Præfatione ſatis dicit. Neque neſcis alloquia illa in ultimis ſolere adſcribi. De *Neſſo* etiam natali Conſtantii, pariter incertum: & illud *de liberis*, urgere & premere mihi videtur, quidquid ingenioſè, mi Camdene, excuſas. Sed altercari non libet, (abſit litigare) & hæc talia pro judicio ſuo quiſque arbitrator.

Conſiderare te velim, quòd iterùm *Dominum atque Imperatorem Conſtantinum* appellet, initio libri: cur non *Divum*, ſi jam obierat? Nam ita tu legis in loco, quem ad Conſtantinum ducis. Et de *Lolliano Conſule* non etiam palam ſcribit: ſed *ordinarium Conſulem deſignatum* fuiſſe. Potuit ſub Conſtantino deſignatus eſſe, & cauſâ aliquâ di-

latus. Sed & Fasti ejus ævi, quod te non fugit, obscuri aut defecti. Sed tui judicii res esto, non pertendo: nec meum est ingenium. Ego te jam olim amo, & præclare meritum, cùm de aliâ antiquitate, tùm de patriæ tuæ, animo sentio & voce prædico. Redde mihi affectum: neque enim factio, plebeiorum ingeniorum venenum, imminuet aut tollet. Languor me habuit, atque is jam trimestris, cum hæc scripsi: is breviorem me facit. Vale vir doctissime. *Lovanii* x. Kal. Octobr. M. DC. IV.

LIV.

Jac. Aug. Thuanus *V. doctissimo* Gul. Camdeno *S. D.*

AGO tibi gratias, vir doctissime, pro tanta humanitate & egregiâ adeo mihi navatâ operâ. Vix speraveram, ut rogatus à me faceres, quod solâ D. Insulani amicissimi mihi viri commendatione fecisti. Quid enim sum, ut seria tua studia tantisper remorer? Camdenum in meis legendis jacturam bonarum horarum fecisse? tanto hominem sibi ignotum beneficio devinxisse? Verum age, quando ita officiosus es, voluisti pro humanitate me inhumanum amicum experieris? Velim idem præstes in Scoticis, nam potes, quod in patriâ historiâ fecisti: nam vereor, ut aliquâ in parte impegerim. Velim & ut mihi consilium des, quomodo Scotica anni * cIↃ. IↃ. lxi. (nam pars ea nostrarum historiarum jam sub prelo est) citra offensionem, & tamen verè, exequi possim. Heic hæreo, jamdudum invidiam & odium nostrorum in aliis expertus, nec committere volo, ut imprudentiæ apud vos arguar, aut quidquam denique fecisse dicar, quo se læsum is meritò queri possit, qui me nuper literis suis dignatus, & ad cætera, quæ pari candore & veritatis studio ad annum cIↃ. IↃ. xcvi. perduxi, edenda hortatus est. Acerbius hæc fortasse à Buchanano scripta, & audio discipulum præceptori ob id succensere; & tamen quia gesta sunt, citra flagitium dissimulari non possunt. Scribe, & amico consilii inopi tuum ne denega. Innuere verbo potes, nec opus est, ut distinctiùs scribas. Quicquid scripseris, non solum pro consilio sed pro imperio erit. Proximâ partis jam editæ editione cognosces, quanti, uti debeo, monita tua fecerim. In Hibernicis vestris planè peregrinus sum, nec dum qui viderit, aut fando quicquam de iis acceperit,

rit, adhuc conveni. Pauca de illis, ut scis, scripta, & præter Stanihurstum & tabulas insulæ nuper editas, & quod in tuâ ad omne ævum victurâ Britannia adjecisti, nihil habui, unde me instruere possem. Ultimum verò bellum qui scripserit, adhuc vidi aut audivi neminem. Scire cupio de his, quæ habes, & quæ à tuis sperare possum: de Tiroënæ Comite imprimis, cum quo vobis res fuit, quâ gente, origine, quibus clientelis subnixus, quibus moribus & ingenio fuerit, ut tantum bellum adversus Serenissimam Reginam suscipere in animum induxerit, & quibus tandem conditionibus cum eo fuerit decisum. Doleo neminem adhuc apud vos exstitisse, qui res gestas tantæ Heroinæ literis mandaverit. Sanè si scribendi facultas & ingenium tam nobili argumento dignum mihi esset, si otium & interior rerum vestrarum notitia, si documenta idonea ad id suppeterent, non alium quam me Præconem habuisset. Sed vereor, ne id arrogantiùs tibi dictum videatur, quod potius eximio meo in eam affectui condonandum est, qui tantam ex eo ad me redundaturam gloriam non quidem sperare, sed optare ausus fuerim. Vide quam familiaritèr tecum loquar: verum id humanitati tuæ imputa. Vicissim me tanquam tibi devinctissimo utere. Vale, mi Camdene, & me porro, quod in præcipuâ fælicitatis parte pono, amare, & literis ad me, cum per otium licebit, scriptis amorem tuum testari perge. Vale iterum. *Lutetiæ Parisiorum* iv. Eid. Febr. cIↄ. Iↄc. v.

LV.

D. Henrico Wottono, *Legato S. R. Britanniæ apud Venetos,* G. Camdenus.

CAussam metuendi, mi Domine honoratissime, literis tuis mihi suggeris, ne speculo illo Patavino ex hac epistolâ in mores meos κατοπτρικῶς introspicias: tantum tamen abest, ut hoc metuam, ut velim me clathrato esse pectore, quo in omnes mei latebras & recessus penetres, nec tum sanè Camdenum alium esse quàm videri velit, ipse videris: sc. candidum & apertum, quique amicos, te cum primis, diligit, amplectitur, & amat.

Parænetica illla medii ævi quamprimum prodierunt mihi comparavi, ut id genus quæ possum: In illis nomina Tirolis sive Tiro regis Augusti 596.

Scotorum

Scotorum & filii ejus Fridebrant ſubinde demiratus. Pro comperto enim habui non eſſe è numero Regum Scotorum, è quo illi in Britanniam advenerint: opinatus igitur ſum è Regibus Scotorum in Hiberniâ fuiſſe. Unde ad diſtinctionem Beda in libro Eccleſiaſticæ Anglorum hiſtoriæ l. 1. cap. ultimo, *Edan rex Scotorum, qui Britanniam inhabitant*, quo innuit alios fuiſſe Reges Scotorum, qui Hiberniam incoluerunt. Hibernia enim propriè, ut inquit ille, *Scotorum patria*, quod Claudianus, Oroſius, & Iſidorus teſtantur, & ipſe Beda paſſim. Reges habuit numeroſos: unde in Hibernicorum Sanctorum vitâ quatuor, quinque, & octo ſimul Reges Scotis in Hiberniâ imperaſſe obſervavi, adeò ut proceres & regulos quoſcunque Regum nomine inſigniverint. Hinc ex illorum numero Tirolim illum, licet nomen non occurrat, opinari licet. Paræneſim illam Tiro dicti fuiſſe judicarim, & à Scoto-Hibernico aliquo Monacho, quorum plurimi in Germaniæ Monaſteriis eo ævo vixerunt, in linguam Germanicam fuiſſe traductam. Ex Hiberniâ enim & non aliunde Scoti Monachi illi Sancti, qui Northumbriam in Angliâ & Germaniam fide Chriſtianâ imbuerunt, S. Aidanus, S. Columbanus, S. Gallus, &c. Unde Hibernia Mariano Scoto *Sanctorum patria*, & eidem in MS. meo exemplari ad annum *696*, *Hibernia, inſula Scotorum, Sanctis & mirabilibus per plurimis ſublimitèr plena* habetur. Quo tempore ſeptentrionalis illa Britanniæ pars nondum in Scotorum nomen ceſſerat, qui ad Cluidæ oſtia ſatis obſcurè egerunt, (tu tantum tibi inaudi) donec circa annum 858. Pictos debellaſſent.

Aidanus Rex *603*. Columbanus & Gallus *611*. *696*. Hibernia Sanctis plena. Picti ſuperati 858.

In literis quod meditaris, ut planè quod ſentiam dicam, mihi minimè adlubeſcit: nolim virum tantum & tam ſplendidum ingenium tam ignobili & invidioſo argumento laſſari, imo opprimi: nam quantum de ingenio & eloquentiâ addideris, tantum materiæ defuerit, & certò exſpectes virulentos ſtatim calamos in te ſtringendos. Ejus..... etenim nunc apud nos adeò evileſcit, ut quibus jam *Proteſtantium apologiæ pro Pontificiâ religione* (quo titulo liber nuper prodiit) onus reſpondendi imponitur, conſultiſſimum videatur, Lutheri defenſionem non ſuſcipere, ubi Adverſarii illum nec membrum fuiſſe eccleſiæ Anglicanæ, nec noſtræ religionis profeſſorem, convincere ſatagunt. Verum hac in re tuo limato & polito utere judicio, perſuadeas tibi tamen, quod ab omnibus invidiæ ventis apud Pontificios occultè circumflaberis, & ore inceſto apertè laceraberis, non minus ac Lipſius apud nos, in quem habe hic una cum Hilli Philoſophiâ ſtimulum, quo Scotus pædagogus è Britanniâ fodit.

Per-

Percommodè accidit, ut Cl. V. M. Welſeri in literis memineris: mihi enim nuper certum deliberatumque erat ab ipſo petere, quod per te jam pro meo perpetuo in te ſtudio ab ipſo petendum. Prodiit anno ſuperiori Lugduni Batavorum *Geographia univerſalis* Pauli Merulæ, in cujus paginâ 452. codicem membraneum laudat Cl. Welſeri, in quo *notitia utriuſque Imperii, itinerarium Antonini*, & alia continentur. Si tua humanitas à tanto viro mihi impetret, ut variantes ab impreſſis Guidonis Pancirolli & Andreæ Schotti lectiones in iis, quæ ad Britanniam ſpectant, deſcribantur, & ad me tranſmittantur, mihi longè gratiſſimum feceris, & Cl. Welſerus, cui univerſa Antiquariorum natio plurimum *ob tabulam Peutingerianam, Auguſtana, & Boica* debet, in omnibus rebus me ſibi & ſuis in perpetuum affixum habebit. Vale, vir honoratiſſime. 10. Febr. *1606.*

LVI.

G. Camdenus Franciſco Sweertio.

PRodiit hiſce diebus apud nos libellus contra Cl. V. Juſtum Lipſium, cujus unum & alterum exemplar tibi mitto. Cenſuram de eo à me nolim expectes, nec interponere libet. Author ſanè literatè eruditus, ſed à Scoticis illis Miniſtris eductus, quos *ſulphureo eſſe ingenio* Rex noſter dictitare ſolet, & tu facilè videris. An bono Lipſio communicabis, tui eſto judicii. Malè nos habet, qui ejus gloriæ favemus, videre illum optimum virum ab omnibus invidiæ ventis ita circumflari, & inceſto ore à calumniatoribus paſſim lacerari, quod tamen fore Virgo veſtra Hallenſis prædixit. Sed hoc tu tibi tantum in aurem inaudi, & literatiſſimo illi viro à me ſalutem quam plurimam: quocum de Conſtantino Magno non lubet digladiari, etſi habeam quod opponam. Cum libellis illis habes hic etiam *orationem Regis noſtri* & *ſeriem nuperæ conjurationis* Latinè, in quâ videas, dolentèr dico, quanta ſit hujus ſæculi labes, & gentis noſtræ macula. Vale, Vir Cl. *Londini* Febr. 18. *1606.*

LVII.

G. Camdenus Francisco Sweertio.

APud vos agit, ut accepi, Cl. V. Andreas Schottus è Societate Jesu, cui universa Antiquariorum natio plurimum debet ob *Antonini itinerarium* jampridem editum. Illum, si non audaculus videar, velim meo nomine salutes, & percuncteris, si unquam Cl. Welserus ei communicaverit, quod audio, variantes ad Antoninum lectiones è codice suo membraneo, quem Paulus Merula universalis Geographiæ pagina 452. laudat: quas si acceperit, quantum ad Britanniam spectat, sua humanitas mihi impetret, ut auctior *Britannia* nostra prodeat. Vale.

LVIII.

Richardus Carevius G. Camdeno.

SIR,

I Make bold to use my thanks for your kind remembring me by Sir *Anthony Rouse*, as a shoeing-horn to draw on a request; and this it is. I learn, that Master Sollicitor hath compiled a Treatise of our *Cornish* Dutchy, and dedicated it to the Prince: this I much long to see, and heartily pray by your means to obtain a Copy thereof. The first publishing of my *Survey* was voluntary: the second, which I now purpose, is of necessity, not so much for the enlarging it, as the correcting mine and the Printer's over-sights: and amongst these, the Arms not the least, touching which mine order, suitable to your direction, was not observed, and so my self made an Instrument, but not the Author of wrong and error. I imagine that I may cull out of Master Sollicitor's garden many flowers to adorn this other Edition; and if I wist where to find Mr. *Norden*, I would also fain have his Map of our Shire: for perfecting of which he took a journey into these parts.

parts. You ſee, Sir, how ſhameleſs my idleneſs waxeth to importune your buſineſs; but I end theſe lines, and extend mine entireſt love to reſt

at your diſpoſition,

From *Antony*, this 13th of May, 1606.

Ri. Carew *of* Antony.

LIX.

V. doctiſſ. Gul. Camdeno J. Aug. Thuanus *S. D.*

POſt longum ſilentium. V. doctiſſ. mitto ad te, ſive excuſationis loco, ſive ad purgandam moram, ſecundum hiſtoriarum noſtrarum tomum; ſed valdè vereor, ut temperamentum illud, de quo monueras, in rerum Scoticarum narratione ubique ſervaverim. Rem in omnium ore poſitam omninò præterire, quod libentiſſime feciſſem, ſi licuiſſet, magnâ me invidiam apud vos deprecandi moleſtiâ nunc levatum ſentirem. Verum in opere ſuſcepto, niſi officio deeſſe vellem, æquè mihi flagitioſum ſilentium, quàm mendacium ipſum fuit vitandum. Quod ſi igitur id ſcribi oportuit, quomodo alitèr ſcribi potuerit, ſanè non video. Nam criminis, quod ipſe palam admiſeris, culpam in alium ex ſuſpicione rejicere, quid aliud eſt, quam reo periclitanti per calumnioſas exceptiones patrocinium parare? in reo, in ancipitis cauſæ defenſore, quippe omnis expediendæ ſalutis honeſta ratio, id excuſationem fortaſſe mereat: at veritatem profeſſo, ut alium culpâ liberes, alium infamiâ onerare nefas. Res ipſa loquitur. Nam demus, quod ab diverſa tradentibus jactatur, Moravium ambitione ardentem ſcelèratè regnum appetiiſſe: quod tamen conſtantèr negant omnes fide digni Scoti, quoſcunque mihi alloqui contigit; etiam ii, quibus alioqui Moravius ob religionis cauſam ſummè inviſus erat; nam virum fuiſſe aiebant extra religionis cauſam ab omni ambitione, avaritiâ, & in quenquam injuriâ alienum; virtute, comitate, beneficentiâ, vitæque innocentiâ præſtantem, & qui niſi fuiſſet, eos, qui tantoperè mortuum exagitant, hodiè minimè rerum potituros fuiſſe. Sed demus illum calcatâ omni divini humanique juris religione tantum animo ſcelus concepiſſe, quo tandem conſultore & adjutore ad rem exequendam uſus eſt? Primum

omnium constat, nunquam ullas capitaliores inimicitias, quam inter Moravium & Botuelium exarsisse. At quis sibi persuadeat, inter tam infestos de tanto scelere, qualis in Regem conjuratio fuit, consilia agitari potuisse, aut sperari, ut secretum, quod ad illam requirebatur, inter eos servaretur? Deinde, quis credat, Moravium tantas cum Botuelio inimicitias exercentem, post patratum scelus, sorori parricidæ in virum ducendi auctorem fuisse? aut Reginam tam ingenio supino fingi posse, ut fratri infames juxta & periculosas nuptias suadenti aures præbuerit? Denique, cur Moravius post hæc omnia sponte in Galliam secessit, si ex his turbis commodum aliquod sperare præsentiâ suâ potuit, aut cur postea revocatus tantâ fide, Rege infante, regnum administravit, & adversus Hamiltonios imbecillam ejus ætatem tutatus est, si per Regis calamitatem regni occupandi spem conceperat? Nam minus invidiosum & periculosum illi erat cum Hamiltoniis, si rem perfecissent, perduellibus de imperio decertare, quam sororis filium à matre regnique ordinibus tutelæ suæ commissum opprimere. Postremò, quid aliud quæso in causâ fuisse putas, cur Hamiltonii, qui tyrannidem affectabant, in Moravii necem conspiraverint, quàm quod superstite tam strenuo Regis infantis regnique vindice de successu desperarent? Ex adverso apud animum tuum reputa familiarem plusquam oportuit Reginæ etiam ante parricidium cum Botuelio consuetudinem, Regis miseri apertum post Rizii cædem odium, & ex eo contemptum; deinde post parricidium annitente Reginâ festinatum de Botuelii, qui non solùm facti suspectus, sed omnium opinione quasi convictus habebatur, innocentiâ judicium; moxque dissolutas turpitèr Botuelii cum Gordonia uxore nuptias, ut alias mox turpiores contraheret. Nam raptum illum quis non rideat? aut non potius ex iis, quæ memoravimus, necessariò colligat, ingentis animi fœminam, nisi suopte ingenio & præoccupatâ diu antè voluntate ad id fuisset inducta, nunquam tam facilè in illas nuptias fuisse consensuram, aut eas postea tam artificiosis literis apud nos excusaturam? verùm hæc tecum, & semotis arbitris. Nam quenquam accusare, aut ullius defensionem suscipere, neque his brevibus literis neque toto opere nostro instituerim. Nam ab omni insectatione & obtrectatione, ut mens, sic stilus abest: & me plurima orationis lenitate mollivisse, quæ alii acerbiùs scripserant, ipsâ lectione comperies. Rem, ut ex Scotorum, qui interfuerant, sermonibus didici, ita literis mandavi; & ad eorum fidem scripta à Buchanano expendi. De cætero nigrum in candidum in cujusquam

gratiam

gratiam convertere, neque animus ab initio fuit, neque nunc esse debuit. Itaque enixis precibus, quantum possum, pro jure amicitiæ nostræ à te contendo, ut quoties in Aulâ vestrâ inter Proceres, & in amicorum colloquiis, de me deque fide nostrâ in scribendâ Historiâ mentio erit, toties horum argumentorum recorderis; efficiasque, ut omnes intelligant, me solâ muneris impositi necessitate coactum, quæ de eâ re scripsi, scripsisse; nam alioqui famæ gloriæque Anglo-Scotici nominis ex animo favere, & hæc ipsa, quæ scripsi, sepulta maluisse, nisi jam ante publicâ famâ & aliorum scriptis innotuissent. Interim tibi summas gratias ago pro Hibernicarum rerum fragmento ad me misso, quod suo loco insertum videbis. Et quoniam te tam officiosum expertus sum, rogare non dubitabo, ut eandem diligentiam, quam anteà non rogatus adhibuisti, in his recensendis adhibeas; & me per literas, quantum tibi à Britanniâ tuâ, quam avidissimè expectamus, otii supererit, amicè ut fecisti moneas. Vale, mi Camdene, & me amare perge. *Lutetiæ Parisiorum* pridie Kal. VItil. CIƆ. IƆC. VI.

LX.

Joannes Jonstonus G. Camdeno.

S. D. Literas tuas humanissimè scriptas superiori anno, Vir clarissime, legi cum summâ voluptate, quod & constans tui amoris erga me studium testarentur, & simul de progressu studii tui in ornandâ nostrâ Britanniâ, quæ tibi plus debet quàm aliis plurimis. Eas literas, sicut petisti, communicavi cum doctissimo D. Melvino, quem nunc præsentem habiturus es, unum instar omnium, qui possit postulatis tuis per epistolam plenissimè satisfacere: in cujus comitatu cum hic adolescens Petrus natione Danus, bonarum literarum studiosus, pararet ad vos iter, hasce dare ad te visum est, quæ & cessationis superioris veniam apud te deprecentur, testenturque tui memoriam cum observantiâ apud nos vigere. In illustrandâ Britanniâ nostrâ felices tibi successus ex animo opto, petoque civium meorum nomine, ut *Scotiæ* nostræ operam des aliquam. Si qua mihi occurrent ex usu tuo, ea per valetudinem conquisita, volente Domino, ad te transmittam. Interea mitto ad te *Urbes Britanniæ* nostræ carmine à me

 delineatas,

delineatas, ceu tesseram & pignus observantiæ & amoris erga te mei, quas juris facias tui, ut de iis statuas pro arbitratu tuo: & sicubi à me erratum est, pro humanitate tuâ ignoscas & corrigas. Non utar pluribus hoc in tempore, quia habes D. Melvinum, h. e. meipsum, vivæ epistolæ loco. Hunc adolescentem tuæ humanitati commendo. Salutem amantèr & officiosè D. Lanceloto Brunio medico Regio, amico veteri honorando, si in vivis est, item reverendo D. Overallo, Decano ad D. Pauli. Benè ac felicitèr vale, vir doctissime, in Domino Jesu. *Andreapoli* in Scotiâ, iii. Eid. August. cIↄ. Iↄ. cvi.

Tuus in Christo Domino.

Joannes Jonstonus *S. Th. Professor.*

LXI.

Jacobus Usserius G. Camdeno.

SIR,

THE 10th of October I received your Letter, which brought unto me the welcom news of your pains lately taken in adorning this poor Country. I am sorry I understood no sooner of your purpose: but seeing the forwardness of your Press is such, as cannot afford any longer time of deliberation, I will endeavour to give some slender satisfaction unto those points, which you have propounded.

And first, for *Ninius*, (whom I find also in the Manuscripts to be named *Ninnius* and *Nennius* among the books bestowed upon the publick Library of the University of *Cambridge* by *Mat. Parker*) there is one, which in the beginning hath these Treatises following: I. *Gildas de excidio Britanniæ, glossis passim insertis:* in the end whereof these verses are added.

Historiam Gyldæ, Cormac sic perlege scriptam
Doctoris digitis, sensu cultuque redactam,
Hæc tenues superat multos, carpitque superbos.

II. *Historia Britonum per Nennium*, wherein there is a Preface of *Nennius* (which is wanting in both the Copies of Bennet-College) beginning thus: *Humilis servorum Christi minister & servus, Nennius D. gratiâ*

D. gratiâ S. Elboti discipulus, cunctis veritatis obauditoribus, salutem. Vestræ sit notum caritati, &c. Item, *Versus Nennii ad Samuelem filium magistri sui Benlani Presbyteri, viri religiosi, ad quem historiam istam scripserat.* Here it is said, that *Nennius* writ this history 858° *anno Dominicæ incarnationis,* 24 *verò Mervini Regis Britonum.*

III. *Gesta Britonum à Gildâ sapiente composita*; which is the same work with the former: but that the Prefaces of *Nennius*, and the Chapter wherein mention is made of *Ida* the first King of *Northumb.* are not here to be found. In an ancient book of *Winchester* Library, (alleged by *Leland, comment. in Cygn. cant. voc. Dunelmens.*) in *Will. Malmesbury* of the antiquity of *Glastenbury* in Mr. *Allen's* Library, in the Golden History written by *Joannes Anglicus*, in the second Chapter of *Ranulphus* his Polychronicon, *&c.* this work is cited by the name of *Gildas*: as also in *Henry Huntingdon*, set out by Sir *Henry Savil.* But where it is there (in the narration of *Arthur*) *hæc autem bella & loca bellorum narrat Gildas Historiographus*: Leland. in assert. Arthurii hath, *Narrat quidam Historiographus*: and thereupon addeth, *Videtur hic Venantodunensis incidisse in Nennii historiolam, cujus nomen exemplari, ut videtur, non erat adscriptum.*

The copies of *Ninius* have oftentimes some additions, which are wanting in the books which bear the name of *Gildas*: and these are they which in one of the Manuscripts of Bennet-College are commonly referred unto the margin, *tanquam glossemata.* As for example, cap. 8. after these words, *Novissimè venit Tlam Hoctor,* (or, as other copies have, *Clam Hictor,* or *Clamoctor*) *& ibi habitavit cum omni gente suâ usque hodiè*: there followeth in the common copies of *Nennius*: *Nulla tamen certa historia originis Scottorum continetur*: which clause wanting in *Gildas* in the Bennet-copy of *Nennius*, is written as a gloss in the margin, in another hand. So a little after, *Filii autem Liethan obtinuerunt regionem Dimetorum* (*ubi civitas est, quæ vocatur Mineu*) those latter words, which are wanting in *Gildas*, are in that copy of *Nennius* written over the head, as an interlinear gloss. So likewise in the next chapter, this sentence, *Iste gener Pharaonis erat, id est, mas Scottæ filiæ,* which is wanting in *Gildas*, is here written in the margin with another hand, as a gloss.

In setting out of *Ninius* it were not amiss, that whatsoever is there more than in *Gildas*, should be printed in a distinct character from the rest: for so both works (if we may count them to be two) should be represented unto us, and the glosses often distinguished from the text, as in the Bennet-copy.

At

At the end of *Ninius* in Bennet-College-Library, there is the life of *Gildas* differing from that which is printed in *Bibliothecâ Floriacenſi*; but the ſame with that, which I think you have. You may do well to ſet it out with your *Gildas* and *Nennius*; and either there, or rather at the end of your *Hibernia*, find ſome place or other for the parcel of the Iriſh hiſtory, which is in my Lord *Howard*'s Library. At leaſtwiſe, I would wiſh, that the little Treatiſe, *De moribus Hibern.* which you told me was written by *Good* the Jeſuit, ſhould be printed entirely without any alteration, and that in his own name; for ſo it will be far better taken by his Countrey-men, and the envy wholly derived from you unto him, to whom it more properly belongeth.

Concerning the ſituation of *Ardmaghe*, I find little in *Jocelinus*, but that he ſaith, cap. 166. *Civitatem itaque egregiam ſitu, formâ, quantitate, ambitu, angelicis indiciis deſignatam fundavit Patricius & extruxit:* and cap. 164. that *Dairus* gave to S. *Patrick Drumſailech*, *pòſt*, *Armachiam vocatam.*

The Prophecy which S. *Patrick* is ſaid to have pronounced of *Ferguſus* ſon to the Lord of *Dalreda*, he propoundeth cap. 138. in theſe words: *Licet hodiè videaris humilis & deſpectus in conſpectu fratrum tuorum, eris in brevi princeps & dominus omnium illorum. De te optimi Reges egredientur, qui non ſolum in propriâ terrâ, ſed etiam in regione peregrinâ principabuntur.* And then he adjoineth the complement; *Elapſo non magni temporis ſpatio, Ferguſus juxta vaticinium ſancti viri principatum in totâ terrâ illâ obtinuit, ſemenque illius per multas generationes in eâ regnavit. Ex ejus ſtirpe proceſſit ſtrenuiſſimus Edanus filius Gabrani, qui Scotiam, quæ dicitur Albania, ſubegit, & alias inſulas: cujus in ea regnat adhuc ſucceſſiva poſteritas.* This *Edanus* is he, who in the catalogue of Scotiſh Kings is called *Aidanus filius Gorani:* and by *Bede*, lib. 1. hiſt. cap. 34. *Edan Rex Scottorum*, who was diſcomfited by K. *Edelfred*, anno Domini 603. as is there noted.

In Sir *Thomas Bodley* his Library at *Oxford*, I found MS. *De miraculis S. Germani, quæ in ejus vitâ omiſſa ſunt*, lib. 2. which I gather to have been written by *Henricus Antiſiodorenſis*, both by the time wherein he lived (*Adalricum enim quendam anno incarnati Domini 869. & Adalſidum anno 873. beneficio S. Germani ſanitati reſtitutos, adhuc ſuperſtitem agere vitam ſcribit*) and by the Preface before his ſix books written in verſe of the life of S. *German* unto *Carolus Calvus*: where he ſaith, *Confeci præterea ex miraculis præcellentiſſimi Germani opuſculum aliud*

geminis

geminis districtum libris; in quo quia vestri tum nominis tum temporis mentio frequentiùs agitur, vestræ nihilominus illud malui celsitudini dedicandum. In the first of these books there is, *succincta mentio Patricii, per beatum Germanum in Hiberniam destinati.*

Quoniam gloria patris in suorum clarescit moderamine filiorum, è multis quos in Christo filios, in religione creditur habuisse discipulos; unius tantum ejusdemque famosissimi castigata brevitate sufficiet inseri mentionem. Patricius, ut gestorum illius series prodit, Hiberniæ peculiaris Apostolus regionis, sanctissimo ejus discipulatui octodecim addictus annis, non mediocrem è tanti venâ fontis in scripturis cœlestibus haurire eruditionem. Quemque in religione magnanimem, in virtutibus excellentem, in doctrinâ strenuum divinissimus considerans Pontifex, ineptumque ducens robustissimum Agricolam in Dominicæ segetis torpere culturâ; ad sanctum Celestinum urbis Romæ Papam per Segetium Presbyterum suum eum direxit, qui viro præstantissimo probitatis Ecclesiasticæ testimonium apud sedem ferret Apostolicam. Cujus judicio approbatus, auctoritate fultus, benedictione denique roboratus, Hiberniæ partes expetiit: gentique illius datus propriè Apostolus, tum quidem ex doctrinâ & miraculis, nunc quoque & in perpetuum mirificis Apostolatus sui illustrat privilegiis.

The last chapter of this first book has this title, *De Britanniis Sancto Germano speciali cultu obnoxiis, deque subulci hospitio & rege abjecto.* Where the Author signifieth, that this narration was delivered unto him by one *Marcus* a British Bishop: *Qui natione Britto,* (saith he) *educatus verò in Hibernia, post longa Pontificalis sanctitatis exercitia, ultroneam sibi peregrinationem indixit. Sic traductus in Franciam, piissimique Regis Karoli munificentiâ illectus, apud Beatorum Medardi & Sebastiani cœnobium, anachoriticam exercet vitam; singularis nostro tempore unicæ philosophus sanctitatis.* It may be enquired, whether this be not *Rice-Marchus* the Britton, who writ the life of S. *David* of *Wales*, wherein he writeth also thus of our *Patrick*.

Patricius Romanis linguis eruditus ac disciplinis, comitantibus virtutum turmis Pontifex effectus gentem, quam exulaverat, petivit. In quâ fructuosi operis lucernam oleo genuinæ charitatis infatigabili reficiens labore, non sub modio, sed super candelabrum imponere volens, ut cunctis glorificato omnium patre roraret, Ceretica gentis regionem adiit. In quâ per aliquantulum temporis conversatus, Demetica intravit rura. Ibique perlustrans tandem ad locum, qui Vallis Rosina nominabatur, pervenit, & gratum agnoscens locum, devovit ibi Deo feliciter deservire, &c. Upon this occasion (I take it) *Vallis Rosina* is accounted by some S. *Patrick's countrey*, (as

(as you have noted in *Pembrockshire*, pag. 582.) whereas it appeareth he was born in *Clyddesdale*, [a] by the place which is now called *Kirk-Patrick*. *John Harding*, in his description of *Scotland*, maketh *Dunbritton* (as I remember) the place of his birth. That it was not far from *Dunbritton*, may be gathered by *Joscelinus* writing thus, cap. 1. *Extitit vir quidam Calpurnius nomine, filius Potici presbyteri, Brito natione, in pago Taburniâ vocato, hoc est, Tabernaculorum campo (eo quod Romanus exercitus tabernacula ibidem fixerit) secus oppidum Emptorum degens, mari Hibernico collimitans habitatione.* And cap. 10. *Erat in quodam promontorio supereminenti præfato oppido Emptorum munitio quædam extructa, cujus adhuc murorum apparent ruinosa vestigia, &c. Est autem locus celebris in valle Clud situs, linguâ gentis illius Dunbretan, id est, mons Britonum nuncupatus.* *Probus* an Irish-man in his first book of the life of S. *Patrick*, which he wrote unto *Paulinus*, hath these words of this matter: *Hic in Britannis natus est à patre Calpurnio Diacono, qui fuit filius Potiti Presbyteri; & matre Concessâ nomine, de vico Bannanæ, Tyburniæ regionis; quem vicum indubitantèr comperimus esse Nentriæ Provinciæ, in quâ olìm gigantes habitasse dicuntur.*

[a] *Propè Glasguensem civitatem*, saith *Geo. Thomson* in his little Treatise of the Antiquity of Christian Religion in *Scotland.*

I come now to *Dublin* (the City of mine own birth) *Urbem nobilem populo, situ amænissimam, concurrentibus mari & flumine piscibus opulentam, commerciis famosam, planitie viridante affectuosam, glandiferis nemoribus consitam, ferarum lustris circumvallatam*; for thus [b] *Jocelinus* commendeth it, *De vitâ Patricii* cap. 98. And indeed for the situation; (seeing you desire to have a Topographical description thereof set down in mine own words) I may say, Situm habet amænum imprimis & salubrem: ad Austrum enim surgunt montana, ab Occidente patent campestria, ad ortum mare propinquum cernitur: [c] Liffius fluvius ad Boream decurrens navibus stationem præbet securam. Ad flumen positi sunt *Kaii*, quos nostri vocant, hoc est, Cancelli (sic enim in *vetustis glossis*, quæ *Isidori* nomine circumferuntur, vocabulum hoc expositum legimus) sive crepidines, quarum objectu aquarum impetus cohiberi possit; (*caiare* enim apud veteres erat cohibere, coërcere, compescere, quemadmodum à doctissimo Scaligero notatum est, Ausonianarum lectionum lib. 2. cap. 22.) Mœnia hinc firmissima è lapide structili protenduntur (aggeribus etiam ad Austrum munita)

[b] Guil. Neubrigensis lib. 2. rer. Angl. cap. 20. *Divelinum urbs maritima totius Hiberniæ Metropolis, portuque celeberrimo, commerciis, & commeatibus nostrarum æmula Londoniarum.*

[c] In K. *John*'s Charter it is called *Aqua de Avenelyth*; but the name of *Avenlyf*, which *Giraldus* and *Necham* use, cometh nigher to the name of the *Liffye*, whereby it is now commonly called.

munita) quæ sex portis patent, longioribus inde procurrentibus suburbiis. Ad ortum porta est Dammensis, prope quam Castrum eminet Regium, fossis, turribus, armamentario munitissimum, ab Henrico Loundreo Dubliniensi Archiepiscopo (circa an. 1220.) extructum. In Orientali suburbio, juxta Ecclesiam S. Andreæ Apostoli Henricus II. Anglorum Rex (ut refert Hovedenus) [d] Palatium sibi Regium curavit erigendum miro artificio, de virgis levigatis ad modum patriæ hujus constructum; in quo ipse cum Regibus & Principibus Hiberniæ festum solemne tenuit die natalis Domini.

An. 1172.
[d] Ejus hodiè nulla cernuntur vestigia.

Collegium hinc pulcherrimum è regione prospectat (quo loco olim [e] Omnium Sanctorum Monasterium visebatur) sanctæ & individuæ Trinitatis nomini consecratum: [f] quod à felicissimæ memoriæ Elizabethâ Reginâ Academicis donatum privilegiis, insignique nuper instructum Bibliotheca, spem ostendit non exiguam, ad Hiberniam (quo veluti ad mercaturam bonarum artium confluxerunt aliquando exteri) & religionem & cultiores omnes disciplinas tanquam ad avitum hospitium postliminio reversuras.

[e] All-hallows.

[f] Anno 1591. 13 Martii jacta sunt illius fundamenta: 9 Januarii anni 1593. literarum studiosos hospitio excepit.

Borealis porta ad pontem aperitur, opere arcuato è vivo saxo constructum, qui *Oastmantown*, id est, *Ostmannorum* oppidum cum urbe conjungit. Hîc enim Ostomannos, quos de Norwegiâ & insularum Borealium partibus advenisse author est Giraldus (ego *Estones* esse putarim, Livoniæ incolas, ab Eginharto *Aistos* vocatos) circa annum salutis 1050 sedes posuisse nostri produnt Annales. In hoc suburbio celebris olim fuit ecclesia S. Mariæ de *Houstmanby*, (sic enim in Chartâ Regis Johannis appellatur) domus etiam fratribus Prædicatoribus fundata, ([g] *Black-friers* ab illis dicta) ad quam fora regni judiciaria, quibus juris lites componuntur, nuper translata sunt. Ad Occidentalem urbis plagam sitæ sunt duæ portæ, [h] Ormonds-gate & New-gate, seu nova porta, (quod publicum est ergastulum) quæ ad longissimum suburbium ducunt, quod Sancti Thomæ dicitur, ejusdemque nominis magnificum cœnobium (*Thomas-court* dictum) amplissimis olim reditibus locupletatum. Ad Austrum porta patet Paulina; & quæ à Sancto Nicolao nomen habet, ad Patricianum suburbium præbens aditum; in quo sanctum sepulchrum situm, Dubliniensis Archiepiscopi palatium, templumque amplissimum, quod S. Patricii nomen obtinet, opere intestino, pavimentis lithostrotis, testudine è saxo con-

[g] Now commonly called *The Inns.*

[h] Or Gurmunds-gate: whether from some Earl of *Ormond*, or from *Gormo* the *Dane*. Hard by the City there is *Grange Gorman*, and other-where *Gormans Town*, named from the same *Gormo*, as it may seem.

concameratâ turrique præcelsâ conspicuum. Quo primum tempore condita fuerit hæc ecclesia, incertum planè est: Gregorium Scotorum Regem circa annum 890. ad eam accessisse, Scotica refert historia. Eandem posteà à Johanne Anglorum Rege plurimum amplificatam, Præbendariam primum instituit Johannes Comynus Dubliniensis Archiepiscopus (anno 1191 confirmante illud Celestino III. Romano Pontifice) Henricus deinde Loundreus ejusdem in Dubliniensi Episcopatu successor personatuum dignitatibus (liceat enim hîc Fundatoris verba usurpare) auxit, & ad Sarisburiensis Ecclesiæ immunitates, instituta, & consuetudines approbatas conformavit. Nostris verò temporibus, Decanum, Præcentorem, Cancellarium, Thesaurarium, Archidiaconos duos, & Præbendarios XXII. sustentat: *Unica quodammodo* (ut amplissimum testimonium quod [i] publica regni Comitia illi perhibent, non dissimulem) *piæ omnis & Ecclesiasticæ disciplinæ atque ordinis in Hiberniâ lucerna ac lampas.*

[i] Statut. Parliam. an. 28 H. 8. cap. 15.

Est & altera Cathedralis Ecclesia in Urbis meditullio posita, quæ Sanctæ Trinitati consecrata *Templum Christi* communiter dicitur. De ejus constructione in Ecclesiæ Archivis ita legimus. *Sitruic Rex Dublin filius Ableb Comitis Dublin dedit Sanctæ Trinitati & Donato primo Episcopo Dublin locum ad ædificandam Ecclesiam Sanctæ Trinitati, nec non aurum & argentum sufficientèr ad ædificandam Ecclesiam cum totâ curiâ contulit.* Factum hoc circa annum salutis 1012. quo Sutricum Abloici filium (sic enim appellat) claruisse confirmat Carradocus Lancarvanensis. Opus à Donato inceptum Laurentius Dubliniensis Archiepiscopus, Richardus Strangbous Strigulienfis Comes (cujus monumentum ab Henrico Sidneio restauratum hic cernitur) Robertus Stephanides & Reimundus Giraldus perfecerunt. Ad Australem Ecclesiæ partem Prætorium è saxo quadrato consurgit, *Tolestale* dictum; ubi causæ à Prætore Urbano cognoscuntur, frequentesque civium aguntur conventus, &c.

Upon the antiquity of the City I cannot now stand; only that note of time is to be corrected, where you say (*Eo sanè tempore, quo Ptolemæus floruit, ab Avellano conditam cives produnt,*) for it is only found in my Uncle *Staniburst* his description of *Ireland*, where by error he referreth the arrival of the three Easterlings to the year of our Lord 155. which, upon better advice, in his [k] Latin Book he hath cast toward the 900th year, (about which time it appeareth by *Giraldus*, that they came hither) and that of *Harald*, out of the Life of *Griffith ap Conan*, would be more largely set down, that it might appear about

[k] Pag. 23.

about what time, and upon what occasion he should be said to have builded *Dublin*. Neither were it unworthy also to be added, that *Dublin* is a Colony of the *Bristolians*, upon whom this City by King *Henry* the second was bestowed. For thus go the words of his Charter, (the ancientest of any which the City hath:) *Sciatis me dedisse, concessisse, & præsenti chartâ meâ confirmasse hominibus meis de Bristowâ civitatem meam de Duvelinâ ad inhabitandam. Quare volo & firmitèr præcipio quod ipsi eam inhabitent, & teneant illam de me & hæredibus meis benè & in pace, liberè & quietè; integrè & plenariè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, quas homines de Bristowa habent apud Bristowam & per totam terram meam.*

From *Dublin* it is now time to proceed to *Mell*, where the Provincial Council was held by *Johannes Paparo*. That this is *Mellifont*, I gather by that which I find in a nameless Author, the same (if I be not deceived) whom *Philip Flatsbury* followeth in his Chronicle. Anno 1152. (saith my Author) *Christianus Episcopus Lismorensis totius Hiberniæ Legatus in Mell concilium celeberrimum celebravit; quo concilio interfuerunt Episcopi, Abbates, Reges, Duces, & Majores natu Hiberniæ; in quo auctoritate Apostolicâ & consilio Cardinalium, consensuque Episcoporum, Abbatum, & aliorum ibidem consistentium, quatuor Archiepiscopatus in Hiberniâ constituit, quatuorque pallia quatuor Ecclesiis eorum Archiepiscopatuum distribuit*, &c. Anno 1157, *Ecclesia Mell dedicatur: in cujus dedicatione fuerunt isti venerabiles patres, Christianus Episcopus Lismorensis totius Hiberniæ Legatus, qui fuit primus Abbas ejusdem Ecclesiæ.* Now that *Christianus* was Abbot of *Mellifont*, both *Bernard* witnesseth *in vitâ Malachiæ*, and this same Author writing thus: Anno 1142. *fundatur Abbatia Mellifontis, Donato Rege Urgalliæ terras & possessiones donante, Malachia Episcopo procurante, ad quam regendam Bernardus Abbas Clarevallensis misit conventum de illis, quos Malachias in Clarevalle ad addiscendum ordinem reliquerat; & postea miserat, dato eis in patrem fratre Christiano*, &c.

The Abbey of *Magio*, mentioned by *Bede*, I took always to be the Monastery of *Mayo* in [1] *Connaught*; but if you find in the Records there, that there was any Abbey in the Isle of *Magie*, near *Knockfergus*, I should rather incline unto that part; and think the other *Magio* to be of a far later foundation, *viz.* that whereof my nameless Author thus writeth, Anno 1151. *fundatæ sunt Abbatiæ de Beatitudine, de Buellio, de Magio, & de Valle salutis.*

[1] In the County of *Mayo*.

Beside your *Fourness* in *Lancashire*, we have another Abbey of *Fourness* in *Meath*. *Joscelinus*, who writ the life of S. *Patrick* at the request of *Thomas* Archbishop of *Ardmaghe*, *Malachias* Bishop of *Downe*, and *John Cowrcie* Prince of *Ulster* (for [m] so he calleth him) was a Monk of *Fourness*, (and so he is also called by *Joh. Fordon* in *Scotichronic.* lib. 6. cap. 2.) but to whether of both Abbeys he belonged, I cannot certainly determine; neither yet what these *filiæ Fournesii* are, which you mention. *Domum fratrum minorum de Carrick* I find in the County of *Waterford*: *Capellam de Caldragh Walliaghe* in the County of *Roscommon*. The Abbey of *Fermoy* is in the County of *Cork*, belonging to the Lord *Roche* (aliàs, *de Rupe*) who is also called *Lord of Fermoy*. The first we find so called, is *David fil. Alexandri de Roch, Dominus de Fermoy*, in a plea *anno* 39 *Edw.* 3. In another Plea *anno* 8 *Edw.* 3. there is mention made of an Instrument of this *Alexander Roch* to this effect: *Notum sit omnibus, quòd ego Alexander filius Hugonis de Rupe, dedi & concessi Deo, & Monasterio S. Mariæ de Ponte de Fermoy & Canonicis sub regulà beati Augustini ibidem deservientibus pro salute Domini Johannis Regis Angliæ*, &c. *locum ipsum ad Monasterium construendum assignatum & ipsam villam de Ponte &* [n] *castellum & ipsum pontem cum octo Carrucatis terræ arabilis*, &c. *Monasterium de Ines & de Korkumrow* in the County of *Clare*. *Monasterium de Enesnelaugh* in *Tipperary*. These I guess to be the same that are mentioned in the Register of *Fourness*-Abbey. But where *Galanga* or *Mons S. Dominici* was, I can by no means learn, unless it should be *Knockdonoghe* in the County of *Wexford*; which as I dare not affirm, (especially because it is a little too far in the land, whereas *Giraldus* saith, it does *imminere mari*) so I may be bold to say, that it took the name, not *à Dominico Calaguritano*, (who lived after *Giraldus*) but *à S. Dominico Ossyriensi*, of whom *Giraldus* speaketh other-where: (in Topograph. Hibern. distinct. 1. cap. 5.)

[m] *Johannis de Kowrcy Ulidiæ principis, qui & illam debellavit*, saith he.

[n] See whether this be your *Castrum Dei*.

The first in whom I find mention of *Congellus*, is *Jonas*, who writ about the year of our Lord 626. for thus writeth he of *Columbanus*, in his life: *Dedit deinde operam, ut Monachorum necteretur societati, ac Monasterium, cujus vocabulum est Benchor, petiit: in quo Præsul virtutum ubertate cluebat beatus Congellus*, (al. *Commogellus*) *egregius inter suos Monachorum pater, quique & religionis studio, & regularis disciplinæ cultu præcipuus habebatur. Joscelinus*, cap. 97. bringeth in S. *Patrick* prophesying of him in this manner: *Divertit* (saith he) *ad quendam monticulum non longè situm à valle, in quâ postea constructum est Benchorense Cænobium*: Et, *annorum*

sexaginta, inquit, *circulo completo nascetur quidam filius vitæ nomine Congellus, quod interpretatur, pulchrum pignus. Erit enim dilectus Deo & hominibus, atque ob morum meritorumque plenitudinem intendens prosperè procedet & regnabit cum Christo inter ipsius pignora computandus. Ipse in loco luce præostenso Ecclesiam Sanctorum ædificabit, in quâ innumera filiorum lucis & vitæ agmina Christi servitio mancipanda coadunabit.* Then, after a relation of *Benchor*, (taken in a manner *verbatim* out of *Bernard*) he concludeth ; *Antiqua Benchorensis Ecclesiæ nobilitas luculenter descripta est in sanctorum actibus, Comgelli primi Abbatis illius loci, & Malachiæ Pontificis, & Apostolicæ sedis Legati in Hibernia.* My nameless Author addeth further touching this Monastery of *Benchor*, (the ruins whereof yet remain in the *Ardes* in *Ulster* :) *Hoc olim destructum à Piratis, qui ferè omnes Ecclesias & libros totius Hiberniæ destruxerunt & combusserunt, Malachias reædificavit. Ferunt namque nongentos Monachos simul unâ die à Piratis in eodem occisos. Non est autem putandum, ut quidam æstimant, propter aliqualem similitudinem nominum & rerum gestarum, hoc esse quod Beda dicit in 2 lib. de Gestis Anglorum, & Henricus Lincolniensis Archidiaconus de conversione gentis Anglorum, nam illi Monachi erant de Monasterio Bangorensi in Britanniâ, isti de Monasterio Benghorensi in Hiberniâ ; illi interfecti ab Ethelredo Rege Northumbrorum juxta Leicestriam, isti in Monasterio suo à Piratis in Ultoniâ, illi mille ducenti, isti nongenti.* Hæc ibi.

And thus having said somewhat unto those matters which you propounded : I have little else at hand worthy the advertisement, unless you would take notice of the new County of *Wicklow*, and the new City of *Derrie* (by *Loughfald*) lately erected by his Majesty. Other news come not at the present to my mind : and matters of Antiquity the suddenness of this warning, together with the multiplicity of the business, wherewith at this present I am encumbred, will not permit me to search after. Only for the place of *Eginhardus* (pag. 761. of your Book) I thought good to signifie, that in the Author I find it not : But in another Author of the life of *Carolus* M. set out by *Pithæus* we read : *Classis Normannorum Hiberniam Scottorum insulam aggressa, commisso prælio cum Scotis, innumerabilis multitudo Normannorum extincta est, & turpitèr fugiendo reversi sunt.* So likewise Author *Annalium Fuldensium* anno 812. *Classis* ° *Danorum Hiberniam aggressa, à Scotis prælio superatur.* Regino anno 812. *Classis Normannorum Hiberniam insulam aggressa ; commissoque cum Scotis prælio, multi ex eis interfecti, cæteri fugâ lapsi sunt.* And before all, *Adelmus Benedictinus*, the Author of the Annals of the Kings of *France*, (falsly

° *Dani* and *Normanni* the same.

counted

* Hinc transcriptum (ut reliqua authoris hujus omnia) in appendice Aimoïni lib. 4. cap. 100.

counted by *Andreas Velleius* to be *Adhemarus*) *Classis Normannorum Hiberniam Scotorum insulam aggressa; commissoque cum Scotis prælio, parte non modicâ Nordmannorum interfectâ, turpitèr fugiendo domum reversa est.*

I send you here a breviate of the getting of *Ireland* by Englishmen, and of the decay of the same; to the end that I may learn of you, whether it be the same that *Patrick Finglas* wrote, or no.

I would also desire a note of the Constitutions of the Irish Synod, whereof you spoke unto me; and a supply of the sixth chapter of the second book of the Conquest of *Ireland*, written by *Giraldus*; for in your edition the Bull of *Adrian* III. is wanting, which I have seen in *Johannes Rossus de Coronis regno Angliæ annexis* (in Mr. *Thomas Allen*'s Library, whose kindness in these matters I can never forget) cited out of *Giraldus*. Sir *Robert Cotton* made half a promise of some Manuscripts unto our Library: if he would be pleased to spare *Wickliffe*'s *Homilies* and his *Lanthorn of Light*, with another Volume, wherein the examination of *Thorpe* is, it should very gratefully be accepted. But of the copy of two Epistles, which concern the consecration of the Archbishop of *Dublin*, I challenge to my self an absolute promise: whereof I pray you put that worthy Knight in mind. When I shall hear further from you both, I purpose to take some order for the conveyance of my *Boston* unto you. Your letter (if at your leisure you will write any thing hither) may be left with Mr. *Cutts* at the sign of the Frying-pan in *Cheapside*. And thus, remembring the commendations of your friends here, especially Capt. *Leonel Ghest* (some time your scholar) and my Cousin *Molyneux* (who hath sent you here enclosed the note of a Record of the Earldom of *Ulster*) I rest

From the College at *Dublin*, Octob. 30. 1606.

Yours in all kind affection,

James Ussher.

In *Dundalk* you may note, that *Richardus Armachanus* (who in the Country is commonly called S. *Richard* of *Dundalke*) was there both born and buried: his Monument there was not long ago by the unruly Soldiers defaced.

LXII. G. Cam-

LXII.

G. Camdenus Francisco Sweertio.

E*ffigiem Lipsianam*, quam misisti, clarissime Swerti, accepi, inter ceimelia reposui, & subinde non sine acerbissimi doloris sensu intueor, ex quo illum literarum damno denatum audivi. In simulacro enim illo vultûs imbecillo mentis Lipsianæ formam æternam, suis ipsius moribus expresse signatam, videre videor. Sed optimum virum hujus vitæ scopulos, syrtes, & vada prætervectum, ex hoc miseriarum oceano in portum delatum, sacro cœlestique cœtu exceptum, laude & admiratione non lachrymis prosequamur. De hâc effigie, ut tuæ humanitati multum debeo, ita longè plurimum de propensâ & prolixâ illâ tuâ in me benevolentiâ, qui ambabus quasi manibus de me & meis studiis benè merendi occasionem arripueris, datis in meo negotio ad Cl. Velserum literis: cujus benevola in me voluntas & magnum mihi gaudii cumulum attulit, & in perpetuum ita devinxit, ut nihil mihi fuerit antiquius, quam ut gratissimus erga ipsum cognoscar. Interim cum Paulo Merulâ de Geographico illo Velseri codice agam. Petrum Manlium *de antiquitatibus Basilicæ S. Petri* nondum vidi, & jam primum audio. Solummodò memini quædam antiqua Epigrammata è Basilicâ S. Petri descripta, & Comitis Palatini bibliothecâ reperta, Gruterum vestrum in Antiquarum Inscriptionum appendice nuper edidisse, & ex illis Baronium unum & alterum protulisse.

LXIII.

G. Camdenus Jodoco Hondio.

Mi optime Hondi,

LIteris, quas jampridem ad me dedisti, innuisti Joannem Speed, virum in Chronographicis, apud nos summè industrium, novas tabulas Comitatuum Angliæ moliri: & te Sculptore usurum.

Hoc

Hcc idem jam ipse mihi significavit, & tabellas, quas tibi missurus est, sanè graphicè descriptas ostendit, simul ut ipsum tibi commendarem, obnixè rogavit. Quod & facio, & ita tibi commendo, ut quanquam minimè diffidat, quin suâ ipsius causâ omnia sis facturus, abs te tamen hoc peto, si quid in te superest amoris erga me, id in ipsius negotio ostendas, opusque tam boni viri arte tuâ & cælo, quo excellis, promoveas; quod tibi de his studiis optimè merito honori sanè cedat permagno. Ego verò ipsi, quantum potero, nec consilio nec auxilio deero; nomine meo an utatur, ipse viderit, ego honori non velifico. Vale, mi optime Hondi, & à Camdeno tuo salve, qui te amat & æstimat. *Londini* xxvii. Aprilis.

LXIV.

G. Camdenus P. Merulæ.

UNiversalis *Cosmographiæ* tuæ libros, Cl. Merula, eruditâ varietate conditos, te dignissimos, & qui perpetuò futuri sunt tui, magno cum fructu serio evolvi, & jam lubens de illis & honorificâ mei subinde mentione merito tibi, quas possum, gratias ago maximas. Ut cumulatiores autem habeam, à te non dubito petere, quod mihi petendum pro Britanniâ meâ, quæ jam denuo prelum subitura. In libro iii. partis secundæ & cap. xix. *Universalis tuæ Cosmographiæ*, pag. 482. laudas codicem membraneum Cl. V. Marci Velseri, in quo *notitia utriusque Imperii*, *Itinerarium Antonini*, & alia quædam conjuncta. Egi cum illo Cl. Patricio Augustano per amicum, ut variantes ad Notitiam & Antoninum lectiones, quantum ad Britanniam spectat, mihi adnotaret. Rescripsit ille, *Membraneus apud me Antonini nullus codex est. Tabulam Itinerarii Camdenum vidisse nullus dubito. Præterea, libellum quendam Geographicum misi ad P. Merulam, cujus usum Camdenus facili negotio impetrabit.* Impetret ergo mihi tua humanitas variantes illas lectiones, si in illo sint Geographico, quem à Velsero accepisti, Antoninus & Notitia, vel si quid aliud, quod ad Spartam meam ornandam faciat, tibi plurima legenti obiter occurrat: & ego hoc tuum beneficium, quod solum possum, remunerando cumulandoque illustrare conabor. Vale, Vir Cl. & salve à Camdeno tuo, cujus in te omnia necessitudinis officia perpetuò constabunt.

LXV. Gulielmi

LXV.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Would have written to you long ſince, if I had any thing worthy the ſending you. I was adviſed to put you in mind of a letter which M. *de Thou* wrote you, when he ſent you the laſt volume of his Book, whereof he did never yet receive any anſwer. He deſired, as I remember, to have your advice in ſome points of our Engliſh Hiſtory. If you received not, or have loſt the letter, you were beſt to write him of it, or elſe if you write to me, I will tell him of it.

Monſieur *Caſaubon* hath two pieces coming forth, but neither of them yet finiſhed, *Polybius*, and another *de libertate Eccleſiaſticâ*, at the inſtance of the *Venetian* Ambaſſador: and although their difference be compounded, yet it goeth forwards, and there is great expectation of it.

Here is not any news ſtirring, ſave of the ſevere reſearch of thoſe who have had the King's money in handling, out of whom it ſeemeth, that the King purpoſeth to draw as great a confiſcation, as they ſay here, that the King of *Spain* had lately of thoſe who had the diſpoſing of his Revenue: which hapning both thus immediately after one the other, confirm the opinion of the power of the ſtars, as if ſome malignant Planet for this kind of people were now in domination. I ſend you herewith divers little books, whereof one is ſent you by Mr. *Hottoman*, that was heretofore Secretary to the Earl of *Leiceſter*.

Thus for the preſent I commit you unto the protection of the Almighty, with the offer of my ready ſervice in any thing you ſhall have occaſion to employ it.

Paris 4 June, 1607. *Your aſſured friend to command,*

Will. Becher.

LXVI.

Joannes Isacius Pontanus G. Camdeno.

JAmdiu est, Clarissime Camdene, cum me animus movet, ut te literis meis ex intervallo compellarem. Facio ergo, idque duplici modo oblatâ occasione. Prior latorem harum tangit, eruditum ac nobilem adolescentem, Ernestum Brinchium Hardevicenum, amicum & familiarem meum, qui perlustratis variis Germaniæ, Galliæ, ac Belgii oris atque Academiis, Angliam etiam nunc vestram videndi, virosque in eâ doctos & claros conveniendi novo & honesto igne accensus, non videbatur mihi inter cæteros idoneori, sive in omni studiorum genere doctrinam, sive exinde ingenii claritudinem ac dignitatem spectem, posse quam ipsi tibi commendari. Tu, vir maxime, vel causæ nomine favebis & amplecteris juvenem tibi omnibusque bonis singularitèr deditum. Hæc prior; altera scribendi occasio me spectat, & hoc, quod addidi, literarium munusculum. Est illud, ut indicat titulus, *Iter Galliæ*, & maximè Galliæ Narbonensis. Quod dum carmine mihi & Musis cecinissem, nescio quo porro impetu raptus, addidi locorum urbiumque illustrationem aliquam Chorographicam, emblematis Philologicis variè interstinctam, idque potissimum, sicubi, post priores, locus offerebatur aliquid censendi amplius: dumque id ipsum ago, facere nequii, quin aliquid de linguâ simul Gallorum veteri sparsim intercurrerit, quo factum, ut seorsim & ultimo loco uberius ac certius nonnihil de eâdem, additâ *Glossarii Prisco-Gallici* diatribâ, prodere tentaverimus. Quæ cum ejusmodi sint, quæ tuum præcipuè tribunal spectent, meritò etiam ad te veniunt, tuamque sententiam poscunt. Sed eam dixi, inquies; fateor, & si quam aliorum, eam quam proximè accedo; sed ita, ut cum Tacito quidem omninò censeam, Britannorum Gallorumque sermonem haud multo olim fuisse diversum, modo concedatur vicissim, teste eodem Tacito, Britannorum eorundem sermonem olim etiam (sicut hodiéque) dialecto tantummodo deviasse ab Æstiorum, id est, Germanorum ipsorum idiomate. Taciti ipsius verba prolata sunt in prolegomenis Glossarii, ubi & illorum obitèr sententiam tetigi, qui Aremoricorum & Cambro-Britannicorum idioma peculiare, & novam habere

habere matricem, præter rationem, augurati sunt. Quod ut ostenderem, etiam retexere eorundem Aremoricorum orationem Dominicam, eandemque cum Cambro-Britannicâ contendere, atque utriusque cum Theutonibus, tam in phrasibus quam ipsis voculis, manifestam analogiam atque affinitatem ponere ob oculos omnibus annisus sum. Nec Scaligeri nostri censuram tacui, qui licet disertis olim verbis Gallorum idioma vetus Theutoniæ proximum asseruit, ut patet Itinerarii nostri pag. 87. nunc tamen abire & vacillare videtur eâ, quam præfiximus itinerario, epistolâ. Verum obviat ibidem, sed obitèr, nostra ad lectorem præfatiuncula. Causam vacillationis postmodum utcunque odoratus sum, sed alibi, quàm hoc loco, commodius referendam. Ne itaque nimius videar, & gravioribus etiam occupationibus tuis intempestivè obstreperus, vela contraho, unicum hoc adjiciens, tuum si judicium hac occasione communicaveris, meque in album etiam tuorum arctius arctiusque receperis, magni beneficii loco habiturum. Datum *Hardevici Sicambrorum*, xii. Julii ∞. iↄ. c. vii.

Tibi addictissimus,

Johannes Isacius Pontanus.

LXVII.

Nicolaus Roscarroccus G. Camdeno.

UNderstanding, good Mr. Clarenceulx, that your *Britayne* is at this present in printing, and ready to come forth, I thought fit, in a small shew of our ancient love, to give you notice of two escapes in the last edition. The one in *Cornwall*, where you make S. *Columbanus*, a man, to give name unto S. *Columbes* : whereas in truth it taketh name of *Columba*, a woman-Saint, who was a Virgin and Martyr, whose life I have in my hands translated out of Cornish; besides, the day of her Feast differeth from the Feast of S. *Columbanus*, or S. *Columba*, the Scotish or Irish. The second is an Inscription, which you have of the two *Philips*, which you had at *Thoresby* in *Cumberland*, in which you were misinformed both for the fashion and form of the stone, being four times as long as broad, tho' my

Lord *William*, who hath it now, with a great many more, in his garden-wall at *Naward*, where he would be glad to ſee you to read them, has made it ſhorter: as alſo for the lines and letters, which I have ſent you here encloſed, drawn out by our good Lord's hands; and would have ſent you ſome more, but that we think it too late, and that you mean not to over-charge your book with too many of that kind. I alſo ſend you here an Inſcription, which my Lord found out in a Croſs in a Green before the Abbey-Church of *Lanner-coaſt*; which tho' it be ſince the Conqueſt, yet it is for the rareneſs of it not to be contemned, if you have any occaſion to ſpeak of the Croſs of *Brechſtel*. I aſſure my ſelf, the inſcription of one ſide is, *Hubert de Vaux*; the rather, for that the checky-coat is above that on the ſame ſide; and on the other ſide the name of the Ermit that made it: and I can in no ſort be brought to think it *Eborax*, as I perceive you have been advertiſed. And now that you would give me leave from Croſſes to fall acroſs you, I beſeech you conſider, whether you in *Staffordſhire*, p. 519. or *Capgrave* in the life of S. *Bertelme*, be more extreme; You in terming him *minorum gentium Divum*, or He in making a King's ſon ſo great a Saint and Miracle-worker. In this kind I could be longer, but it needeth not, for that you, out of your love and friendſhip, will, I hope, pardon me, and make uſe of it. Commend me, I beſeech you, moſt heartily to your good ſelf, and remember my ſervice to the good Knight Sir *Robert Cotton*, when you chance to ſee him, and requeſt him to conceive no unkindneſs of my boldneſs, upon his own offer, to take his *Capgrave*, *Joceline*, and another written book of that argument, with me unto *Naward*. If he would have them, I will moſt willingly ſend them whenſoever he pleaſeth. If you chance to ſee our old friend Mr. *Henry Ferrers*, I beſeech you tell him, that I live, remember, and love him. And thus, craving pardon for my boldneſs, I commit you to God's protection, and do ſo reſt.

Naward Aug. 7. 1607. *Yours*,

Nicolas Roſcarrock.

LXVIII.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

IT is ſome time ſince I received yours of the 30th of *June*, and accordingly I ſpake with Monſieur *de Thou*, and told him the occaſion of your not writing, which he accepted of. He and M. *Hottoman* attend both impatiently to ſee your *Britannia*. M. *de Thou* hath publiſhed another little piece of his Hiſtory, which I would have ſent you by this bearer, but that M. *de Thou* hath given order to ſend you one himſelf. The books of *Garnet*, which you gave Mr. *Norton* for my Lord, M. *Hottoman*, and me, were not received. I have ſeen one of them in *Latin* here, which bore your name. We expect here ſhortly to come forth a *Tacitus* in folio, very fair, with all the Comments that were written upon him of any value.

The worſt news that we have here is the extreme failing of the Vintage this year, almoſt beyond example, expected in all their quarters hereabout. And yet the flux doth exceedingly reign, which uſeth to be a misfortune of years abundant in fruit.

The King hath been ſick of it this ſummer, and the Queen very lately eſcaped a dangerous ſickneſs of it. My Lord Ambaſſador hath had a little touch of this diſeaſe: and there is dead of it lately one Monſieur *Maiſſe*, one who was once Ambaſſador in *England* extraordinary, and a very worthy Councellor of this Eſtate.

The old Chancellor, Monſieur *de Believre*, is dead lately, and M. *de Sillery* in his place, who was more than half poſſeſſed thereof by that of *Gard de Seaux*, which he had before.

This year, tho it hath proved troubleſom to the King in gouts and incommodities, yet he is likely to be fruitful in children, as in times paſt. For beſides the Queen, who is with child, he hath at this preſent very great Madam *des Eſſars*, who was in *England* with Madam de *Beaumont*, and the Counteſs of *Moret*.

Of foreign matters, we hear out of *Spain*, that the Queen is brought to bed of a Son at eight months, and that the *India* Fleet is come home.

Thus

Thus for this present I commit you to the protection of the Almighty, being able only to pay you with my wishes of long life and happiness unto you for so many real obligations. From *Paris* this 9th of October S. N.

Your most assured friend to do you service,

Will. Becher.

LXIX.

Casp. Dornavius G. Camdeno.

Clarissime & generose Domine Camdene, Fautor & Amice officiosissimè colende,

QUI è Platonis convivio abscedunt, altero quoque die redire expetunt. Ego è tui alloquii & amicitiæ commercio dimissus, ita teneor illis tuis doctrinæ virtutisque cupediis, ut tecum ætatem agere & extremum senectæ spiritum velim. At obsint murus ille maris infidus, & quæ alia retinacula. Verum enim verò simus unà mentibus, dum corporeâ mole non licet: ascendamus mutuiter Pegasum hunc literarium, & solemur nos gratis hisce contesserationibus. Ego tecum paria faciam sedulitate, promtitudine, & quod palmarium est, amore. Statum meum in tranquillo esse scias. Postquam enim æquor aliquoties enavimus, devoratis viæ tædiis, ad meos me recepi; & ne nescias, in bellæ nunc uxoris gremio, quando placet, requiesco. Ac ne dubites, hem tibi γαμήλια nostra musica, quibus sacrum meum nuptiale honorarunt amici, diverso genio & ingenio. Nihil nunc est præ manibus aliud quod mittam. Si quæris amplius de vitæ conditione, en accipe. Invitabat me Aula Cæsarea plenis bullis ad suum splendorem. At Deus, siste, inquit, te; & in umbrâ hâc scholasticâ te exerce. Quid faciam? Refragari Deo sic vocanti blasphemia est. Ideoque ut nunc sunt in aulis undique parietes caduci, huic Reipublicæ Gorlicianæ in Lusatiâ operam meam condixi; & in illustri Gymnasio doceo Ethicam & Historias, loco stipendioque honestissimo, meo Æsculapio interea suas quo....... Nunc in istâ umbrâ aliquid moliemur; & secuturo sub ocio, Galliæ itinerarium

itinerarium dabimus in ſpem frugis uſuſque noſtrorum Germanorum: deinde & veſtræ Angliæ, Belgiique. Opus hic erit Camdeno. In ſyllabo Francofurtenſi nondum vidi *Angliam tuam.* Sed heus, mi Camdene! Auſimne ego fronte apud te commaſculatâ quidquam petere? *Angliam tuam* ad me mitti, tuâ cum nominis inſcriptione, ſed manu propriâ, quam ego loco κειμηλίου, monumentum noſtræ amicitiæ, ſervabo in Bibliothecâ meâ. Nolim hoc dono accipere, ſed retaliabo viciſſim alio modo, ne quidquam facias diſpendii. Illud mittere digneris per Bibliopolam veſtrum Francofurtum, deponique apud Ludovicum Konig ibidem, Bibliopolam Baſilienſem. Eâdem viâ poſſumus unâ literas commutare ſingulis ſemeſtribus, nundinis Francofurticis; uti nunc rationem tibi indigitavi. Fiet hoc ſine multo tum ſumtu, tum temporis impendio: atque hic eſto terminus. Deus tibi, mi Camdene, ſervet crudam viridemque ſenectam; mihi vero tui amorem, quem ego tibi æternum. V. Gorlici Eid. Martias ſt. Gr. an CIↃ. IↃC. IIX.

Tui obſervantiſſimus,

Caſpar Dornavius, *Philoſophus & Medicus.*

LXX.

Joannes Jonſtonus G. Camdeno.

PEtrus Hiennius Danus Londino rediens ſuperiore anno reddidit literas tuas mihi multo jucundiſſimas, Vir clariſſime, in quibus claras præfers notas conſtantis animi ſtudiique erga me tui: quo nomine gratiam tibi habeo, deque me idem tibi per omnia perſuadere potes. *Urbes Britanniæ*, quas amicitiæ pignus tibi dicatas miſeram, placuiſſe tibi gaudeo, qui unicè & penè unus queas de iis judicare, qui illis ipſe vitam quodam modo, certè lucem nitidiſſimum contuleris. *Britanniam tuam* doctiſſimi quique apud nos videre eo magis nunc expetunt, quod intelligant te in *Scotiâ* noſtrâ illuſtrandâ diligentiùs elaboraviſſe. Scripſit ad me amicus quidam Londinenſis, *Britanniam tuam* excuſam typis eſſe; addit quoque idem de Urbibus noſtris, ſed quâ formâ & modo illæ editæ ſint, non declarat. Sed neque Britanniam tuam videre hactenus licuit, quanquam diligentèr eam per-

pervestigari apud bibliopolas nostros curaverim, qui mihi editionem anno 94. quam antea dudum habueram, miserunt. Quare à te ipso de Britanniâ tuâ & Urbibus nostris certiora expecto per hunc egregium & probum adolescentem, Alexandrum Melvinum, affinem meum charissimum; atque peto abs te, ut tuâ operâ exemplar Britanniæ tuæ, si fortè adhuc non prostet publicè vænum, mihi per eam procuraretur mittendum, qui solutionem meo nomine præstabit. Urbes nostras nostri quoque homines in lucem dari optant: sed cum earum dominium (ut loquuntur Jureconsulti) in te transtulerim, & tui sint juris, tuum erit pro arbitratu tuo de iis statuere, tibique jus novum facio pro judicio tuo mutare, quod tibi videbitur in illis, præcipuè in Angliâ vestrâ: nam profiteor ego in illis te ducem me sequutum fuisse, ac proindè ultro patior me amplius duci abs te & dirigi. Quod si visum erit tibi eas in publicum dare, optarim eas formâ & charactere augustiore procudi, ut quam gratiam à me exspectare non poterant, à typis & tuâ curâ mereantur. Vide quàm te familiaritèr utor, fretus humanitate erga me tuâ atque amicitiæ jure, ad quam ipse aditum facilè & benignè mihi fecisti. De me deque meâ valetudine cognosces ex hoc nostro: cum eâ enim mihi perpetua lucta fuit ex eo tempore, quo literas ad te dedi per Petrum illum Danum, adeò ut non semel mihi mors ob oculos posita fuerit; ex quâ visum est Domino miraculo præter omnium exspectationem me eripere, & hactenus conservare. Benedictum sit sanctum Dei nomen in secula. Jam causam intelligis nimis justam diuturnæ cessationis meæ in scribendo, & facilè ignosces. Benè ac felicitèr vale, Vir clarissime, in Christo Domino. Ex Academiâ Andreanâ iv. Eidus Aprilis, anno CIↃ. IↃ. CVIII. Porro exemplar alterum harum literarum ad te dederam per civem quendam nostrum Londinum proficiscentem, quem audio tamen aliorsùm vertisse iter. Iterum vale.

Tibi in Christo addictissimus,

Johan. Jonstonus.

LXXI. *V. doctissi-*

LXXI.

V. Doctissimo Gul. Camdeno Jac. Aug. Thuanus *S. D.*

HAS per manus D. Bongarsii accipies, viri mihi amicissimi, cujus nec opinata ad vos profectio effecit, ut in respondendo ad tuas Novembri præterito datas sim brevior. Eæ mihi seriùs redditæ fuerunt, quod excusationis loco dico, si citiùs ad te non scripserim. Ago gratias pro animadversionibus in nostras historias ad me missis, quæ fidem faciunt, te legendis iis tempus impendere, inter tot meliores occupationes, minimè grave duxisse. Quod ad locum de lapide Indico attinet, amicè facis, qui me de eo tam clementèr admonuisti; & in bonam partem semper accipiam, quicquid à te hujusmodi proficiscetur. Id jam ex eo ipso Fernelii loco, quem innuis, animadverteram, ut ex editione tertiâ primæ partis ante annum publicatâ tibi constare poterit, in quâ totum hoc omissum est: postea rescivi, literas, ex quibus narrationem illam desumpseram, à Pipino Fernelii ipsius Archiatri tunc regni suggestione in castris ad Bononiam scriptas, ut Mizaldo, qui *de occultis naturæ miraculis*, collectâ ex famâ & rumusculis undique materiâ, incautiùs, ut ipsi videbatur, scripturiebat, per eas imponeret: quod tamen exitu caruit. Nam Mizaldus in complusculis eâ de re tractatibus nihil tale scriptis mandavit. Ad *tuam Britanniam* venio, opus omni meâ prædicatione majus, in quo fidem, diligentiam, judicium, & candorem simul licet admirari, quantum in nullo alio, qui simile opus aggressus sit. In Hibernicis jam multum profeci, & porrò me profecturum sentio, si quando novissima nostra edentur; quod per horum temporum, hoc est, hominum, qui nunc ubique rerum potiuntur, iniquitatem vix spero. Utinam quæ vestra sunt, & ad universam Britanniam spectant, pari compendio & simplicitate scripsisses. Sic enim factum esset, ut temperamentum, quod in Scoticis à me quidam fortasse sunt desideraturi, tuis vestigiis insistens, faciliùs secutus essem, & in vestratium Magnatum offensionem, quam vitatam cupiebam, non incurrissem. Sed cum neminem haberem præter Buchananum, necesse mihi omninò fuit seriem illius tragicæ narrationis, per alios eosque religioni Protestantium minimè addictos antea

adprobatæ, petere: cæterùm omni insectatione omissâ. Quanquam valdè vereor, ne vel solâ ac nudâ mentione tam indignæ cædis ii exacerbentur, qui adeò Buchanano infesti sunt. Cæterùm ita sibi potentiores persuadere debent, si omnia sibi licere putant, licere quoque omnibus de ipsorum dictis factisque liberè loqui & scribere. Et verè generosè Maximilianus II. Imperator, cui cum literæ Lazari Schuendii & Joannis Cratonis, qui in ejus commeatu in summâ auctoritate erant, ab Augusto Saxone Septemviro interceptæ ostenderentur, quibus illi mirâ libertate de ipsius moribus ac totius Aulæ Cæsareæ ingenio loquebantur, pensitatis diu illis hoc unum respondit, *ut vivimus, ita de nobis præsens ac futura ætas sentit ac loquitur.* Nimirum dura est provincia, quam sibi historiam scripturus imponit, si fide incorruptâ officio defungi cupit, quippe qui lege historiæ obligetur, non solum, ut nihil falsi dicat, sed etiam ut verum audeat dicere. Verum hæc missa facio, quæ tute scis ipse melius; & iterum pro misso ad me tam egregio munere gratias ago. Nova editio nostrarum Historiarum sub prælo est, cui XXIII. libri accedent, ut omnino XXC. efficiantur; reliqui XLV. qui superant, alia tempora, alios mores postulant. Vale, & me, quod facis, ama, & cum otium erit, rescribe. *Lutetiæ Parisiorum* Eidib. April. cIↄ. Iↄc. viii. stilo novo.

LXXII.

D. Guil. Becherus G. Camdeno.

SIR, ...

YOur books are now some time since arrived, God be thanked: the cause of the long stay thereof hath been, that the River was frozen. I have delivered them all, with your letters, for which they mean to give you thanks in their own answers.

I have given Monf. *Bongars* this letter, to serve only for an address to find out your lodging: for since you are acquainted, as I understand by him, I know there needs no other commendation than his own worth, to dispose you to do him any kindness that you may: yet if you please to let him understand, that the kind offices, he hath done me, have in part obliged you, you shall do me much credit and favour. He maketh a Platonical Voyage, whereof the chief occasion is

is to ſee the Univerſities, and ſearch our Libraries. I have ſent you herewith a book made by Monſieur *Caſaubon*, toward the latter end of the ſtirs between the Pope and the *Venetians:* but the impreſſion of it was ſtopt at that place where you find it abruptly break off, by command from the King.

Paris 13 April, 1608. *Yours moſt aſſured to do you ſervice,*

Will. Beecher.

LXXIII.

J. Hotmanus G. Camdeno.

Monſieur,

J'Eſtime grandement le preſent que vous m'avez fait, tant pour l'excellence de l'ouvrier & de l'ouvrage, que pour ce que c'eſt un teſmoignage de l'amitiè qu'il vous plaiſt de me continuer : laquelle je priſe encore plus que tout,& m'en ſens vôtre obligé ; marri de n'avoir rien ici pour maintenant, qui puiſſe non pas vous égaler, mais approcher le merite du don, que vous me faites. Je l'ay fait voir à Monſieur le Fevre (Nicolaus Faber) Precepteur de Monſeigneur le Prince de Condé, à Joſias Mercerus, & autres perſonnages tres doctes de ce lieu, qui tous en font pareille eſtime, diſans, que vous vous eſtes ſurmonté vous meſmes en cette derniere edition : laquelle *les tables & cartes Geographiques* ont infiniment embellié. Auſſi M. Caſaubon l'a voulu voir, & m'a prié vous ſaluer de ſa part ; & vous prier, qu'il puiſſe avoir part en vôtre amitié. Je ne di rien de Meſſieurs de Thou & de Boiſſiſe, leſquels vous eſcriront, comme je m'aſſeure. Et d'autant, Monſieur, que le porteur de la preſente eſt Monſieur Bongars, l'un de plus rares hommes en ſcavoir, experience, & pieté, que nous ayons aujourd'huy en nôtre France, & qu'il à deliberé de vous voir & communiquer avec vous, n'allant par dela que pour le ſujet des bonnes lettres ; je ne me veux eſtendre d'avantage pour vous conter des nouvelles de ces quartiers, deſquelles vous fera part. Seulement je vous offre mon tres affectionné ſervice, &

N 2 vous

vous ſupplie de croire, que parmi tous les admirateurs de vôtre vertu, vous n'avez aucun plus affectionné ami, que

Monſieur,

Vôtre plus humble & ancien ſerviteur, qui vous baiſe humblement les mains,

Paris xiv. Avril, 1608.

Hotman.

LXXIV.

Jo. Tumerius *ornatiſſimo & doctiſſimo Viro*, D. Gul. Camdeno *S. D.*

B*Ritanniæ tuæ* novum exemplar unà cum literis tuis amantiſſimè ſcriptis reddidit mihi ill. Legati veſtri Amanuenſis. Munus cum propter opus ipſum variâ doctrinâ refertum, tum ob ſingularem benevolentiæ tuæ ſignificationem longè jucundiſſimum. Magni ſiquidem facio, doctiſſime Camdene, quod ego homo alienus, nullo merito nec beneficio tibi commendatus, animo tuo non exciderim. Me quoque juvat, ut ſcribis, meminiſſe vitæ apud vos perquam ſuavitèr actæ, dum convictu & familiaritate virorum, cum civili prudentiâ, tum bellicâ virtute, tum etiam literis præſtantiſſimorum, frui licuit. Nulla verò dies auguſtiſſimam & optimam Reginam è pectore meo delebit, ſed ejus eximias virtutes perpetuâ admiratione reverebor: cujus genio non minus ac ingenio tuo præclarum hoc monumentum debere puto. De quo & tibi & patriæ tuæ gratulor, quæ ſuum Varronem nacta, non eſt, quod Romanis origines ſuas invidere debeat. Hoc utinam exemplo fœcunda, quæ hic habemus, ingenia in evolvendis antiquitatibus noſtris operam navare vellent, quam multa eruerent, quæ nos ſcire non parum refert! Sed quod unum mihi nunc in promptu humaniſſime Camdene, gratias ago tibi quas poſſum ampliſſimas, tuæque voluntatis in me teſtimonium lætus amplector, cui me bonâ fide reſponſurum ſpondeo, & ſicubi dabitur occaſio, nullum erga te amiciſſimi hominis officium prætermittam. Vale, & nos amare perge. *Lutetiæ* Calend. Maii, CIƆ. IƆC. VIII.

LXXV. D. Gul.

LXXV.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

THE King is now at *Fountainbleau*, where he expecteth the Queens delivery, who is upon the time of her accompt. Here is some preparation for the expressing of joy, if she bring a Duke of *Anjou*: but it is here generally believed, that it will be a daughter, which I think hapneth, because they do not desire so earnestly another son, as they did the last: for you know the Proverb doth not say, that it is good to have three strings, but *to have two strings to the bow*. After the Queens delivery, the King doth very greatly threaten a voyage to *Provence*; but he hath talked of it so many years together, that now no body believes him: if he go, we shall be driven to follow him, which I am afraid will prove a troublesom journey, for they say he means to be a twelve-month out. This last week my Lord of *Essex* was invited by the King to *Fountainbleau*, whither he went to pass the time in hunting. I hear, that the King hath made him great demonstration of respect and kindness: from thence he goeth to the South-parts of *France*, and so returns back by *Geneva* and *Germany* to the *Haghe*; and, as I understand, purposeth to be in *England* about *Michaelmas* next.

Here is lately departed hence Don *John de Medicis*, the Queens Uncle, and, as it is said, upon very slight occasions: which is so much more to be wondred at, because he forsook a pension of almost thirty thousand crowns the year. He was entred some time since into great terms of despight with one *Concini*, an *Italian*, much favoured by the Queen, having married her most confident servant. During the time of their quarrel, *Concini* made some use of the Queens favour, whereat the other took great indignation: and tho they were afterwards reconciled, yet he seeing the other greatly supported, and namely, that the King and the Queen did him the honour to assist at the christning of his child at his house, he in great choler took his leave that evening.

LXXVI. *Doctissimo,*

LXXVI.

Doctissimo, ornatissimoque Viro, D. Guillelmo Camdeno Nic. Fabricius *de Petrisco S. D.*

MAlo fato, vir doctissime, factum est, ut epistolæ meæ sæpius ad te missæ perierint, haud magnâ alioqui jacturâ, nisi testimonium cultûs mei & affectûs erga te & nobilissimum Cottonum retardatum esset, (opprimi enim nequaquam poterat) & nummi quidam antiqui ad res Britannicas præcipuè spectantes, vobis fortasse nondum visi, quorum ectypos & plerumque etiam archetypos ipsis incluseram, intercepti fuissent, ut suspicari me cogit vestrum tam diuturnum silentium. Quod in vobis mirari satis non possem, quorum singularem in omnes benevolentiam atque eximiam tot in me collatis Londini beneficiis expertus sum, si meas ad vos literas non pervenisse, vel penitus intercidisse non crederem: quamvis D. Edmundi regni vestri ad Archiduces Legati, & notissimorum mercatorum operâ usus sim, per quos fidelissimè ut plurimum perferri soleant epistolæ. Sed hos adversæ fortunæ casus non semel subii.

Nunc autem, cum Palamedem Fabricium de Vallavensi fratrem meum germanum Parisiis commorantem de profectione in Britannias cogitare intellexissem, tenens quam optabam occasionem remittere nolui, nec eo ipsum sine literis meis trajicere permisi, quibus tibi præsertim constantissimum in me studium innotesceret, simulque illa tui admiratio, in quam ego jamdudum allectus sum, tum ex suavissimis lectissimisque sermonibus, quibus me Londini sæpius dignatus es; tum etiam eruditissimis ingenii tui monumentis, tuam non communium literarum politiorisque literaturæ experientiam atque in omni genere virtutis & ἐγκυκλοπαιδίᾳ præstantiam mente complexus. Velim itaque credas me nemini mortalium in tui observantiâ cedere. Sed si meam hanc voluntatem faventiâ tuâ complecti non dedigneris, idque non pigeat (ut te non rogo solùm, verùm etiam obsecro) literulis tuis pennâ illâ tuâ perpolitâ exaratis mihi indicare, sublimi feriam sidera vertice. Quod me jam impetraturum non dubito, maximè prædicti fratris mei præsentibus adjunctis precibus.

Cæterum

Cæterum prodiit nuperrimè elegantissimum perfectissimumque opus illud tuum *de Britannia*, pervenitque tandem ad nos exemplar unicum, maximâ præ cæteris numorum antiquorum vi auctum, doctissimisque tuis notis illustratum. In quo visis ambitiosis illis præconiis *doctissimi & perspicacissimi*, quibus non delector, quia meo me pede metior, & scio quam tenuis & arcta sit supellex mea literaria, cum doctis viris neutiquam conferenda: erratum in nomine fuisse magnopere gavisus sum, quod ex eo vix me quenquam agniturum sperem. Verum amorem erga me tuum hæc tibi quidvis aliud meditanti extorsisse ut libentèr agnosco, ita & gratissimo animo gratias agens immensas, etsi me tanto non dignor honore, hunc tamen studio colam sempiterno.

Porro cum silentio tuo jam diutius cruciarer, teque ad respondendum quodammodo provocare decrevissem, non opportuniùs id me facere posse judicavi, quam si hæc paucula, quæ mihi *de Britannicis tuis nummis* observare cursim licuit, ad te scriberem. Quod tamen exequi vix ausus sum: nam ob summam quàm justè habes à me venerationem, difficillimum sanè fuit præ timore, ne quid imprudenti mihi excideret, quòd tibi minus gratum foret. Sed tandem fretus illa, quæ semper eruditionis comes est, comitate & humanitate tuâ, reticere hæc minimè potui, animi gratiâ dicturus potius, quàm quod à te unquam dissentire possim, cujus sententiæ in his omnibus libentissimè semper accedam. Quæso igitur à te, ut hanc mihi des veniam, & patiaris, ut quæ de his sentiam tibi, quam breviùs potero, aperiam.

Et primo quidem de *Tasciâ* frequenti illo in antiquioribus nummis vocabulo, conjecturæ D. Davidis Powel mirum in modum placuerunt, quoniam & *Tasca* vernaculâ hâc nostrâ Provinciali idem ferè significat: portionem scilicet fructuum feudorum Dominis ab Emphyteutis quotannis persolvendam: sed conjecturis quia parcè indulgendum esse scio, probare omnino non auderem. Quod enim de numismate censûs tradunt Baronius & alii, nullum in totâ antiquitate, quod sciam, habet firmamentum; quin potius repugnant ipsi antiqua numismata, quotquot ex Oriente asportantur, in quibus facillimè distinguuntur ea, quæ, Romæ cusa, in eas regiones invecta fuerant, ab his quæ in singulis Palæstinæ & Syriæ civitatibus cusa sunt, Græcis Latinisque interdum literis inscripta, ipsisque adeo Impp. vultibus insignita, diversâ quidem formâ diversoque pondere, sed tamen eodem quo civitates ipsæ utebantur, antequam in Romanorum ditionem

ditionem venissent. Quod ex multis adhuc nummis Orientalibus, quos habeo, quosque passim vidi, comprobari facilè potest. Unde nullam unquam tributorum in his pecuniis signandis rationem habitam fuisse constat. Maximè cum inter tot varias inscriptiones, quæ in ipsis leguntur, nullam unquam Tributi notam nec in literis nec in symbolis ipsis invenire potuerim: quamvis monetæ varia nomina ΔΙΔΡΑΓΜΟΝ, ΑССΑΡΙΟΝ, & similia quandoque præferant. Quamobrem nec Britannos quoque tributi tantum causâ ullos signasse nummos opinor, sed pro publicâ monetâ, quæ in promiscuo usu inter ipsos foret, non secus ac Græcorum civitates liberæ, cæterique omnes populi, qui plenâ libertate ante Romani imperii magnitudinem fruebantur. Quos propriis monetis usos, satis superque testantur antiquiores Scriptores, ingensque nummorum copia, qui adhuc extant, in quibus maximam symbolorum varietatem etiam in ejusdem civitatis nummis cernere licet, quod & à Regibus similitèr factitatum est, quemadmodum apud Romanos. Adeo ut mirum videri non debeat, si varia symbola à Britannis Principibus populisque usurpata fuisse videamus. Quæ quidem ad tributa spectare non posse colligere licet, tum ex *Pegaso*, *Sphinge*, *aquilâ*, *& semilunulâ*, tum ex simulacris *Victoriæ*, *Apollinis*, *Jani*, aliorumque Deorum Dearumque, quibus cum tributo nihil prorsus commune intercedit. De Equestribus vero figuris, de *equo*, *tauro*, *apro*, atque etiam de *spicâ & arbore*, nil vetat, quin ad insignia peculiaria referri possint; cum his omnibus ad agri fertilitatem personarumque generositatem denotandam tota ferè Græcia maximâ gaudens libertate usa sit. Et de apro quidem certum est, quarundam Galliæ gentium proprium symbolum extitisse, atque ab ipsis in signis militaribus prælatum, quales plusquam triginta cernere licet in antiquis hujus Provinciæ monumentis, in quibus arma Gallica in varia trophæa congesta sunt: eademque *apri* insignia retinuisse sub Gallieno Legionem Italicam, quæ sæpius cum Gallicâ confunditur, ex ejusdem nummo argenteo, quem à D. Cottono accepi, videre est. Quemadmodum & inclinante imperio BATAVOS, JOVIOS, ASCARIOS, JUNIORES testatur Notitia Imperii Occidentalis, quos omnes Gallorum Celtarumque nomine censeri notum est. At aprum potiùs quàm porcum Britannicis Gallicisque nummis referri satis ex horrentibus setis apparet, multoque magis ex alio nummo argenteo, quem habeo, quique equestri figurâ belluam insectante venationem apri distinctè repræsentat. Verum utcunque sit, ægrè semper molesteque

que admodum fero, Sculptorem tuum monetariorum mentem nullo pene modo adſecutum fuiſſe, parumque nimis felicitatis adhibuiſſe, adeò ut longè alia quàm quæ in nummis continentur expreſſerit. Nam difficillimè profectò Imperatorum imagines agnoſci poſſent, ſi nomen adſcriptum non fuiſſet, ut de picturæ infantiâ narrat Ælianus. Idque magis me angit, quod timeam, ne tibi ipſi indoctis his ſuis picturis impoſuerit, virili capite in ſecundo *Cunobelini* nummo delineato, cum ex ectypi comparatione muliebri eſſe crinibus in nodum tortis, quemadmodum & in ſeptimo nummo, videatur: vel ſaltem ſi virile, *Belini* tantum ſeu *Apollinis* eſſe poſſe, quem muliebri interdum habitu fingere conſueverunt.

In octavo ut & in ſexto non rotas ſed clypea inſculpta eſſe crederem.

In nono & decimo C. VERATIC & COME potius quam CEARATIC & COM legi videtur. *Comii* autem *Atrebatenſis* varios nummos argenteos conquiſivi cum perſpicuâ inſcriptione COMIOS. ANDARTÆ Vocontiorum inſcriptiones duæ viſuntur in agro Deenſi, ſed *Victoriæ* nullum omnino veſtigium habent.

Decimi quarti nummi caput virile eſſe arbitror, non muliebre, fragmentum ſolummodo continere inſcriptionis SEQUANO. quæ planè ad *Sequanos* noſtros pertinet. Decimus nonus, in quo *Pegaſus* cum CAMU, victoriæ alatæ figuram ſtantem aversâ referre potius videtur, quàm virilem inter ſegetes.

In BRITANNICI nummo cum Græcè inſcriptus ſit, non facilè adſequor, quâ ratione ad *Etiminium* pertinere poſſit; quod ſi egmagma videre mihi liceret, genuinam fortè nummi inſcriptionem inventurum me ſperarem. Interea tamen videas quæſo, an ſcriptum eſſet ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Β. ΝΕΟΚΟΡΩΝ: quæ civitas *ratis* ſymbolo pecuniam ſæpiſſimè ſignavit. Habeo namque Britannici nummum æreum Alabandæ cuſum: non longè à Smyrnâ, cujus ectypon mitto, cum inſcriptione circa puerile caput, ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣ· ex aversâ verò parte Alabandi ſimulacrum cum literis ΑΛΑΒΑΝΔ. De Æliano ſimilitèr aliud ſentio, nimirum cum eodem loco ſit apud Trebellium Pollionem & alios *Lollianus*, qui apud Victorem & Eutropium *Ælianus*, non duos Cæſares aut Tyrannos, ſed unum ſolum, nec *Ælianus* nec *Lollianus* ſit nuncupatus ſed *Lælianus*, ut ex æreo nummo nobiliſſimi Cottoni didici, in quo legerem ego IMPerator Cæſar ULPius CORnelius LAELIANUS.

O Vides

Vides itaque, Vir doctissime, quousque nimia hæc mea dicendi libertas (si non potiùs impudentia dicenda sit) progrediatur. Invito certè mihi extorsit hæc summum, quo teneor, tecum disserendi desiderium, cui ignoscere velis vehementèr postulo.

Potuissem alia multa de plerisque meis Gallorum nummis adjungere, præsertim REMORUM, SANTONUM, SEQUANORUM, ARECOMICORUM, VOLCARUM, EBURONUM, *&c.* sed ne ultimos epistolæ terminos excederem, differre malui. Addidi tamen ectypos quosdam, unius nempe argentei cum inscriptione CALEDU. Quem Tu *Caledonum* esse, ni fallor, judicabis; sed cum juxta oppidum CALADIUS in hac provinciâ sit erutus, adsentire non potero. Alterius item argentei cum equestri figurâ, æresque cum apro & literis EBURO, quæ ad *Eburones* & *Eburodunos* nostros proculdubio refero; Tu vero fortassis ad *Eboracenses* tuos. Præterea duos alios ex argenteis nummis galeato capite & literis BR præcipuè insignes, quos tu ad *Britannos* forte, ego ad *Brigantiones* pertinere malo. Duos iterum ex argenteis cum literis CAL. quæ varias ferre poterunt interpretationes. Duos tandem ex nummis æreis cum leone & literis VERC, de quibus quis scit an *Vercingentorigem* denotare possent? Quæ si tibi grata fuisse intellexero, summo gaudio afficiar.

Superest, ut prædictum fratrem, qui ad te venit, tibi commendem, amicitiæque nostræ fiduciâ petam à te, ut nullum studii officiique munus in eo prætermittas, nec in his petitionibus, quas tibi meo nomine facturus est. Quod eo studiosiùs facies, quo mihi es charior. Rogabit autem, I. Ut te pingi patiaris, tuique vultus iconem ad me deferri in musæolo meo inter illustriores hujus seculi viros collocandam. II. Ut ignotam nobis inscriptionem in hoc nostro litore positam, si fieri possit, nobis interpretari cures; adhibitâ, si opus sit, ope D. Tati & D. Davidis Powel, de quo avidè scire cupio, an unquam Wallensis aut Britannicæ linguæ glossarium aggressus sit. III. Ut indices ipsi Monasterium Almesburiense, ubi sepulta est Eleonora Henrici tertii uxor, Raymundi Comitis Provinciæ filia, cujus imaginem avidè expeterem, si reperiri posset. Quemadmodum & Sanciæ sororis ejus, quæ Richardo Cornwalliæ Comiti nupserat, quæque fortè in eodem Monasterio de Hales una cum Marito requiescit. Quod si non facilè haberi possent ipsarum imagines, inscriptiones saltem sepulchrorum optarem. IV. & ultimo, Ut de tribus illustribus Galliæ familiis, quas in Britanniis claruisse fertur, doceas

quæso

quæso quodcunque de ipsarum nomine, antiquitate, nobilitate, dignitate, ditione, insigniis, *&c.* poterit comperiri. De *Malherba* quidem aliqua à te Londini habuisse memini, sed quoniam nullam de eâ mentionem in novâ Britanniæ tuæ editione reperi, etiamsi Boctonum describas, scire vellem, si placet, de ipsa quid tandem didiceris, quidque præsertim in Bedfordiensi comitatu olim possederit. Gallicam sanè stirpem fuisse in Normanniâ nobilissimam certum est, ejusque insignia inter Primates, qui Guillelmum Ducem in Anglicâ expeditione comitati sunt, in Monasterio S. Stephani ad Quentum civitatem multos ante annos depicta cernuntur. Rubræ nimirum sex rosæ in argenteo scuto nigris Arminiis, ut dicunt, pleno. Vigetque adhuc hæc familia in doctissimo celeberrimoque Viro D. Francisco de Malherb, Francorum Regi à cubiculis secretioribus, qui carminibus Francico idiomate scriptis cæteros omnes in Galliâ longè antecellit. Secunda *Vairorum* seu *Verorum*, qui munitissimo castro de Tornemir in Alverniæ montibus jam diutius potiuntur, ubi etiam post Anglos totâ fere Galliâ pulsos plusquam annis XL. restiterunt. Ex his descendit nobilissimum illud non hujus solum Provinciæ, sed totius etiam Galliæ decus, D. Guillelmus du Vair, hujus regii Senatûs Princeps, cujus opera doctiorum omnium manibus quotidiè tractantur.

Quia verò ex Britanniis originem trahunt, ubi & arcem ejusdem nominis eadem familia tenuerit, scirem utique libentissimè, si qui adhuc supersint, qui eodem nomine iisdemque insigniis utantur; tribus scilicet argenteis lunulis, aurea fascia in cæruleo clypeo distinctis: cui lemniscum seu lambellum rubeum differentiæ causâ ab ipsius majoribus fuit additum. Vidi in Cantabrigiensi tuo comitatu *Veros* Oxoniæ Comites, quos eosdem esse nondum dixerim; vellem tamen scire, quæ fuerint ipsorum insignia gentilitia.

Tertia familia *Fourbinorum* est, quæ in quatuor stirpes divisa, tam amplam in hac Provinciâ ditionem assecuta est, ut castrorum feudorumque reditus annui viginti quinque millia Scutatorum aureorum superent, tertiumque jam inter Primates ordinem teneat.

A Britanniis autem oriundos se prædicant, voluntque per Burgundiam huc transmigrasse, mutatâ tantisper nominis pronuntiatione, ex illâ familiâ, quæ Thomam Frowike protulit, primum Angliæ Justitiarium sub Henrico VI. de quo Joannes Nordenus meminit in suo Britanniæ speculo v. 60. (Elinge & Finchley) quæ diversa fortè non est à familiâ Baronum de Wentworth, de quâ tu ipse in Britanniâ

tuâ, cum iisdem ferè insigniis utantur, ut & Fourbini nostri, inverso tantum colorum ordine. De his quæso inquire, & si vacat, expedi. Venturas à te jussiones ut eliciam, ecce jam rogationibus te onero. Sed de tantâ tamque inutili prolixitate quid dices? Annon difficiles esse nugas, quas ago? Fateor revera, meque nihilominus ita excuses velim, ut majorem culpam in te transferas, cujus benignitas tam facilem ad se aditum præbet. Parce vir doctissime & vale. Aquissextiis. 5 Nonas Maii 1608.

LXXVII.

Cl. Viro Joanni Hotmanno Gul. Camdeno.

QUem misisti amplissimi Puteani tumulum Puteanorum nomine accepi, meque in tuo & ipsorum ære esse lubens agnosco, & seorsim Christophoro Puteano, cujus industriæ & Cl. Casauboni editioni eximium illud *Herodianum monumentum* antiquitatis cultores debemus. Ut Casaubono & tibi plus debeam, Joannem Porium nobilem Anglum, cujus probitatem mente colo, hisce literis, quas tibi defert, commendo: tibi enim innotescere admodum expetit, necnon optimo illi Casaubono: in sacrarium igitur amicitiæ tuæ me mystagogo, & in illius te mystâ quæso admittatur. Certè meus est, & te tuoque amore dignus, quique, si nostra Anglica, quod soles, aves, de unione Britannicâ, &c. plenè, si quis alius, edocere possit. Profectus est ex Angliâ cum Waltero Copo ordinis Equestris, qui Comiti Sarisburiæ destinæ alteri regni nostri intimus, in Hollandiam, ut interesset tractationi pacis inter Hispanum & Ordines, eo consilio, ut per Archiducis Aulam, vestram adeat, & Lutetiam invisat, teque & Casaubonum salutet. Majorem in modum mihi gratum erit, si ipsum tibi tuâ humanitate obliges, quem hominem gratum facilè cognosces. Vale Vir Cl. & saluta mihi, cum commodum poteris, amplissimum D. Thuanum, ad quem priusquam gratiam pro libris reponam, scribere dispudet.

LXXVIII.

D. Franc. Landavensis Gul. Camdeno.

I Send you here enclosed the copy of an old Charter, which my self long since writ out of the *Autographum* remaining in the Archives of the Church of *Wells*. It seemeth to me, that you have not hitherto light upon it: and I perswade my self, that *Leland's* conceit of naming *Wells Theodorodunum* had his ground here. For as *Theodoric* by corruption of speech became *Tidder*, so he might happily think *Tiddington* to be derived of *Theodorici dunum*. This name of *Theodoricus* putteth me in mind of S. *Theodoricus Rex & Martyr*, that lieth entombed here in our Church of *Marthern*, and gave unto the place the name of *Merthir Tendric*, that is, the Martyrdom of *Tendric*. His tomb partly ruinated I have repaired, and added a Memorial or Epitaph, the copy whereof I send you also enclosed. My Author for what I have there set down, is our book of *Landaff*, called *St. Teylo's book*, which I perceive you have not seen. It is a very venerable antiquity; and if ever I come to *London* again, I will bring it with me, that you may peruse it, if you please. The Church of *Exeter* hath divers Charters of Saxon Kings, which methinks it were good you did see. If ever you travel that way, you shall do well to make means for a sight of them. Otherwise I do not think, but by the means of my friends I could in time get them copied for you. If you advise me so to do, I will do my endeavour. You see how easily I take any occasion to talk with you, nay rather to you, I should say. For how often I provoke you to talk to me in that your incomparable work, no man knoweth, that seeth not how much time I spend in reading, again and again reading of the same. For it and many other undeserved kindnesses, I rest much beholden unto you, which I wish I may one day have means but in part to requite. In the mean time, with my heartiest salutation, I make an end, committing you to God. *Marthern*, May 27. 1608.

In all old evidences not above 300 years, I find it called *Marthern*: but before that *Marthir Tendrick*.

Your very assured,

Fr. Landavens.

LXXIX. Richardus

LXXIX.

Richardus Parkerus G. Camdeno.

QUid vero vos agitis, antiquitatum Antiſtites, tu verò imprimis, clariſſime Clarenti, in quo tota hæc domus inclinata recumbit? an adhuc languidus? quam doleo! an potius convaleſcens? quam gaudeo! Neſcio enim quomodo ſit, ut ad minimum infirmitatis tuæ rumuſculum totus palleam, ut qui Te noſtro ſole adempto, craſſam ignorantiæ noctem ingruentem præſentiſcam, & tuâ nive ſolutâ multum luti futurum prævideam. Sed te ipſum collige. Neque enim dubito quin cùm magnis ingeniis magni genii tutelares aſſideant, etiam tuam vitæ Ἄτροπον quàm diutiſſime prohibebunt. Licet enim in Britanniâ tuâ viri verè doctiſſimi & antiquarii undique quadrati effigiem agnoſcimus; nihilque in ea imperfecti legimus, quale Rodolphus Gualterus de Cardinalis ædibus apud Oxonienſes, *instituit Collegium, abſolvit popinam:* te tamen diutius ſuperſtitem optamus, non quo cum hujus ſeculi miſeriis amplius colluctetis, ſed ut huic tuo operi plus ultra adjicias, quia ars inveniendi cum inventis adoleſcit. Vereor enim, ne ſi alterius cerebelli adjectitium ſit, facile ſit Ariſtarchum agere, & coturnicem inter pſittacos deprehendere. Adeò enim iniquè nobis Britannis proviſum eſt, ut vix una ætas unum perfectum proferat Antiquarium. Eduardi tertii tempora forſan viderunt unum Froiſardum: Henrici ſexti unum *Uptonum:* Henrici 8vi. unum *Lelandum*: Mariana unum *Gloverum:* nec *deficit alter aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo*, dum Elizabethiaca jactitent unum *Camdenum*, qui mihi tanti eſt, ut ſi votis cætera reſponderent, *auro cibarem & balſamo potarem*, ut olim Bernardus de altero Timotheo. Scilicet hiſce vocibus ſi hujus artis ſtudioſos magnus noſter Jacobus animaret, & præmiorum ſpe erigeret, non adeo hæc ſtudia neglecta jacerent, ſed in ſuorum amplexum plurimos raperent. Utcunque enim mercenaria non ſunt, tamen ſine mercede eſſe non debent. Eo enim impendi laborem & periculum, unde emolumentum & honos ſperetur: nihil non aggreſſuros homines, ſi magnis conatibus magna præmia proponantur. Verum hæc lætiora ſecula viderunt majores noſtri, nos infelices nepotuli ſuccedimus, qui tantis patronis deſtituti, nobiſmet

nobisimet ipsis deesse non debemus, quo minus radios exhortatorios invicem reflectamus. Verè etenim dico ipsum me, licèt hujus studii pulchritudine satis abreptum, incitatiori cursu ferri, postquam amicitiæ tuæ vinculis irretiri felicitèr cœperim. Quare perge, ornatissime Camdene, sicut soles, mihi aliisquè, qui hoc sidere Heraldico nati sumus, favoris tui oleum porrigere, & animosiores in hoc cursu reddere. Inter alios obsecro, ut hunc literarum mearum tabellarium benignè respicias, qui plurimum temporis in his nostris studiis insumpserit, non more hominis circumforanei, sed verè periti & honesti. Neque quidem, licet sit optimus Protonotarius publicus, ideo pejor Fecialis; ut olim Archidamus dixit cuidam, qui pro scito medico etiam & poëta, etsi malus, haberi voluit. Certè applaudo Basilii dicterium cuidam aulico, scripturas pervertenti ad Arrianam hæresim: *Tuum est pulmenta Cæsari præparare, non Evangelium exponere:* spero tamen te huic non vitio vertere, si in alterâ arte cum sit exercitatus, ad istam Insignium cognitionem totus propendeat, in quâ tantos progressus fecit, ut Cantabrigiensium nemini, ne dicam Londinensium, hac in parte sit inferior. Liceat ergo à te hoc beneficii impetrare, ut hic Johannes Scotus solus à te potestatem habeat, qui funebria generosorum Cantabrigiensis agri insignia, si modo vestri Collegii nullus intersit, depingat. Non potes homini aut melioris famæ, aut fidei sincerioris hoc beneficium conferre, adeo ut quicquid in hoc genere concedas, mihi concessum putem. Sed obtinere me hoc posse spero, dummodo in Societatis vestræ fraudem non petam. Plura scripsissem, sed vides chartam me interpellare, &, ut Bernardi verbo utar, finem ante finem facere conatus sum, urgente jam flatu hypocondriaco, quo morbo à Paschate dolorum plenus laboravi. Vale igitur, dignissime Vir, ab eo qui pro humanitate tuâ in me summâ gratias agit maximas, per quas utcumque solvo quod debebam, tamen adhuc debeo quod solvam. E Coll. Caio-Gonevilensi Maii 31. 1608.

Tuus ex animo,

Richardus Parker.

Per hunc nuntium misi chartulas quasdam, quas pro otio tuo vellem ut relegeres, in quarum alterâ apparebit *Richardum Berners* non fuisse Baronem: altera ostendit *Thomam Berners* fratrem

trem Richardi duxiſſe, ut auguror, filiam & hæredem Rog. Clarendon militis: ſed è duabus alteris conſtare poterit cujus filia fuit Rogeri illius uxor. Tuam de his per hunc nuntium cenſuram exſpecto; etiam rogo impetroque, ut revolvas iterum, num illa Hugonis Windeſori filia, quæ in familiam Bernerſianam elocata Weſthorſleiam attulit, fuit hæres necne; atque ut reſcribas genealogiam illam à matrimonio illo cum Windeſora ad Richardum Berners dictum Baronem, quæſumus.

LXXX.

G. Camdeno Georgius Carleton *ſalutem.*

DUM nuper, mi Camdene, *Britanniam* tuam, hoc eſt, ut ego æſtimare ſoleo, reconditos antiquitatis noſtræ theſauros relegerim, dubitatiunculam mihi injecit locus ille, quo de Ulyſſis peregrinatione ad hanc uſque inſulam dubitantem inducis Brodæum. Et quis eſt, qui de re tam incertâ non dubitaret? mihi vero non tam de re ipsâ, quàm de Homeri teſtimonio quærendum videtur. Adierit ne Britanniam Ulyſſes non contendo: illud vero ab Homero vel hiſtoricè dictum, vel poeticè fictum, facilè mihi patior perſuaderi. Ad eam rem demonſtrandam quædam præmittenda ſunt tanquam poſtulata, quæ apud omnes in confeſſo ſunt. Antiquos habitatores hujus inſulæ *Cimmerios* dictos fuiſſe, hoc tu nobis luculentiſſimè confirmatum dediſti ex antiquiſſimis Scriptoribus: pauca, ſi placet, addamus ad ea, quæ ſunt à te doctiſſimè obſervata. Herodotus pluribus locis teſtatur Scythas rejeciſſe à ſedibus ſuis *Cimmerios* & regionem, quam Herodoti ætate Scythæ incoluerunt, olim *Cimmeriam* dictam fuiſſe; extare etiam ad ipſius tempora in Scythiâ muros *Cimmerios* & portoria *Cimmeria*, tum regioni cuidam nomen *Cimmeriæ* eſſe; & Boſphorum, qui *Cimmerius* appellatur. Hæc obſervat Herodotus de Scythis Europæis, qui quum ex Aſiâ pellerentur à Maſſagetis, in Europam tranſgreſſi, *Cimmerios* ex antiquis ſuis ſedibus ejecerunt. Scythæ verò inundatione ſuâ irrumpentes, omnem Sarmatiam & Germaniam tenuerunt uſque ad Oceanum Germanicum. Poſt hanc Scytharum

τὴν γὰρ νῦν νέμονται Σκύθαι τὸ παλαιὸν εἶναι Κιμμερείων. Her. Melpom.
καὶ νῦν ἔστι μὲν ἐν Σκυθικῇ Κιμμέρεια τείχεα· ἔστι δὲ πορθμήια Κιμμέρεια· ἔστι δὲ χώρη οὔνομα Κιμμερείη· ἔστι καὶ Βόσπορος Κιμμέρειος καλεόμενος. Ibid.

rum irruptionem (ſicut multis poſt ſeculis ad Saxonum in hâc inſulâ irruptionem veteres Britanni) in extremis tantum angulis veteres *Cimmerii* permanſerunt. In uno angulo prope Mæotim & Boſphorum, in alio angulo prope mare Germanicum, quam regionem in Germaniâ ſitam Ptolemæus etiam *Cimbris* aſſignat. Nam regio illa, quam inter Scythas Europæos Herodotus teſtatur, *Cimbros* retinuiſſe, alibi inveniri non poteſt quàm apud Germanos. Quum ergo *Cimbri* olim ante Scytharum in iſtas regiones irruptionem à Boſphoro Mæotico uſque ad occiduum Oceanum omnia tenuerint: neceſſe eſt etiam Britanniam inſulam ab iſtis *Cimmeriis* primò occupatam fuiſſe. Hoc primum eſto poſtulatum, antiquiſſimos Britanniæ habitatores *Cimmerios* dictos vel contractè *Cimbros*.

Secundum poſtulatum eſto, *Cimmerios* noſtros Britannicos artes magicas ſupra reliquas gentes exercuiſſe. Poſtulatum hoc confirmat Plinius & Cæſar. Plinius enim ſic habet, *Britannia hodieque magiam attonitè celebrat tantis cæremoniis, ut dediſſe Perſis videri poſſint.* In hanc ſententiam Cæſar de Druidum diſciplinâ ſic diſſerit, *Diſciplina in Britanniâ reperta atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur; & nunc qui eam rem diligentius cognoſcere volunt, plerumque illo diſcendi causâ proficiſcuntur: pro victimis homines immolant.* Hæc mihi poſtulata ſunto; redeamus jam ad Homericum Ulyſſem.

Homerus, qui in gentium moribus cognoſcendis, in naturæ, artium, atque humanarum rerum omnium cognitione ſupra reliquos mortales principem locum tenebat, in Ulyſſis peregrinatione variarum gentium mores exprimere voluit. Quum verò illum etiam ad inferos amandandum ſtatuiſſet, nulla gens aptior occurrebat, apud quam tam grande negotium ſuſceptum conficere potuiſſet Ulyſſes, quam apud *Cimmerios*, qui propter magiæ ſtudium maximè tunc celebrabantur. Itaque Circe, quum primùm Ulyſſem de hac profectione ad inferos admonuit, docet eum quomodo navigare oportuit ad Oceanum, quis curſus tenendus, quo vento ferendus eò fuiſſet, nempe Boreâ. Nam ab Italiæ finibus ad Herculis fretum navigantibus opportuniſſimus eſt Boreas, maximè ſi proprium Boreæ ſtatum intelligas, ſicut à Vitruvio deſcribitur libro 1°. *Nam inter Septentrionem & Solanum medius eſt Aquilo, dextra & ſiniſtra circa Aquilonem ſupernus & Boreas:* ita Boreas proprior eſt ad Solanum, quam ad Septentrionem, atque huic itineri maximè conveniens. Hæc vero ſic explicat Circe.

—— τὴν δὲ κὲ τοὶ πνοιὴ Βορέαο φέρῃσιν
Ἀλλ' ὁπότ' ἂν δὴ νηῒ δι' ὠκεανοῖο περήσης.

Id est,

——*Illa autem Boreæ pelletur ab aurâ,*
Quumque per Oceani tandem transmiseris æstum.

Ergo Ulyssem videmus ad oceanum provectum, & per oceanum navigasse, δι' ὠκεανοῖο, *per oceanum* pervenisse ad *Cimmerios*. Audiamus reliqua. Libro proximo narrat Poeta, quomodo navis Ulyssis per fines oceani pervecta, tandem ad *Cimmerios* accesserit: sed ipsum audiamus Homerum, Οδυσ. λ.

Ἡ δ' εἰς πείραθ' ἵκανε βαθυρρόου ὠκεανοῖο,
Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.
Οὐδ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Οὐδ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται,
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Id est,

Illa per oceani fines volat alta fluentis:
Urbs ubi Cimbrorum est, & gens antiqua virorum.
Nubibus assiduis tectos, non aureus illos
Sol, radiis quamvis penetrantibus omnia, cernit,
Nec quando astriferum cœli consurgit in orbem,
Nec quando occiduo procumbit in æquore pronus.
Nox illic miseras condit caligine gentes.

Quærimus ubinam gentium siti fuerint *Cimmerii* isti, ad quos per occiduum oceanum Ulyssem pervenisse autor est Homerus. Dices, omnes gentes ad occasum *Cimmerios* dictos, antequam in istas regiones proruperint Scythæ, ita ut non facilè constare possit, quam potissimum gentem designet Poeta; & Germaniam & Galliam occupatas à *Cimmeriis* non minùs quam Britanniam. Esto. Sic ergò progrediamur. *Cimmerii* isti, ad quos penetraverat Ulysses, vel Hispani erant, vel Galli, vel Germani, vel nostri Britanni. Nescio enim quam gentem aliam excogitare quis possit? quæ & *Cimmerios* tulerat, & ad quam per oceanum navigandum fuerat. Si Gallos dixeris aut Hispanos: respondeo, non opus fuisse, ut ab Italiâ per oceanum ad illas

illas gentes navigaret, ad quas per Mediterraneum mare sæpissime commeare solebant Græci. At Ulyssem videmus non errore aliquo aut tempestate adductum, sed consilio certo huc delatum, à Circe edoctum & monitum, ut per oceanum ad *Cimmerios* naviget. Non ergò *Cimmerii* isti fuerunt in Galliâ aut Hispaniâ: si Germanos dixeris, respondeo, Ulyssem non potuisse ex mari Mediterraneo per oceanum ad Germanos penetrare, nisi per Britannos. Ergo facilius Ulysses & prius ad *Cimmerios* Britannicos accessit. Deinde, duo sunt in Poetæ verbis, quæ evincunt, *Cimmerios* istos fuisse Britannos. Primum est, quod eorum situm, alterum, quod cœli habitudinem demonstret. Sitos esse *Cimmerios* istos ait εἰς πείρατα ὠκεανοῖο, *ad extremos Oceani fines.* Navigantium respectu loquitur Poeta: nam navigatores sibi metas statuebant, ultra quas nemo tunc temporis navigare solebat: de extremis istis finibus expressiùs loquitur Poeta, quum *Cimmerios ad extremos oceani fines* statuat. Itaque hæc meta ad Occidentem ultima erat, ultra Hispanos Gallosque; nec potuit Germanicum aut Gallicum littus hoc nomine appellari, quum Britannicum littus ulterius fuerat. Qui igitur populi ab Homero statuuntur, εἰς πείρατα ὠκεανοῖο, iidem ab Herodoto eodem sensu dicuntur ἔσχατοι πρὸς δυσμέων, sicut mox ostendemus. Notat etiam doctissimus Poeta cœli qualitatem, quæ facilè alteri genti convenire non potest. Narrat enim Homerus, *Cimmerios* istos ita obtectos fuisse nubibus, atque aëre caliginoso, ut lucidissimus solis conspectus plerumque non appareret illis, sicut aliis gentibus solebat. Hæc aëris temperies Britannis hujus insulæ incolis usque ad hunc diem est peculiaris: sæpius enim fit, ut per plures dies solis conspectus ita caliginoso aëre nubibusque obtegatur, ut qui peregrinandi studio huc commeant, mirari soleant, se per aliquot dies, aliquando per aliquot septimanas in quibusdam locis non posse solem aspicere, sicut in aliis gentibus aspici solet. Hæc aëris temperies observata est ab ingeniosissimo Poetâ, quam per Mercatores didicerat ille. Itaque dicterium illud de *tenebris Cimmeriis* hinc sine dubio originem traxit: cujus originem nos tamen alibi quærere solebamus propter hujus loci ignorantiam. Neque vero est, quod hinc nos læsos existimemus, quùm & verum agnoscamus, quod de aëris temperie narrat Poeta, & nubosum hoc cœli tegumentum velut gratissimum quoddam umbraculum, magnum secum beneficium adferat ex divinâ providentiâ, quia & soli fertilitatem longævam conservat; quo fit, ut nimio solis ardore terra hæc non sit exhausta, sicut in multis gentibus videmus fieri; & corpora

incolarum eodem beneficio, quo servores nimii arcentur, saniora, salubriora, magisque solida reddantur; ita ut in hac re peculiaris quædam Dei benedictio sese nostri soli incolis prodat. Confirmant hanc sententiam, qui ex antiquis de Britanniæ nostræ temperie quicquam prodiderunt. Minucius Felix dialogo, qui inscribitur Octavius: *Britannia*, inquit, *sole deficitur*, *sed circumfluentis maris tepore recreatur*; quod dicat *Britanniam sole defici*, videtur interpretari Homeri verba illa,

ἐ δέποτ' αὐτὲς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.

Non enim lux aut dies tollitur, sed visus quandoque solis: quod verò Poeta de nocte incubante addit, auxesis poetica est; non dicit hic solem non oriri, sed propter nubes aliquando non videri solis radios. Hæc ergo, quæ de situ regionis atque aëris temperie ex reconditâ eruditione refert Poeta, probant Cimmerios istos non esse alibi quærendos quàm apud Britannos. Itaque vetus Scholiastes, ab Eustathio antiquitatis nomine celebratus, in istum Homeri locum hæc habet, ἔθνος περιοικῶν τ̓ ὠκεανὸν οἱ Κιμμέριοι. Quæ verba Britannos nostros expressiùs demonstrant, quàm ullam aliam gentem. Eustathius in locorum descriptione aberrasse Homerum existimat, quia statuerat *Cimmerios* in Occidente, cum ipsius judicio ad Boream fuissent: itaque censurâ istius notatur Homerus, Ἐκτοπίζων μὲν ὡς ὅτι Κιμμερίες τὸ ἀληθῶς βόρειον ἔθνος εἰς τὲς ἑσπερίες τόπες.

Eustathius solummodò illam *Cimmerianam* partem respexit, quam suo seculo longe post Scytharum irruptionem ad *Bosphorum Cimmerium* restare intelligebat, nec considerabat quis locus Homeri seculo à *Cimmeriis* fuerat occupatus. Itaque hæc non erat Poetæ ignorantia, sed Eustathii. Illud rectè observatum est ab Eustathio, expeditionem hanc Ulysseam ad Occidentem fuisse confectam. Jam fidi erat interpretis sequi ducentem Poetam, & *Cimmerios* in occiduo oceano indagare, quanquam idem Eustathius hoc ipsum inscius confirmat; refert enim ex antiquis Historicis, ἔθνος Εὐρωπαῖον τὲς Κιμμερίες ἐπέκεινα Ἰταλίας οἰκεῖν ὑπὸ γῆν. Græci, qui quidquid terrarum ultra Italiam fuisset in Europâ, *Cimmerios* occupasse produnt, quid aliud volunt, nisi fuisse eos ad Occasum? quod autem eosdem dixerint fuisse ὑπὸ γῆν, nihil aliud significare videntur, quàm populis ad Orientem sitis *Cimmerios* fuisse sub horizonte; hoc enim illis videbatur fuisse sub terram. Videmus ergo ex his alterum necessario sequi, vel ignorantiam Geographiæ

graphiæ imputandam Poetæ, etiam ad miraculum docto, quem vocabat Strabo, Ἀρχηγέτην τῆς Γεωγραφικῆς ἐμπειρίας: vel *Cimmerios*, ad quos penetraverit Ulyſſes, in occiduo fuiſſe ſitos oceano; quos, ſi terrarum orbem luſtraveris, nunquam reperies, niſi *Britannicos Cimmerios* fuiſſe dixeris. Si placet, pergamus. Ulyſſes apud *Cimmerios* noſtros edoctus de reditu ſuo, evocatâ nempe per artes magicas animâ Tereſiæ Thebani, quæ omnia illi quæſita aperuit, hinc tandem revertitur: ſed in receſſu ab hac inſulâ, quædam ſunt ab Homero dicta, quæ alios maximè verò Herodotum excruciarunt: tentabimus, ſi forte nos lucem aliquam iſtis adferre poſſimus, & ex iſtis, antiquitati noſtræ. Regreſſum ejuſdem navis ſic deſcribit Homerus ὀδυσ. λ.

Τὴν δὲ κατ' ὠκεανὸν ποταμὸν φέρε κῦμα ῥόοιο.

Id eſt,

Inde per oceanum flumen delata receſſit.

Atque iterum ὀδυσ. μ.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο,
Νηῦς ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο.

Id eſt,

Fluminis oceani curſu refluente relicto,
Navis ubi pelagi latas recurrit in undas.

Hæc torquent Herodotum. *Neque enim ego ullum novi fluvium, qui ſit Oceanus*, (inquit Herodotus) *ſed hoc nomen opinor Homerum aut aliquem priſcorum Poetarum, cum inveniſſet, in poeticum intuliſſe.* Idem alibi de Oceano hæc habet. *Oceanum ab ortu ſolis incipientem circumfluere terram, verbis quidem affirmant, ſed re tamen non demonſtrant*; hæc ille. Atqui Atlanticum mare extra columnas agnoſcit Herodotus: ſic enim ſcribit, *Nam & illud quod Græci omne pernavigant, & id quod extra columnas eſt, Atlanticum dictum, & rubrum, idem eſt mare*; hæc Herodotus. Sed quid ſit, quod Homerus vocaverit ὠκεανὸν ποταμὸν, id Herodotum vehementèr torſerat. Ad hanc rem aperiendam aliud præterea poſtulatum mihi ſumendum eſt, quod æquus Lector & antiquitatis peritus facilè concedet: regiones nempe iſtas priſcis temporibus non aliter ad hominum notitiam perveniſſe, quàm per mercatores. Græci mercatores

catores induſtriâ improbâ & indefeſsâ univerſum mare pertentarunt, & colonias deduxerunt in Galliam & in Hiſpaniam. Quidquid ergo Homero vel Herodoto innoteſcere de iſtis regionibus potuit, illud omne à mercatorum narrationibus hauſerunt. Mercatores autem etiam extra columnas per ſtata emporia Britanniam uſque provecti ſunt, ita tamen ut littus ferè legerent; illa enim priſca navigandi ratio erat per littora, ante inventum pixidis uſum. Qui igitur Britanniam adierunt, vel ab Itio Promontorio, vel à Geſſoriaco navali, vel ab aliquo alio loco finitimo huc transfretare ſolebant. Nam quænam alia via in Britanniam tunc temporis cognita eſſe potuit? Itaque emporia in Cantio antiquis prius & celebrius nota eſſe oportet. Hic Herodoti locus aperiendus nobis occurrit, cujus verba ſic ſe habent. *Celtæ ſunt extra cippos Herculis, Cyneſiis finitimi, omnium in Europâ ad occaſum habitantium ultimi:* ſed hæc Latina verba, non ingenuè referunt Herodoti ſenſum. Lector enim iſtis verbis colliget, non *Cyneſios* ſed *Celtas* ultimos eſſe ad occaſum in Europâ. At Herodotus expreſſiùs poſuit *Cyneſios* ultimos ad occaſum, ſic enim ſcribit.

Οἱ δὲ Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακληίων στηλέων· ὁμουρέουσι δὲ Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων.

Vides hic *Cyneſios*, non *Celtas*, extremos eſſe ad Occaſum in Europâ. Quærimus jam, quinam ſunt iſti *Cyneſii*; nam alium fuiſſe à *Celtis* populum ex Herodoti verbis conſtat; quia *Cyneſios* non dicit *Celtas*, *ſed Celtis finitimos* fuiſſe, uno veluti communi fluento ſeparatos, & ad Occaſum ultimos. Si mihi Criticorum animus ad audendum adfuiſſet, contendere poſſem, Κυνησίυς, Librariorum incuriâ aut inſcitiâ, pro Κιμμερίυς irrepſiſſe; & quid ni? quam facilis mutatio! & quænam poteſt eſſe gens alia ad Occaſum *Celtis finitima?* aut quis mihi proferre poteſt ex antiquis Scriptoribus quicquam *de gente Cyneſiâ* proditum? ſi enim Ptolemæum, Strabonem, Plinium, Melam, reliquoſque quotquot ſunt Geographos percurras, nuſquam *Cyneſios* populos invenies. Quis ergo me reprehendet, ſi pro *Cyneſiis*, qui nuſquam apparent, *Cimmerios* ſubſtituam? Verum tantam in conjectando audaciam mihi non aſſumo. Illud tamen non dubitantèr affirmare auſim, quos Herodotus *Cyneſios* vocat, vel fuiſſe antiquos noſtros *Cimmerios*, vel ſaltem aliquam *Cimmeriorum* noſtrorum regionem: ut

ita

ita sentiam, impulit me alius Herodoti locus. Verba ejus accipe; *Celtæ, qui omnium in Europâ extremi sunt post Cynetas.* Græca sic habent.

Ῥέει γὰρ δὴ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης ὁ Ἴστρος, ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων, μετὰ Κύνητας οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

Herodot. Melpom. 379. Euterp. 162.

Certum est, hic Herodotum eandem gentem notare, quam prius *Cynesios* vocaverat. Liceat mihi cum bonâ bonorum veniâ gentis nostræ antiquitatem fugientem ad lucem revocare. Non dubito, quin quos Cæsar *Cantios*, nostri *Kentishmen* appellant, iidem sint, quos Herodotus vocabulo ad Græcorum ora inflexo, Κύνητας appellarit. Nam *Cantios* multo magis & prius exteris nationibus innotuisse, quam reliquos Britannos, locuples nobis auctor est Cæsar: *Non enim temerè* (inquit Cæsar) *præter mercatores adit ad illos* (Britannos) *quisquam: neque iis ipsis quicquam præter oram maritimam, atque eas regiones, quæ sunt contra Galliam, notum est:* hæc ille. Non est ergo mirum, si de eâ tantum parte hujus Insulæ audiverit Herodotus, ad quam solam mercatores commeare solitos refert Cæsar, id est, ad *Cantios* nostros: sin verò neget mihi quisquam, Κύνητας *Cantios* fuisse, illum libentèr rogaverim, ut duos illos Herodoti locos explicare dignetur; ostendatque nobis, quinam sunt isti Κύνητες ad Occasum in Europâ ultra Celtas. Neque tamen criticum supercilium assumere libet, aut gloriari *Cantios* nostros antiquitatem mihi debere suam. Hæc ego (nescio quod nactus nugandi tempus) mitto tibi in ignes ad censuram tuam rejicienda. Utere tuo judicio, quicquid enim feceris, placebit, quia tu places.

Qui omnium in Europâ extremi sunt post Cynetas ὑλῆτες. Steph. Jugum Avieno in Hispania.

Lib. 4. de Bell. Gall.

Jam huc usque provecti sumus nugando, quid si redeamus ad Homericum illud ὠκεανὸν ποταμὸν, quod Herodotum tantoperè turbaverat? Illud supra docuimus, veteres notitiam nostrarum gentium tantum ex mercatorum commeantium relatu habuisse. Mercatores autem referre potuerunt, fuisse inter Celtas & Cimmerios nostros oceani angustias tantas, ut eas fluminis latitudo nonnullis in locis superaret: angustias autem istas priscis illis temporibus magis fuisse coarctatas, atque oceanum longinqui temporis intervallo latius se postea dilatasse, non negabunt, qui ad istas oras plura oppida atque agros ab oceano penitus absorpta monstrare possunt. Has igitur angustias ad fluminis latitudinem conferendas, quid si dicamus ab

Homero

Homero elegantèr dici ὠκεανὸν ποταμὸν ; non enim dicit Homerus oceanum fuiſſe flumen, nuſquam illud: ſed tantum, quum Ulyſſis reditum à *Cimmeriis* deſcribat, affirmat illum ὠκεανὸν ποταμὸν tranſiiſſe; quod cum elegantiâ poeticâ ipſum dicere potuiſſe quis negat? Hanc ſententiam confirmant ea, quæ à Strabone obſervata ſunt ex Homero. Nam ex Homero fuſius probat Strabo, oceanum orbem terrarum circumfluere, omneſque ferè oceani partes fuiſſe Homero notas, & ad occaſum & ad auſtrum ultra Æthiopes; & ad ſeptentrionem, atque ad orientem, ex diſertis Poetæ verbis probat. Quum igitur ſæpius de oceano diſſerat Homerus, omneſque orbis partes oceano coerceri confirmet, quis non videt, hæc quæ de ὠκεανῷ ποταμῷ hoc tantum loco refert. intelligenda neceſſariò eſſe de his anguſtiis, quibus qui huc navigabant, oceanum hoc tantum loco tanquam flumen quoddam ſuis ripis coerceri videbant? ſed tandem ne te penitus legendo enecem, finem iſtis imponam. Tu cenſoriâ virgulâ pro arbitrio ſtatue de iſtis, quæ mihi propenſus in te meus extorſit amor. Vale.

LXXXI.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Received very lately a letter from you by *Conſtans*, and one of your books for Mr. *Caſaubon*, and a letter, both which I have delivered. I am ſure he purpoſeth to ſend you an anſwer, which as ſoon as I receive, I ſhall not fail to ſend unto you. Mr. *Hottoman* doth very affectionately ſalute you. You ſhall receive by the Bearer, Mr. *Holcraft*, from him all that hath been publiſhed touching the houſe of the *Courtneyes*, according to your deſire; and I think it will be ſo much the more welcom, that it is tranſlated into Latin.

The King ſendeth very inſtantly his ſon *de Vandoſme* into *Britany*, to be received Governour by the Eſtates of that Province: and Monſieur de *Boiſſiſe* your old acquaintance goeth with him to counſel and direct him; which confidence and charge deſtinates him, in the opinion of the Aſtronomers of State here, to ſome great and eminent place in this Realm, if he live unto it.

There

There hapned a great quarrel in this Court a while since between the Duke *d'Aiguillon* and one Monsieur *de Balagni*, who challenged the Duke, which is thought by many a very great presumption, and without example; that a private Gentleman should challenge a Prince, tho' the other had said unto him, that he would answer him in any fashion the other would require, laying aside his rank and quality. The Duke *d'Aiguillon* was apprehended and brought back before they met: but the other keepeth out still.

We hear, that *Tyrconnel* is dead at *Rome*, and hath been buried in the Church of S. *Peter* with great solemnity.

I thank you very kindly for the *Encomium Jacobi*, which you sent me: it is marvel, that the Author dares set his name to it, lest he should be punished for censuring great men with that liberty.

We hope in time to return into *England*: and we hear, tho not very certainly, that Sir *Tho. Hollis* is designed to succeed us. Thus for the present I commend my service and humble affections to you, and rest,

Paris Sept. 2. 1608. *Yours, very desirous to do you service,*

Will. Becher.

LXXXII.

Isaacus Casaubonus G. Camdeno *V. Cl. S. D.*

ACcepi, Præstantissime Vir, & epistolam tuam, & quod illi fuit adjunctum, munus à te longè pretiosissimum. Eram tibi dudum illâ communi obligatione obstrictus, quâ omnes literarum amantes & veteris historiæ cupidos (in quibus ego quoque nomen profiteor meum) immortali cum tuâ laude tibi devinxisti: sed tu præter hanc obligationem, quæ mihi cum cæteris erat communis, novo hoc insuper captum vinculo me tibi privatim asseruisti. Ego verò, mi Camdene, in ære tuo esse non recuso; etsi expungendi hujus nominis apud te contracti non magnam, ne quid dissimulem, spem habeo. Quid enim mea tenuitas munificæ liberalitati

tuæ ἀντάξιον potest rependere? Istud ego non magis sperare debeo, quàm præstare aliquid in literis valeo, cum absolutissimo & numeris omnibus perfecto opere tuo dignum componi. Sed benè est, quod cum eo mihi creditore est, cui gratâ voluntate magis quàm lance & librâ possum satisfacere. Hâc fiduciâ *Polybium* meum post aliquot menses, si Deus dabit, tibi mittere non verebor. Si rem spectes, χρυσέων χαλκεῖα, ad laborem quidem meum quod attinet; sin vires meas, quod poteram, maximum munus, ut ab ingrati animi vitio me vindicem. Est jam Dei beneficio ad umbilicum perducta contextûs Polybiani cum nostrâ versione editio: sed restat adhuc longè difficillima pars operis; nostras dico in illum incomparabilem τῆς Πολιτικῆς καὶ Στρατηγικῆς Doctorem observationes; quibus utramque illarum disciplinarum sumus conati illustrare. Itaque procul adhuc à metâ absumus: quam det consequi ὁ ἐπὶ πᾶσι: qui te, vir clarissime, servet, atque omni bonorum genere cumulet. Vale. *Lutetiæ Parisiorum* pridie Non. Sept. cIↃ. IↃC. viii.

LXXXIII.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Writ unto you but very lately by one Mr. *Holcroft*, at which time I sent you lately a book in Lattin of the *Courtneyes*, which Mr. *Hottoman* gave for you: and tho I have not heard from you since, yet I would not omit this good opportunity of writing by Mr. *Ailesbury*, the rather to convey this letter from Mr. *Casaubon*, who doth with all affection salute you, and thank you of your present: but of that I refer my self to his letter.

The Duke of *Nevers* is setting forward within a day or two out of this town towards his great Ambassage of *Rome*, to offer this King's obedience to the Pope: he goeth to *Marseilles*, and from thence upon the King's galleys, near unto *Rome*. He hath two hundred Gentlemen in his Troop, whereof some are of the Religion: among others the Vidame of *Chartres*, son to Monsieur *de Beauvoir*, who was so long Ambassador in *England*. Which voyage of his many here interpret, as if he meant to turn his Religion with more reputation.

We

We expected here by this time the Duke of *Mantua*, and sundry Governours of the frontier Towns to *Flanders* had made great provision by the King's commandment to entertain him: but very lately we have a report here from *Holland*, that he is gone, or upon the point of going into *England*. This day there is arrived in this town an Ambassador from *Venice*, who goeth into *England* to succeed Signor *Justiniano*. We are here told, that the discontents between that State and the Pope continually fester inwards by many petty accidents, and that they are entred into a very settled distrust, the one of the other. And it is very certain, that there hath of late been sent great store of books of our Religion thither, and very thirstily bought up. Sir, I pray God to keep you in perfect health and contentment; and so I rest

Paris 21 Sept. 1608.

Yours, very desirous to do you service,

Will. Becher.

I write you nothing of Don *Pedro*, who altho he be here still, is as if he were not here: it being now a month since he eirher did see the King, or scarce stirred out of doors.

LXXXIV.

Joannes Jonstonus G. Camdeno.

REddidit mihi hoc ipso die affinis meus à te rediens, Vir Clarissime, Amice perpetuum observande, literas amoris plenissimas, & *Britanniam tuam* eleganter adornatam; munus magnum, sive ab amicissimi viri spectetur affectu, sive ab operis ipsius perfectione. Habeo de utroque gratias, quantas animus meus concipere potest, maximas, habebitque instar pulcherrimæ gemmæ bibliotheca mea opus tuum verè magnum, & memoria posteritatis dignissimum. Quid dicam de amoris tui erga me constantia, quæ me recreavit incredibili voluptate? Tantoperè gaudes de læto nuncio, Jonstonum revixisse

tuum.

tuum. Certè diu multumque conflictatus sum non tam cum morbo quam cum morte, toties hoc toto biennio capiti meo minitante. Sed visum est clementissimo Deo me ab ipsis leti & sepulchri faucibus ereptum, præter meam & spem omnium, hucusque conservare non sine quodam miraculo. Benedictum sit nomen Dei nostri benignissimi in æternum. De *Urbibus nostris* nihil statuerim, priusquam censuræ rursus tuæ subjiciantur. Odoratus aliquâ in parte judicium tuum, mutavi in vestris pauca, nostris addidi quædam, quæ abs me habebis proximâ occasione, volente Domino. Vide quam valentèr valeam, qui has summâ cum voluptate, molestiâ nullâ, meâ manu ad te exaravi, pleniores, per Dei gratiam, per affinem meum daturus, qui humanitatem & suavitatem illam tuam, veluti propriam tibi inter tuos, miris prædicat laudibus. Æternùm vale, V. Cl. perpetuâ fide mihi observande in Domino nostro Jesu, qui tibi vitæque tuæ cunctis actionibus prolixè benedicat ex alto. *Andreapoli* xxv. Sept. A. ∞ . iↄc. viii.

Totus ille tuus,

Johannes Jonstonus *redivivus.*

LXXXV.

D. G. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Have received yours of the 22d of December, and I am exceeding sorry, that you should have so reasonable an excuse, that I had not heard from you of a long time, as the indisposition of your body: but I trust in God, that it will not hold you long, especially if you do exempt your self, not only from these superfluous offices of writing letters, but chiefly from your own indefatigable studies, which in my time were the greatest ruin of your health.

Mr. *de Thou* and Monsieur *Hottoman* do exceedingly thank you for their books; and I think the former will send you some other part of his History ere it be long; for I understand it will shortly be finished,

ed, tho I think it will not be publiſhed till this next Mart at *Frankford.*

Here hath been likewiſe great expectation of a Maſque to be preſented by the Queen, and ſundry days have been appointed for it already; but it hath been prolonged on Monſieur *de Sullies* being ſick, in whoſe houſe it is to be chiefly ſhewed; and then it goeth afterwards to the Queen *Margarets*; which kind of going up and down the ſtreets with a Maſque, I am ſure you will think very ſtrange for a Queen; but ſuch is the cuſtom of the place. My Lord Ambaſſador hath been bidden to this Maſque, but with ſomewhat a ſtrange clauſe, of bringing but four with him; which is ſo much the more unwelcom now, for that there are at this time many Engliſh of great quality in town, who will expect to have the ſight thereof by his means. For beſides my Lord of *Cranbourne* and his two brothers in law, here is my Lord *Windſor*, and two ſons of my Lord *Sheffield*, and ſundry other Gentlemen of quality.

Here is come to this town lately the Earl of *Angus* out of *England*; and from *Italy* Sir *Robert Baſſet*, who profeſſeth openly, as they ſay, that he had rather be a Gentleman in *England*, well at his eaſe, than a wandring Prince in imagination.

Here is lately come to the Court Monſieur *le Daulphin*, to ſhew his doublet and breeches to his good people of *Paris*: and by conſequence his women are now rid of him, whom he uſed (as they ſay) to ſcratch and kick unmercifully.

My Lord Ambaſſador ſhould have viſited him the other day; but the time being appointed, his Governour ſent word to excuſe the matter, that this young *Aſtianax* would not be ruled, but would go abroad whether he would or no, and ſo deſired him to appoint another time. They report many of theſe *indicia naturæ.*

There is much ſpeech here of marrying the young Prince of *Conde* to the Conſtable's daughter; and it is thought it will be, ere it be long: but that Prince hath had very croſs fortune in his love hitherto, having been fruſtrated already in four marriage-deſigns ſince our coming into *France*; and for his Miſtreſſes of love, they ſay, they have been too eaſie to him.

I ſend

I send you herewithal the relation of the Duke *de Nevers* entry into *Rome*. And so for this present I rest

Paris this 28th of January 1609. stilo novo.

Yours, very affectionate to love and serve you,

Will. Becher.

I send you herewithal certain Verses of Monsieur de *Thou*, which he sends unto you: but bethinking my self, I will keep them, to send them by a friend, because the Post peradventure will think, that it is some great matter, and look to be paid as for letters; and this is not new.

LXXXVI.

Isaacus Casaubonus Gulielmo Camdeno *S. D.*

EN tibi, vir præstantissime, promissum ante aliquot menses *Polybium*, qui simul ac fuit absolutus, habui nihil antiquius, quàm ut tui memorem me probarem. Nolo in solutum munusculum hoc accipias: quod non esse idoneum agnosco, ut cum tuo munere comparetur. De iis loquor, quæ sunt à me profecta: nam ipsum quidem *Polybium*, non dubito magni à te fieri. Adjecimus *Polybio* comitem *Æneam*, scriptorem, ut nostra opinio est, vetustissimum. Qui si alicubi in Britanniæ vestræ bibliothecis posset reperiri, rogarem te, ut vestrum exemplar cum meâ editione curares conferendum. Multa enim pessimè affecta erant in eo libro, quo sumus usi: uti mirari nemo debeat, non omnia esse nos assecutos. Restat operis à nobis suscepti pars altera, commentarii in *Polybium*; quos sperabamus unâ cum ipso Auctore nos daturos: sed ea intervenerunt, quæ studia nostra non mediocritèr interturbarunt. Verum hæc Θεῶν ἐν γόνασι κεῖται. Te oro me constantèr ames, qui te nunquam non colam, dum ero. Vale. *Lutetiæ Parisiorum* Nonis Sept. CIↃ. IↃC. IX. raptim.

LXXXVII.

Joannes Jonstonus G. Camdeno.

SCripseram ad te nuperrimè, Vir Clarissime, cum nullum mihi esset serium argumentum, tantum ut scires, Jonstonum tuum vivere, & per Dei gratiam valere, simulque cognosceres ipsum tui memoriam cum observantiâ colere. Sæpè habeo præ manibus aureum tuum librum, quem proh dolor multis in locis fœdavit typographus vester. Britannia longè plus debuit Camdeni laboribus & felicissimæ industriæ, & cives Britanniæ longè etiam plus Britanniæ Camdeni. Sed istæ operæ manuariæ imperitorum hominum nihil derogabunt divino merito & monumentis doctissimi Camdeni. Nostri homines postquam viderunt *Urbes* nostras in tuâ Britanniâ, non desinunt efflagitare earum editionem seorsim, quod non omnes capere aut coemere possint tuam Britanniam. Qui has literas ad te defert, Petrus Petreius Cimber, juvenis eruditus, probæ indolis & felicis ingenii, vixit apud nos totum triennium & ampliùs, mihi familiarissimus, & merito carissimus, & quod mireris, diligens indagator rerum nostrarum; adeo ut ipse possit tibi omnia, quæ ad nos & circa nos, non inscienter referre. Eum tibi, Vir amicissime, de meliori notâ commendo, non tam ob amicitiam nostram, sed etiam ob virtutis studium, cui ipse est addictissimus. Vale & salve felicissimè.

Andreapoli Scotorum *à tuo*
postrid. Nonar. ixbris
1609. Jonstono, *qui hæc meâ manu apposui.*

LXXXVIII.

Janus Rutgersius G. Camdeno.

PRidem est, Vir Clarissime, dum notitiæ tuæ inseri arsit mihi animus; sed hactenus aut pudor calamum repressit, aut occasio scri-

ſcribendi defuit: quam commodùm jam ſeſe offerentem arripere jam placuit, ni nunc neglectam fruſtra fortaſſis aliàs quærerem. Mitto igitur oratiunculam Cl. Baudii, cujus editionem & facundiſſimi ſcripti elegantia & quotidianæ amicorum flagitationes à nobis expreſſerunt. Quod munuſculum eo animi candore à te accipi velim, quo à nobis offertur tibi. Vale, Vir Clariſſime, & ſi nos poſthac tuorum numero accenſere dignaberis, nunquam mittam, ut ullum officii genus in me deſideres. Scribebam *Lugduni Batavorum* tertio Aprilis cIɔ. Iɔc. x. qui erat ἀπὸ τῆς χειροτονίας xii. ſupra M. DC. Si D. T. reſcribere non gravabitur, ὁ γραμματοφόρος αὐτοῦ propediem huc reverſurus eſt.

Tui ſtudioſiſſimus,

Janus Rutgerſius.

LXXXIX.

D. Chriſtophorus Heydonus G. Camdeno.

Good Mr. Clarentius,

HE, whom for his Platonical beard you call Εὐπώγων, was not the man you took him for, who being long ſince dead, liveth neverthelesſ beloved in the honeſt memory of his friends: but a Brother of his, as far from his conditions, as otherwiſe near in nature: and tho he were indeed Βαθυγένειος, as *Socrates* calleth *Julian*, yet did that Apoſtate by his oppreſſions never give the *Antiochians* more juſt cauſe to bid him κείρειν πώγωνα καὶ χοινία πλέκειν ἐξ αὐτοῦ, than by his late perfidiouſneſs this Deſerter hath given me in my particular, for ever after to be μισοπώγων for his ſake. But I will not weary your ears with his villanies lately offered me.

My writing is chiefly to give you unfeigned thanks for the double kindneſs by this bearer, making further bold withal to challenge your promiſe for the Prognoſtication of *Paris*, for which you ſhall ſtill more and more indebt me to you.

The

Tho you allow my collection out of *Livie*, yet you requite me pleasantly with that of *Seneca*, *Patere aliquando Mathematicos vera dicere*, as if *Brossius* had chanced upon the exact time of this tragical accident to the French King, as the blind man hits the Crow, rather at all adventures, than by art. But, Sir, however these Mathematicians, that did *omnibus annis*, *omnibus mensibus efferre Claudium*, gave *Seneca* in that place the opportunity of a jest, yet he not meaning thereby to deride the Art, addeth the reason of their error: *non est mirum*, *si errant*; *horam ejus nemo novit.* Behold then their excuse! for, as you have read in *Tacitus* his Annals, *Primo cujusque ortu ventura destinantur*, *sed quædam secus quàm dicta sunt cadere*, *fallaciis ignara dicentium. Ita corrumpi fidem artis*, *cujus clara documenta antiqua ætas & nostra tulerit*, &c. Surely if the moment of the nativity be exquisitely observed, the directions artificially calculated, and the true measure of time applied, (which but to few hath hitherto been known, tho now it be common to every one that hath learned of *Tycho* and *Maginus* to understand *Ptolemie* rightly) if he be withal judicial in the rules of his Profession, he shall not need to fear boldly to assign the time and kind of any event whatsoever. And I am of opinion, that *Brossius* will be as famous for this King, as ever *Spurina* was for the death of *Cæsar*, *Thrasyllus* for *Tiberius*, *Ascletarion* for *Domitian.* Former ages are full of memorable predictions; ours have not been barren, as [a] that of the B. of *Vienna* to the Duke of *Burgundy*, of [b] *Gauricus* to King *Henry* the II. of *Brossius* unto *Henry* of that name the IV. (with infinite others to be remembred, if I had leisure) do testifie. But I shall not need to weary you with tedious particularities; seeing however you concur here with the humour of your Author, yet both of you in your graver writings testifie sufficiently for Astrology. He by profession was a Stoick, and as you know ascribeth all events to fatal necessity, and this to the stars: *ex horum levissimis motibus*, [c] saith he, *fortunæ populorum dependent*, *& maxima ac minima perindè formantur*, *prout æquum iniquumque sidus incessit.* And how much you attribute to Astrology, amongst other places, may appear by your own observation of the same effect of the conjunction and opposition of the two superior Planets in *Scorpio*, *annis* 1485, 1518, & 1551. Therefore certainly Mathematicians never err, but when they are abused by false information. I have read *Galileus*, and, to be short, do concur with him in opinion. For his reasons are demonstrative: and of my own experience,

[a] Phil. Comin. l. 7. c. 4. & l. 5. c. 3.

[b] Garceus, Junctine, &c.

[c] Ad Martiam c. 18.

with one of our ordinary Trunks I have told eleven ſtars in the *Pleiades*, whereas no age ever remembers above ſeven, and one of theſe, as *Virgil* teſtifieth, not always to be ſeen. I never aſcribed any thing to the Prophecy I ſent you : but finding ſuch a Knight of my own name, as I never heard of before, I thought fit to have your opinion. And ſo craving pardon for this tedious neſs, I reſt

6 July 1610. *Your poor friend ever faithfully aſſured,*

Chriſtopher Heydon.

XC.

D. Chriſtophorus Heydonus G. Camdeno.

SIR,

I Never doubted your good opinion of Aſtrology ; your own famous Monuments will teſtifie for you ſo long as the Sun and Moon endureth : yet I was glad alſo to ſee it confirm'd under your hand-writing.

But if now *la Broſſe* denies the deſignment of the very day, aſſuming no further to himſelf than a cautelous prediction about that time, he leaveth a prize to a *Milanois*, who (as I have ſeen in a letter from Sir *W. Godolphin* to Sir *H. Sidney* of our countrey) advertiſed the Queen long ſince, that the King ſhould beware of the 14th of *May* this year : and beſides, both in my opinion, and in the judgment of others more skilful than my ſelf, he ſhould rather bewray diffidence in his own profeſſion, than deſerve the commendation of modeſty. For admit he had preſcribed the very day, do not the precepts of art require it at his hands? doth not *Ptolemy*, lib. 4. cap. 11. teach him how to define the time of the event by directions, revolutions, tranſitions annual, menſurnal, diurnal, and horary progreſſions ? do not *Regiomontan*, *Magine*, and, to be ſhort, all other Aſtrologers preſcribe the ſame ? But ſurely all theſe had beſtow'd their coſt in vain, if it were more modeſty for the Aſtrologer to ſtick about the mark rather than to hit it. Suppoſe moreover, that *la Broſſe* had withal fail'd in the article of time, yet had this in my judgment been

been no sin against modesty: for the Physician doth not always cure, nor the Orator persuade. It sufficeth in all professions, to perform that which art requireth, tho we do not always attain the end. I remember *Paris Cærezarius* assign'd to *Paulus* III. (before *Alexander Farneze*) twenty three days later to be Pope than his advancement to the Papal dignity fell out; yet *Cardan* in his discourse upon the Nativity of *Paulus* III. doth no less for all that commend *Paris Cærezarius* for descending expresly to the day, than he doth sharply reprehend all circumstantial, indirect, and doubtful predictions. *Vide*, says he, *quàm expressè loquatur, non quemadmodum nostræ ætatis sycophantæ, forsan, fieri potest, existimo, astra videntur polliceri, & tales meræ nugæ. At ipse dilucidè, & quod successurum non erat negavit, & quod successurum erat pollicitus est, nullâ adjectâ ambage: & adjecit annum, & diem, ne fortuitò prædixisse videatur: nam nisi addideris, quæ ars erit?* I concur therefore with *Cardan*, that in designing the article of time, he did shew his conjecture to be artificial; if since he be not constant to himself, it is his own weakness.

That of *Soissons* I never heard before; but I remember he that writeth *Histoire de la paix entre les Roys de France & d'Espagne*, among his Memoirs of the year 1602. fol. 320. in the 2d Edit. reporteth, that *la Brosse* told Duke *Biron* he should lose his head, for which *Biron* rewarded him soundly with a bastinado, leaving *la Brosse* half dead in his garret; for *Biron* had lock'd him in, and carried the key away. If therefore *la Brosse* have divined so unhappily of the King and *Biron*, there is the more probability that *Soissons* may succeed in his expectation: for the King being taken away, he is one step nearer, and his security in contemning and scorning these admonitions, whereof you write, was a manifest argument, that he was nearer the danger. *Nimis confidens incautus est.* But I crave pardon for this troublesom reply, and give you a thousand thanks for your kind remembrances, which you shall ever find me ready to requite with all faithful love. So wishing to your self all health and happiness, Sir,

27 Jul. 1610. *Your assured poor friend,*

Christopher Heydon.

XCI.

Janus Gruterus G. Camdeno.

SAlve plurimum virorum præstantissime. Et literas tuas binas, & librum *de linguâ Anglo-Saxonum*, uti etiam *Floribelli proverbia Italica*, necnon *Ælfrici nomenclaturam*, denique *selectiora Britanniæ adagia* recepi nunc primum in nundinis: pro quibus omnibus & singulis plurimas tibi memini gratias. Utinam etiam occasio esset redhostiendi! Librum Anglo-Saxonicum tradidi Frehero hîc in manus; Ælfricum ei tradam Heidelbergæ; jam enim hinc decesserat, ut eum nanciscebar. Nisi me memoria fallit, fere idem est, quem *Bedæ* nomine insignitum nobis ante communicârat Petrus Pithœus. Libens intellexi te in altissimo illo otio minime otiari; ita enim ingenio tuo dexterrimo, ita judicio solertissimo, ita vitâ tuâ & scriptis præteritis dignum est. Perge igitur felici augurio contexere nobis rerum Anglicarum & Hibernicarum Annales ex ipsis Archivis: quæ enim auxilia aliunde petuntur, minus habent non modò veritatis, sed & autoritatis. Non dubito multa incursura, quæ pro his temporum imo & hominum moribus, uti & ipse prudentèr animadvertis, nigrum sint exceptura calculum: sed quis unquam omnibus satisfecit? Nec primus hanc viam ingrederis; stravit eam tibi egregie amicus meus summus Jacobus Thuanus, & quidam nomine Comminæus assiduus est in numerandis vitiis erratisque, tam Regum Galliæ suæ, quam Ducis Burgundiæ: quare non est, mi Domine, quod te remoretur ullum obstaculum. Ut enim in Britanniâ non excudantur, at inveniam certè in Germaniâ Typographos idoneos; sanè operam Commelinianorum ut & Aubrianorum tibi spondere ausim. Miratus sum sæpè *Meterani* nostri historiam tolerari apud vos, adeo sine ullo velamento omnibus exposuit, quæ jam antea sparsim prodierant apud Gallos, apud Anglos: & certè si ejus scripta feruntur, non est quod monumentis tuis metuas, de quibus tamen magis ex vero censebit posteritas, ad quam animi oculos directurum te scio, neglecto ævo præsenti, ævo ingrato, ævo invido, ævo vanissimo. Arbitrabar me tibi, antidori loco, missurum Historiæ Augustæ tomos binos; sed enim cum Corrector Indicem non absolvisset, morte præventus, opus illud

illud jacet; exemplar tamen, cum Deo, submittam nundinis sequentibus, unà cum alterâ parte *Florilegii*, ei adjuncturus *Britannica tua*. Quod si tuâ industriâ impetrare possem ab R. V. Episcopo Eliensi grandem illum numerum *vetustissimorum Proverbiorum veterum Britannorum*, unà cum interpretatione vernaculâ, rem faceres animo meo acceptissimam, plurimumque tibi devincires literas literatosque. Illorum mihi modo indicium facit Dominus Richardus Thompsonus, rectè curarentur per Dominum Marinum inscripta Commelinianis suis, ut porro mihi destinarentur. Gratulor Britanniæ vestræ sua Halcyonia, nos è portu delati sumus in tempestuosissimum mare, utinam expertes naufragii, quod faxit Deus opt. max. cui tuam, mi D. amicorumque communium salutem commendo; hoc est, D. Cottoni, D. Savilli, D. Meterani; adjungo his quoque D. Drummondi, cujus literis dudum respondi viâ Cassellanâ, uti volebat. Scribebam verè ex tempore, *Francfurti* xxiv. Septem. M. cIↃ. cx.

XCII.

D. Dudleius Carletonus G. Camdeno.

SIR,

I Gladly lay hold on any occasion of writing to you, as being desirous to recommend unto you that love and affection, which you may challenge of me, as a due, ever since my first knowing of *Westminster*. And first I must thank you for the Arms, which I received from you by Mr. *Chamberlayne*, which were much desired by some Gentlemen in the Kingdom of *Naples*, who claim a kindred with the Earl of *Marre:* and by their friends, I am further solicited to procure his pedegree, with knowledge, if it may be had, whether any of his house hath not come in time past to settle in that Kingdom. In this I shall intreat you to give me the best means you can, without much trouble, to satisfie them.

Here is another Gentleman of this State, who desiring to have particular Genealogical Tables of some of the chief Houses of *England*, hath intreated my mediation to you in this behalf; which if they

they may be had in ſeveral tables, (as the uſe he hath of them is the ornament of a fair room, where he hath the chief Genealogies of *Europe*) I deſire to underſtand ſo much from you, and to what ſum the charge may ariſe, for each one to be conveniently done in colours; and orders ſhall be accordingly ſent by the Gentleman for disburſing of the mōney.

Thus deſiring you to command me with the like liberty in theſe parts, as you ſee I am bold to uſe with you, I leave you to God's protection, and reſt

From *Venice* this
17 January 1611.

Yours moſt aſſuredly to diſpoſe of,

Dudley Carleton.

XCIII.

Iſaacus Caſaubonus G. Camdeno.

Vir clariſſime,

EGO vero tuas ex fide curabo, & magni Thuani cauſsâ, & tuâ etiam. Atque utinam aliud tuâ gratiâ poſſem. Doleo vicem meam, qui Londini habitem, & te non videam. Sed hoc contingit ex eo, quia totius ferè urbis longitudine ſumus invicem ſejuncti. Ne ceſſemus tamen obſecro invicem amare. Ego te ſemper & amabo & colam. Vale, vir optime. Statim poſt tuas acceptas.

Tuus ex animo, Iſ. Caſaubonus.

XCIV.

Janus Gruterus G. Camdeno.

MUltum tibi debeo, mi Domine, ob ſollicitudinem, quam ſuſcipere te video in perſequendis *Proverbiis Britannicis*; & vero ſi excuſa

excuſa ſunt, bonâ ſum in ſpe exemplar aliquod adhuc reperiri poſſe indagatione D. Marii, quem quæſo ut obteſteris per rem animo ſuo chariſſimam alicunde id exemplar vel vi vel prece vel precario extorqueat, dummodo pretio obtinere nequeat: quod illico alioqui ei reſtituetur per Commelinianos. Nihil mihi contingere poſſit gratius, nihil acceptius, & me ſibi obſtrinxerit vinculo indiſſolubili. Aveo enim ardentiſſimè adſpicere grandem illum numerum, ut ſcribis, Adagiorum. Habes hic benignitatis qualecunque fœnuſculum, *Florilegii* nimirum partem alteram, una cum ſubnexis variarum linguarum Veriverbiis; quorum *Britannica* & *Italica* tota tota, mi Camdene, tua ſunt. Illud volumen recipies per Nortonianos: at Commelinianis commiſi exemplar unum *Hiſtoriæ Auguſtæ* ante annum quidem editum à me, ſed publicatum demum hac panegyri. Tu de eo cenſebis, uti & D. Caſaubonus, cui itidem miſi exemplar. Petes autem à Bibliopolâ Mario. Certè immenſos exantlavi labores in Hiſtoriâ miſcellâ & libellis ſequentibus. Parum præſtiti in reliquis ſcio, ſed quis exquiſiti aliquid exſpectet ab exſule, ab viduo, qui hæret, an diutius iſtis locis manere debeat? Diſtrahor enim inter Britanniam veſtram, (in quâ pueritia mea & pars adoleſcentiæ tranſacta) & Bataviam, ubi infinita hominum turma mihi ſtudiiſque meis faventium. Quo lanx deliberationis meæ verget, exitus docebit, niſi mox novis implicer matrimonii vinculis: quod jamdiu diuque, ſed incaſſum, opto. Cæterùm tu, mi Domine, vale atque ſalve, idemque ut per opportunitatem, meo nomine, verum tuis verbis à gratiis & muſis fictis, nunties viris nobiliſſ. ampliſſimiſque D. Cottono, D. Wottono, D. Leſieurio, D. Savillo, D. Eatono, D. Thompſono, D. Meterano, plurimum te rogo, amicorum ut veterrimum, ita & optimum maximum. Iterum vale ac ſalve ab omnibus modis, tuo Jano Grutero hæc præcipitante: verè extemplò, die ipſo Paſchatis. CIƆ. IƆ. CXI.

Si circa vos verſatur D. Robertus Swayle, velim mille aliquot ſalutibus meis mactes: fuit enim mihi Tutor in Collegio Gunwelli ac Caii Cantabrigiæ.

XCV. Richardus.

XCV.

Richardus Parkerus G. Camdeno.

VIdes, clarissime Clarenti, quàm incipit insolescere amicitia nostra, quæ etiam iterum audet Te de eadem re compellare. Sed novi quem jam alloquor, virum candidum aurei seculi & priscæ fidei, quæ singula me animarunt, ut Te circa res nostras Cantianas denuo tentem. Quare per Academici nomen, quod te movere solet, aut per antiquitatis studium, quod tibi dulcius sonat, obsecro & obtestor, ut celeberrimum militem D. Petrum Manwood seriò convenias. Agnosco nihil me posse stricto jure vendicare, sed tamen à jure soli provoco ad jus poli ac conscientiæ, quod in ejus pectore jam altas radices egerit, ut ad ejus candoris tribunal audeam appellare. Tanta enim integritate nobis Cantabrigiensibus innotescit, ut paucos pares, superiores nullos habeat; adeoque Collegio nostro munificus, ut inter Bibliothecæ Benefactores nuper retulerim. Tu quæso, dignissime vir, Equitem aggredere, ac solidè tenta, & quid rerum agitur ante Michaelis festum, si placet, audiamus. Ego interim venerandam tuam canitiem adorabundus salutis tuæ genio sacrifico, id veritus, ne nive tuâ solutâ multum sit luti apud Antiquarios. Felicitèr vale à Parkero tuo. E Collegio de Gonevill & Caius Cantabrigiæ, Julii 30. 1611.

Tuæ humanitati deditissimus,

Richardus Parker.

XCVI.

Janus Gruterus G. Camdeno.

GUil. Camdeno J. Gruterus S. P. Imo nullâ opus erat gratiarum actione, optime virorum. Pulchrè mecum agitur, si ejusmodi munus non abhorreatis velut catharma. Ecquid enim aliud proficisci

queat

queat ab homine semper exule, ter viduo, & cui nihil non adest largitèr curarum atque molestiarum? Nimirum studiis me involvo potissimùm, ut sensus meos avertam à calamitatis meæ amaris. Quare plurimum tibi debeo, mi Domine, ob singularem erga me benevolentiam, quæ de muscâ elephantum facit, & me ponit in orchestrâ, cum ne quidem sedeam in popularibus. Interim non incurvabo cervicem jam senex, sed contra erectior ibo, uti constet toti orbi, me ipsum me resculasque meas ferè universas impendisse studio literarum, conscientiæ unius causâ, non honorum, non opum: cum à nullo unquam ullo adfectus fuerim honorario; & heic consequar, quid? alimenta carceris: quod non dico exprobrandi causâ: nancisci enim possem plura, si peterem: sed sum tam superbæ humilitatis, uti arbitrer satis eum petere, qui benè servit. Accingo me modò ad tertiam *Florilegii* partem; non intermissurus interim magnum illud opus Politicum, quod exorsus sum in Livio & Tacito. Quod si vobis placuerit, affectu non effectu, voluntate non facultate adsecutus sum quod debui. At tu, mi Domine, licet sexagenarius, perge porro felici auspicio, & repræsenta nobis ævum *Elizabetheum.* Ut nonnulli intercurrant nævi; quid tum? nemo fuit unquam ab omni parte beatus, & optimè cum eo agitur, vitiis qui minimis urgetur. De *Cambro-Britannicis* plurimum te amo, mi Domine, plus etiam debeo. Etsi enim ea adsecutus non sum, tam obligor illo tuo animo, quam si nactus. Nec enim exitu obligamur sed voluntate, quam in te agnosco fraternam, imo paternam. Eam porro, uti perseveres, non rogo, ne videar naturæ tuæ bonitati injurius nimium in me pronæ. Vale igitur & salve, flos Britanniæ tuæ. Scribebam *Francfurti* 21 Septemb. 1611. raptissimè.

XCVII.

Nobilissimo & literatissimo Camdeno Claudius Jobertius *S.*

DIcam liberè mi Camdene, αὐτὸν κέκρυκας τ̃ βασιλέα τ̃ ϑύρας, tam verè & gravitèr quidquid est Anglicæ Historiæ enodasti, ut te antiquiores pudere debeat, tot ab illis aut non agnita aut omissa. Certè quoties eam perlego, & perlegisse millies multum juvit, toties diligentiam tuam demiror, & potentioris ingenii magnitudinem;

 non

non quod hîc juvet ἀφαιρεῖν κορωνίδας, ſed quia mei planè genii eſt laudatiſſima quæque admirari & laudare, eo maximè, quia Patavino quondam in otio non ſemel tecum convixi, & Lunellum apud noſtrum ſimul & ſæpius de re literariâ & literatis collocuti ſumus: quod ut ſæpius per literas faciamus, obnixè expoſtulo, meque cenſeas tui medullitùs amantiſſimum. Vale. *Divione Burgundiorum* v. Kal. Febr. cIↃ. IↃC. xii.

XCVIII.

Gul. Camdeno Janus Gruterus *S. P.*

SI modo optare cui licet, quo ipſemet caret. Sum enim nunc funeſtus maximè à morte obſequentiſſimæ conjugis, quicum ſolummodo vixi menſes, eheu! quatuor. Itaque vides, qualis iterum inſtet ſtudiis meis vaſtities. Sed humana ferenda humanitùs. Pro *inſcriptione Cambro-Britannicâ* plurimas tibi ago habeoque gratias. Ut rem Francfurtanam video procedere inter Magiſtratum & cives, etiam tota hieme feriabuntur prela Typographica. Itaque de opere illo noſtro magno polliceri nihil poſſum: præcipuè cum Bibliopolæ omnes conquerantur de frigore hominum circa literas & literatos. *D. Savilii Chryſoſtomum* avidè omnes exſpectamus, imprimis ego. Ipſi à me officioſam ſalutem uti nuncies velim, dummodo mei adhuc exiſtimas memorem. Nam ex quo librariis ejus ea Heidelbergæ præſtiti, quæ potui, quæ debui, nihil ab eodem recepi, non literarum aliquid, ne quidem ſalutis. Bongarſii notæ & pars altera operis ſacri planè, ut cum Plauto loquar, decollarunt. In eo amiſi ut amicum veterrimum, ita certiſſimum: in ejus locum, quem conſtituam hac ſeculi vanitate, invenio neminem: itaque ei perpetuò erit vacuum in corde meo. Freherus *Palatinis ſuis* & *Germanicis* adhuc incumbit, & te ſalutat. Tu quoque & à me animitùs ſalve, virorum præſtantiſſime, & niſi grave eſt, ſalutes meas ſimilitèr communica D. Wottono, D. Cottono, D. Eatono, D. Thompſono, imo & D. Overallio, quem inaudio Londini agere in S. Pauli. *Florilegii* partem hanc tertiam uti æqui bonique conſulas, ne rogo quidem; adeo benignior es in mea omnia. Scrib. verè extemplò die xx. Septemb. cIↃ. IↃC. xii. *Francfurti.*

XCIX.

Jac. Aug. Thuanus *V. C.* Gul. Camdeno *S. D.*

QUod serius ad tuas respondeam, noli succensere. D. Casaubonum, ut me apud te excusaret, semel atque iterum per literas rogavi, occasionem scilicet opperiens, quâ tibi per otium pro literis amantissimis & studio erga me tuo gratias agerem. Molestiam negotiorum ego naturâ meâ semper aversatus sum, nescio quo fato, cum minus volebam, ab iis abreptus, quæ me plerumque officii oblivisci, aut tardiùs sive segniùs in eo versari cogunt. Alacritatem illam pristinam in persequendâ Historiâ nostrâ, de quâ lætari te dicis, multa, quæ ab eo tempore inciderunt, valdè imminuerunt; sparsi de me à me meoque ingenio alieni apud vos rumores, & agitata super eâ re consilia, quæ benevolum antea optimi Principis vestri erga me animum non parum labefactarunt, tum quod ipse extremis tuis addis. His accessit nunquam non mihi deplorandus viri amplissimi Georgii Carew immaturus obitus, cujus in amicitiâ, cum magnum ornamentum & ad ea quæ parabam non parvum subsidium, tum ad removendas calumnias summum mihi in Aulâ vestrâ præsidium repositum putabam. A D. Votono, Ex-legato apud Venetos vestro, etiam adjumenti me aliquid habiturum sperabam. Ante sexennium meo hortatu R. P. Paulus Venetus dissidii illius inter Pontificem & serenissimam Remp. cujus ipse magna pars fuit, narrationem contexuerat ad me transmittendam, cujus quia exemplum D. Votono Venetiis dederat, causatus itineris periculum, illud ut mihi communicaret, eum per literas rogaverat: quibus & meas junxeram, sed irrito successu: nam post longas protelationes D. Casaubonus, qui ei literas reddiderat, nullum aliud ab ipso responsum tulit, (nam illi ad me rescribere non vacavit) quam se idem opus moliri. Quod si verum est, benè vortat; exspectabimus id ab eo commune beneficium. Ad commentarios D. Cottoni quod attinet, scito duabus vicibus eos ad me jussu serenissimi Regis missos, qui res vestras pertexunt usque ad annum præteriti seculi LXXXII: nam reliqua usque ad excessum μακαρίτιδος παμβασιλίσσης, quorum is, qui mihi ultimam partem attulit, spem certam fecerat, quodque unicè cupiebam, ad me missa non sunt.

ſunt. In iis te præcipuam partem vindicare tunc neſciebam, & habeo gratias pro tam honorificâ in eâ re in me voluntate, quæ utinam ſuum ſortita eſſet effectum, neque ex occaſione, quam ſcribis, mutaſſet. Interim iis uſus ſum, & pleraque in jam editis ex illis ſupplevi, multa correxi, & ad annos ſuos revocavi; ſicuti ex proximâ editione apparebit; in iis, quæ ſuperſunt, idem facturus, ſi à D. Cottono commendatione tuâ impetrare poſſum, ut eodem candore, quo ſuperiora, mecum illa communicare non gravetur. Auget deſiderium, quod nunc ſciam ea à te profecta eſſe, hoc eſt, fide certâ & accuratâ diligentiâ ſcripta, ut ut male à librario deſcripta: quod te obſervaſſe dicis, & ego itidem notavi; ſed ita ut non Auctori, quem tunc ignorabam, aut alium putabam, id imputandum exiſtimarem. Reliquum eſt, ut te iterum rogem, ut me excuſatum habeas, ſi tam tardè ad tuas reſcripſerim, tibique ſic perſuadeas, neminem humanitate tuâ illâ obviâ te demereri potuiſſe, qui tantæ gratiæ memoriam religioſiùs colat, & libentiùs, ſi facultas ſuppeteret, beneficium pari ſit beneficio repenſurus. Vale dilectum caput, & me in opere ſuſcepto quantum potes juva. E *Villabonio* noſtro per ferias Paſchales rebus prolatis A. C. cIↃ. IↃc. xiii.

C.

Janus Gruterus G. Camdeno.

NON imitabor exemplum tuum, Virorum amiciſſime, qui tot cives tuos ad nos permiſiſti abſque ullo tuo epiſtolio. Arbitrabar enim inter tot unum alterumque futurum, quem mihi commendares, eoque haberem materiam oſtendendi quanti tua imperia ac deſideria faciam. Sanè nihil mihi accidere potuiſſet jucundius, quàm aliquem alloqui amplectique, qui probaretur Camdeno, flori illi indelibato optimorum virorum. Si quæris quo ſolatio viduitatem ſuſtineam, recepi in me editionem *Ciceronis Guilielmiani*: quid de eo ſperare debeat Reſpublica literaria, colligatis licet ex Thuani hiſtoriâ fine anni 1585. Haud tamen incidit meas in manus liber ille, quem ipſe præparaſſe videbatur ad prelum: ſed is, in quo enotavit variantes variarum Bibliothecarum lectiones: adeo ut ipſius ingenio judicioque uti frui nequeam, ſed ſolummodo labore. Quo ipſo vides,

quantum

quantum negotii susceperim, & quam sim laboraturus in Charybdi tempestuosâ. Verum cum natus sim asinus, semper feram oportet clitellas, & in quo opere desinam honorificentius quàm *Tulliano?* Nullus igitur dubito, quin jam nunc vota facias pro valetudine meâ. Prodire debebat proximo autumno *Florilegii* pars IV. sed noluit Typographus, qui me verbis lactavit vanis: verùm vere proximo junctim edetur cum parte V. sive vixero, sive non. Jam enim omnia sunt perfecta; si modo perfectum dici potest res rudis & minimè deasciata. Sed hoc alius curet, mihi satis est eruisse è latebris tot gemmas tamdiu sepultas. Tu quoque Vir & Amice eximie, ut historiæ, cui jam incumbis, diu diuque sanus validusque superesse possis, vota facio ad divinam providentiam. Scribebam 24 Julii 1613. *Heidelbergæ.*

CI.

Janus Gruterus G. Camdeno.

S. P. Virorum optime. Libens manum tuam agnovi, quâ certior fierem de valetudine tuâ: nam quod nihil tui secum adferrent Administri Principis aut nostri aut tuæ, ambiguum me reddebat: tanto quidem magis, quod nemo nostrorum te allocutus fuisset, magno suo, uti ego censeo, pudore ac dedecore, insedisse tot menses Britanniam, neque consuluisse ejus oraculum unicum, non adspexisse ejus astrum primum? Aggregassem me eidem comitatui, nisi paulo ante uxor mihi ante IV. menses prius ducta obiisset. Ergo in luctu constitutus, facio quod solitus sum, ac literis me involvi: nuncque adeò incumbo editioni *Ciceronis Jani Gulielmi*, de quâ quid sperare habeatis, videbitis ex Thuani historiâ fine anni LXXXV. Non incidi quidem in opus illud adornatum editioni, quod vidit Præses ille, sed in id, ad cujus margines exstant variantes omnes MSS. lectiones, ex quibus editionem illam concinnarat. Vides quale & quantum opus habeam præ manibus, vastum scilicet ac longinquum. Requiro igitur vota tua pro sanitate constanti. Si tu quoque, mi Domine, loca habes, quæ Auctori illi honestamento esse possent, candidus imperti. Quin imo si in Britanniâ tales esse putas, excita obsecro: fiet id non sine eorum mentione honorificâ. Gaudeo te saltem capi

Florilegio

Florilegio nostro : hic nullus adficitur ; itaque non possum impetrare à Typographo, ut excudat partem IV. & ultimam. Pro Usserii libro multum tibi debeo. Antidorum nullum occurret ante editum Ciceronem. D. Savilii salutes meis ubertim remuneror. Nondum vidi *Chrysostomum* ejus, quamvis præsto sit inter sarcinas Principales. Eum ab eodem turpe sit exspectare, cum tanti sit pretii. Vale & salve, vir excellentissime, & per occasionem D. Wottono, D. Cottono salutem. *Francofurti* verè extemplò 20 Septemb. 1613.

Tuus totus,

J. Gruterus.

CII.

Viro clarissimo & doctissimo, *D.* Gul. Camdeno *M. F.* Limerius *S. P.*

RUS profecto à D. Bellocæo communi nostro missæ mihi literæ tuæ, V. C. & doctissime, quas eò lubentius admisi, quod claro tuo nomine insignitæ, candoris & benevolentiæ jam olim tuæ, mihi præsenti testatæ, absenti fidem faciunt. O humanitatem ! non enim negem, V. Cl. à tanto tantillus literas elicere vix speraveram : quid enim pro gemmis tuis nisi vitrum, pro auro præter plumbum rependam ? Quicquid sit tamen, si non in doctrinâ & eruditione, (in quibus tu mihi summus inter summos) certè qui in amicitiâ paria tecum faciat, Limerium habebis : & hoc (ô si detur reipsa !) verbis meis coram ipsâ fide lubens testor. Cæterum rerum vestrarum quod me ex epistolâ tuâ abundè participem volueris, arctiori vinculo me tibi devinciisti ; & merito vobis est, quod invideamus nos Franci ; dum enim nuptiis Aula vestra & festis gaudiis perstrepit, nos hic belli metus, & quod abominor, non vanus exagitat. Magnates nostri (jam audiisti) in causâ, qui rerum nunc-statum emendare præ se ferunt. Sed apage mihi medicos illos, quorum remedia morbos exasperant, non tollunt. Id misera plebs, nata Principum peccata luere, jam plectitur :

plectitur: Campania enim, nondum in bello, tanquam in bello à copiis Regiis (multa millia jam sub signis) miserè devastata, præteritorum bellorum memoriam & faciem renovat. Interea de rebus tranquillandis multus sermo, & conventus in Suessionibus nunc indictus, quo Regina Cardinalem de Joyeuse, Ducem Ventadurii, Boissisium olim apud vos à nostro Rege Legatum, Jac. Thuanum, Janninum, pacis omnes amantissimos & cordatissimos viros allegavit, qui cum Principibus unitis (sic eos vocitant) de rebus controversis agant. Querelarum caussas prætexunt illi nuptias Regis immaturas, se, quorum jus est & interest, ab rerum administratione remotos: nec nisi duobus aut tribus ad summum Arbitris secretiora consilia agitari & concludi. Quibus malis ut medicina fiat, Comitia convocari more majorum, & interim Regis nuptias, donec an è Rep. sint ampliùs consulatur, protrahi volunt; quin quod caput est, Consilium Regi novum institui, quo præcipuè Principi Condæo suus locus & dignatio restituantur. Illa quidem primâ specie non iniqua in bonum Regni vertere possunt, nisi quod utrinque exacerbati animi nihil boni portendunt. Provinciæ omnes tamen, civitates, oppida, plebs adhuc in officio; nec facilè in partes trahentur. Sic & animati nostri Protestantes, magnum rei momentum addituri, quoquo se vertant, nec à pace dimovebuntur, si clementèr, ut hactenus, cum illis agatur. In Britanniâ quædam oppida Ducem Vindocinium Provinciæ illius Prætorem intercepisse rumor est, sed adhuc ἀδέσποτος, & inter illa Blavetum munire totius illius oræ maritimæ commodissimum portum. Certè jam est, quorum pœniteat in laxiori custodiâ juvenem efferum habuisse, quem non exacerbatum aut saltem arctius detentum oportuit. Reip. nostræ status hic summam habes, quem meliorem Deus opt. max. votis & conjunctione bonorum omnium faxit, & te V. Cl. æternum mihi servet. Ruri nostro xx. ab urbe lapide, Non. Aprilis. 1614. stilo nostrate, i. Gregoriano.

CIII.

D. Jacobus Usserius G. Camdeno.

Worthy Sir,

THis Gentleman, Mr. *John Brereton*, (a kinsman of mine) having occasion to repair unto the Court, hath earnestly intreated me to bring him acquainted with your self. He is an antient Scholar, descended of a good house, and one that hath carried himself honestly in the whole course of his life. I know your disposition to be such, that men of his quality without any great suit may find easie access unto you; (which gentleness and sweet nature is none of the least ornaments wherewith God hath endued you) yet I pray let him understand, that he is somewhat the more welcom unto you, because he hath been recommended from one, who (I dare say it) doth as much love and honour you, as any in your own Countrey whatsoever. And if I might presume to be so troublesom unto you, I would request you to send back with him some animadversions upon my treatise *de Christianarum Ecclesiarum successione & statu*: together with any thing that may give further illustration to the things there set down, or the *history of Wiccliffe's followers*; whereof I am to intreat in the next part. Nothing would more please me, than to be informed by my friends where I have done amiss: for of mine adversaries I am assured I shall hear of it with reproachful outcries. Yet by God's mercy I trust even they shall find me so ingenuous, that where I can be justly reproved, there will I be ready to acknowledge and amend mine error.

I know it will be accounted a great disgrace unto the work, that forbearing (as much as might be) mine own style, I have set down the words of mine Authors in that barbarous kind of speech, which in their age was esteemed very elegant. But I could not help it: my Lord of *Canterbury* would have it so, that by that means all occasion of quarrelling might be taken from the Adversary. And in very truth, where the matter is meerly Historical, and the dispute of that nature, where I have no liberty to use mine own invention, but simply to produce what I find delivered by them that went before me, (as in this

this argument it fell out to be my caſe) I do not ſee how the matter would be better carried otherwiſe; and herein I am right of *Velſerus* his judgment. *Næ ego tam delicatus nunquam fui, ut ut de cætero ab aliquâ orationis munditiâ non abhorreo; ut Scriptores hiſtoriæ vetuſtos, incorruptos & horridos, adde etiam barbaros, politis aliis nuperis, qui cum à verbis diſceſſum ad res ventum eſt, priores illos ſequi neceſſe habent, poſtpoſuerim; frequentibus nimirum exemplis doctus, id præſentiſſimo veritatis periculo fieri.*

I have been as careful as poſſibly I could in viewing the places of Authors by me alleged, and, as much as might be, would truſt no man's eyes but mine own. Yet in ſome Manuſcripts, which were to be had only beyond ſeas, I have been forced to give credit unto others: and by that means in one place of my book a great error hath been committed. Pag. 28, & 29. I cited two teſtimonies out of *Hincmarus Rhemenſis* upon the credit of *Goldaſtus*, (as you may ſee there noted) thinking verily, that he had ſeen the MS. copy. But ſince I have found, that he followed *Illyricus in catalogo teſtium veritatis*: and ſo in the latter teſtimony (pag. 29.) took thoſe to be the words of *Hincmarus*, which are indeed the words of *Illyricus* himſelf, continuing the narration of his Author. Wherein tho I have freed mine own credit, in declaring whence I had my allegation; and the miſtake was ſuch, that the moſt vigilant writer that is might have been deceived in: yet I doubt not but I ſhall have *Gretſer* come upon me with open mouth, and charge me with notorious falſification, if I do not prevent him (as I hope I ſhall) by amending the fault my ſelf.

You told me once, that you had ſeen ſomewhere *Epiſtles to the Monks of Glaſtenbury*, attributed to S. *Patrick*: which if by any means you could help me unto, it might be an inducement unto me to publiſh *Magno Patricio adſcripta opuſcula*: for I have been ſomewhat curious in gathering together treatiſes, whether truly or falſly, fathered upon him.

You ſee how bold I make with you: but I know you will accept any thing in good worth from

From my houſe in *Dublin* this 28th of April 1614.

Your entire and hearty friend,

James Uſher.

T CIV. *V. Cl.*

CIV.

V. Cl. & eruditissimo, & amico mihi semper colendissimo, D. Guil. Camdeno, *M. F.* Limerius *s. dico.*

SCripsi ad te ante mensem, V. Cl. sed cum ego huc me negotiorum causâ contulissem, & scribendi segetem Resp. subministret, id è re amicitiæ nostræ existimavi, si paucula hæc iterum ad te. Pacem inter R. R. & Magnates nostros diu est cum audivisti, leges legisti, Comitia regni in X. Septembris apud Senonum urbem indicta, Regis nuptias, donec major annis de se ipse statuat, prolatas. Sed audi quæ iterum nos multum turbent. Pictaviensium animi cum in diversa traherentur, & nonnulli ex illis, Episcopus maximè, Regis partes, quidam Principis sequerentur, supervenit, quæ illos conciliare debuit, renata tranquillitas. Verum cum Pictavium quendam ex suis la Trie nomine Princeps Condæus allegasset cum literis ad civitatem ipsam, quæ suam erga cives benevolentiam exponerent, ita malè ab Episcopo, & qui ab Episcopo stabant, la Trie acceptus fuit, ut gravitèr vulneratus, & uno ex comitibus ejus occiso in Majoris ædes se receperit. Quæ cum ægrè Principem haberent, & exiguo comitatu rem rescíscendi & amicum liberandi animo Pictavium ingredi statueret, non fuit admissus. Excanduit exinde nobilissimus Princeps, & ab Reginâ, ut tantam injuriam & seditiosos ulcisceretur, efflagitavit. Proinde in quendam San-Georgium Episcopi ex sorore nepotem, prædivitem virum, eum tanti mali causam prætexens, sibi ut animadvertere liceret, enixè petiit. Itaque San-Georgium, cum in quoddam castellum suum se recepisset, adgredi Princeps omninò decrevit. San-Georgius clam fugâ sibi consuluit. Princeps castellum expugnavit, devastavit. Nunc cum ego hæc scriberem, adfuit nuncius à San-Germano, ubi nunc divertebat Regina, qui dicit certo certius bellum adversus Principem conclusum: sed vix est, ut illa certa esse adhuc credam. Deus ópt. maxime miserere nobis. Adversus Francisci Suarez Jesuitæ librum, quod latum est, Senatusconsultum mitto ecce tibi, incredibili bonorum omnium & Senatus hujus consensu natum, quod eo magis miror, quod pedibus & manibus quod aiunt optimi Jesuitæ, ne promulgaretur, intercesserint. Sed bonorum sententia obtinuit.

obtinuit. In mundo certè sunt, qui Regicidarum adhuc partibus faveant; sed mihi crede valdè pauci. Vale, Vir Cl. & eruditissime, & amantem redama. *Lutet. Paris.* Kal. Jul. 1614.

CV.

D. G. Camdeno Franc. Sweertius *F. S. D.*

GAvisus sum visis tuis literis: ut liberè scribam & loquar, certè putabam Camdenum ad reliquos abiisse. Ut valet Sweertius, quæris? Pancraticè valet, tuus ô Camdene æternùm. Brevi daturus *flores Lipsianos*, hoc est, sententias & similitudines ex omnibus operibus per locos communes. Inter primos exemplar habebis. Venit ad vos Franciscus Colmoer, qui duxit in uxorem uxoris meæ sororem: per hunc accipies *Originem ordinis Cisterciensium*, auctore D. Miræo, qui te ex animo salutat, desideratque sibi mitti catalogum sive nomina Abbatiarum Regni Angliæ, *&c.* Tradidit inclusam epistolam sive schedam Heribertus Rosweydus Soc. Jesu, Ultrajectinus, vir certè doctissimus, & maximus antiquitatis venerandæ indagator, quâ se excusat de non remissis Sanctorum vitis. Salutem D. Casaubono, cujus vicem deploro: utinam in *Polybio* emendando & illustrando reliquum vitæ insumpsisset. Tractent fabrilia fabri, vetus Proverbium est. Quotquot sunt de Societate Jesu stilum contra illum acuent: omitto ineptos multos Theologos, qui lætabuntur se jam materiam habere scribendi, aut ut melius dicam, convitiandi. Legistine scriptum quoddam Ingolstadii impressum contra PræsidemThuanum? Ego sum in eâ opinione Gretserum Jesuitam auctorem. Si quis est nostrâ ætate, qui absque affectu scribat, is est *Camdenus*: perge Magne Vir, nomenque transfer ad nepotes, & natos natorum, & qui nascentur ab illis. Vale & salve à tuo Sweertio. Ex ocello urbium Kal. Julii CIↃ. IↃC. XIV. Optarem mitti poemata omnia *Oweni*, pretium reponam. Incredibile quanto sint in honore & æstimatione apud omnes Poetas.

CVI.

Amplissimo Viro, D. Gulielmo Camdeno, Janus Gruterus *S. P.*

NON frustra quæris, ut valeam, Camdene optime; vero enim pretio æstimas labores meos, scisque longè esse ærumnosiores quàm vulgus autumat: ideoque ob molem quasi calamitatum mihi ultro accitarum, quotidianis expositum morborum periculis: sed Deo laus, adhuc valeo. Ita quippe incumbo Tulliano pistrino, ut colla subinde subducam jugo: & alioquin quotidiè me recreo in hortis suburbanis, ubi & habeo domicilium. Imo ut noris quàm altum adhuc longumque spirem, ædifico jam modo porticum pedes XL. excipiendis salutatoribus meis. Casauboni obitum juxta tecum doleo: tanto quidem magis, quod juvenes, qui in morientium loca succrescunt omnes ferè sint notæ deterioris. Hac æstate etiam amisimus & Freherum & Velserum, duo Germaniæ sidera magnitudinis primæ. Cum oculos animi circumfero, neminem ferè habeo superstitem amicum me seniorem nisi te, charum Musis ac Gratiis caput, ac Vulcanium, itemque Ubbonem Emmium: nam Thuanus, Hæschelius, Gentilis, ejusdem ferè mecum sunt ætatis. Quare quanto rarior es amicus, mi Domine, tanto jure etiam mihi es erisque charior: ut autem diu sis, vota facio ad divinam providentiam. Nomen Nebulonis, qui in Thuanum scripsit, ignoro, sed est proculdubio aliquis ex eâ chorte, quam tangis. Vidi Prætoris Parisiensis programma, quo libellus ille proscribitur tanquam famosus: non malè, sed tanto magis legetur. Nec est, quod ideo tu absterrearis ab edendis divæ Elizabethæ gestis: es enim auctor ad illam rem unicus, sique tu ei defueris, nemo erit, qui tibi succedat. Viventes magis amamus honoramusque quàm morte functos. Typographum tibi destinavi Wechelianos hæredes, Aubrios nomine, qui vel totum vel per partes edent, quæ eis submiseris. Spondeo ipsorum nomine. Sed meo judicio prius publicabis, quæ non tangunt illud ulcus, quod nosti, & inoffensis oculis à vestratibus omnibus legi audirique queant: etiam à nostris. Nam & infamia quoque ad hanc domum jam spectat.

ſpectat. Utinam firmâ ſis valetudine, ex animi mei, hoc eſt, tui ſententiâ, dum totum illud opus deducas ad exodium. Votis tibi nec ego nec boni deerunt. Vive igitur ac ſalve, vir rariſſime, animoque meo acceptiſſime. Scribebam 22 Septembris 1614. *Heidelbergæ.*

Ut ſpecimen tibi dem Ciceronis futuri, videſis quæſo libri II. de Officiis finem: *quid tertium? vitire*: ita paſſim editur, at Palatinus optimus: *quid tertium? malè paſcere*, quod ipſa eſt veritas: alluditque, imo vero diſertè reſpicit ad iſtum locum Columellæ libro VI. præfatione. Communica quæſo hanc emendationem cum amicis communibus, viris longè honoratiſſimis, ubi te fortè inviſent, D. Cottono, D. Wottono, D. Savilio, ad quem ecce ab Hæſchelio literas, D. Overallio, D. Barclaio, D. Aitonio, quos perofficiosè ſaluto. Valete Proceres reipublicæ literariæ longùm longùm.

CVII.

D. Guil. Camdeno Franc. Sweertius *S. D.*

EPigrammata Oweni & Iconem Barclaii accepi: quid dicam? gratias ago immortales pro re mortali. Certè doctiſſimum eſt Barclaii ſcriptum, & ita mecum ſentiunt, quibus eſt mica judicii. Habes hic *Heriberti Roſweydi* librum contra Caſaubonum; item *Franciſcum Monceum de Eccleſiæ Anglicanæ incunabulis Regiis.* Sunt ſub prælo *Juſti Lipſii flores*: ſpecimen hic vides, exemplar habebis inter primos. Vale, vir doctiſſime, & Sweertium ama, qui te æternùm. D. Miræus ſalutem adſcribi voluit, ut & bonus P. And. Schottus. *Antuerpiæ* xxii. Octob. cIↄ. Iↄc. xiv. Hæc ſcripſi pede ſtans in uno, accinctus itineri Bruxellenſi, quò vocatus ſum ab Archiduce.

CVIII.

V. Cl. & eruditissimo D. Guil. Camdeno, *amico suo observandissimo M. F.* Limerius *S.*

ULtimæ tuæ, V. C. 23 Novembr. datæ, silentii tui caussam aperiunt, & amorem erga me tuum eundem, quem semper existimavi, affatim exerunt. Id unum remordet, paria non præstare. Quis enim sum, quem sic amantèr amplexeris, ad quem sic humanè scribas, tu tuæ Britanniæ lumen, tu rei vestræ literariæ decus? Sed quod in me erit tamen, quod ad amicitiam nostram fovendam, id pro virili præstiturum planissimè recipio. Quod vero quid rerum apud nos agatur scire aveas, V. C. id jamdudum tu à me, nisi negotia me hos duos integros menses Lutetiâ absentem habuissent, idque cur seriùs tuis responderim, præcipuam causam scito. Interea tot turbellæ, tot Aulici & incerti animorum motus, ut quid potissimum scriberem non esset ad manum: quæ omnia cum jam rumor ad te pertulerit, paucis tantum percurrisse juvabit.

Cum inter cætera, capita de fidelitate Regibus præstandâ in acta referri oportere, queis Regum vita in posterum sarta tectaque adversus Regicidas haberetur, & contra quam in Reges & regna temporalem potestatem usurpat Pontifex Romanus, prospiceretur, relatum à populo foret, intercessit Clerus, & de suo corpore quosdam ad Nobiles & Populum allegavit, & inter illos Perronium Cardinalem, qui apud utrumque tres horas integras pro Papæ utrâque potestate concionans, tandem conclusit, se cæterosque Episcopos, (nonnulli etiam ab eo dissiderunt) potius martyrium quàm capitis sui Romani potestatem & jus minutum iri passuros. Quæ cum inter Ordines agitari audiisset Senatus Parisiensis, Senatusconsulto suo præcedentia sua omnia SC. quæ adversus *Bellarminum*, *Marianam*, *Becanum*, *Suarez* sanciverat, iterum sancivit, & publicanda in omnibus suæ jurisdictionis locis edixit. Quod factum cum accepissent Ordines, Clerum præcipuè pessime habuit, Senatum se rebus inter Ordines solos agitandis immiscere; & super hoc, qui apud Regem expostularent, quosdam delegavêre. Res verò in consilium Regis relata variè animos

mos affecit. Fuerunt enim (& inter illos Princeps Condæus) qui pro Populo adversus Clerum manifestè starent; fuerunt etiam, qui pro Clero adversus Populum. Tandem verò post multa ultro citroque allegata, in hæc verba conclusum est, Regem rem integram ad suam personam evocare, & Ordinibus omninò illâ quæstione interdicere: missusque tandem ad Populum, qui nomine Regis articulum illum de suis actis rescindere juberet. Habes hic paucis, quæ *de juramento fidelitatis* vobis nunciata. Cæterum rumor de Regis nostri nuptiis propediem celebrandis increbuit, quas cum nimium festinas dixisset D. de Villeroi, & procrastinandas adhuc obtenderet, ita malè acceptus ab Reginâ, Marchione Anchorano, ejusque fuscâ uxore fuit, ut penè res sibi suas habere jussus, nonnihil ab rerum administratione remotus fuerit. Hæc in nostris rebus solennia. Nunc tu, vir prudentissime, quo in salo jactemur, & quàm Gallia non amplius Gallia, dijudica. Vale, & frequentiores, si non limatiores, à me literas expecta. Hæc benè festinans. *Lutet. Paris.* viii. Kal. Febr. 1615.

CIX.

Caspar Dornavius G. Camdeno.

GEnerose & Clarissime D. Camdene, fautor plurimum colende, Non ita sum animatus, ut quos mihi virtus conjunxerit ac necessitudo, in eos amor meus intepescat & observantia. Atque hujus quidem velim esse indicium tibi ac pignus hoc epistolium; quod ultra maris terminos constantiam meam repræsentet quasique obsignet. Sat autem scio perinde te mei esse memorem: & signum evidens opinionis meæ capio, quod crudum meum Epigramma, nullâ venere excultum, retuleris in eorum numerum, quorum amico plausu *Britannia* tua ornata fuit. Submitto porro tibi unum atque alterum ingenii mei fœtum; quem ut benigno vultu excipias etiam atque etiam rogo: paulo post missurus *Menenium Agrippam* meum, qui nunc sub prelo; exhibiturus perpetuam quandam comparationem corporis humani cum republicâ, & si quid præterea ex ingenii nostri officinâ prodire poterit. Scripta est atque etiam typis exscripta ab ingeniosissimo Barclaio vestro *Ingeniorum Icon*, cujus exemplar

plar ad manus pervenit meas, sed duobus locis mutilum, pagellis aliquot per incuriam Amanuensis amissis. Te verò vehementèr rogo, & per communes gratias, quanquam eæ tibi sunt amiciores, ut vel integrum exemplar mihi mittas, vel si speratum hoc beneficium impetrare nequeo, describi cures, quæ desidero, capitum videlicet elenchum usque ad ipsum textum : deinde quæcunque à paginâ 352. sequuntur : omnia quippe desunt. Ero vicissim in eo, ut, quâ potero ratione, gratus in te atque officiosus esse queam ; utinam etiam in Barclaium, virum excellentissimum, cui si mereor studia mea commendabis. Deus pro salute vestrâ & totius Regni invigilet tam lubricâ tempestate, quæ nescio quid communi nostræ patriæ portendere videtur.

Exspectant Bohemi, promissa à Cæsare atque etiam indicta celebrari Comitia cum Provinciis Unitis. Interea miles, eques, pedes conscribitur hinc inde in Austriâ & Bohemiâ, Cæsaris quidem nomine, sed Hispano stipendia soluturo : id enim manifestè prætenditur. Sed Domini est salus, & super populum suum benedictio : cujus manibus tutelaribus te plurimùm commendo. Vale. *Gorlici* in Lusatiis v. Maii. An. cIↃ. IↃC. xv.

Tui observantissimus,

Caspar Dornavius.

CX.

Andreas Velleius G. Camdeno.

VEnit ad vos filius meus hic Severinus Andreas, qui ut incolumis te, mi optime Camdene, salvum atque incolumem reperiat, Deum ardentèr rogo. Nomen ac studia mea tibi nota esse ex crebrâ relatione viri illustris memoriæ Danielis Rogersii comperi ex primo tuæ *Britanniæ* partu, cui me inseruisse dignatus es. Et certe ut eum partum in manus meas recepi, ardentissimo perlegi desiderio, atque inde memorabilia multa enotavi. Habui enim in percurrendo obvia, quorum te statim monuissem in proemio rerum Orcadicarum, quarum te documentis destitutum statim cognovi : sed partim pudor, partim occupationum moles me retraxit. Verum in his te filius meus

meus abunde instruet, & ego te aliàs monebo, ubi postremam tuam videro Britanniam, quam filius remittat.

Interim non dubito, ubi mores & ingenium hujus exploraveris, quin prompto ac benevolo animo eum in Aulâ & apud Primores regni promoveas, pro tuâ autoritate, quâ plurimum apud omnes bonos vales. Quod pluribus à te contenderem, si ullum de tuâ humanitate in me hæreret dubium. Deum toto pectore oro, ut te quàm diutissimè conservet salvum in nominis sui & patriæ tuæ laudem. Amen. Ripis Phundusiorum 12 Junii A. C. 1615.

T. T.

Andreas Severinus Velleius.

CXI.

Jac. Aug. Thuanus *V. Cl.* Gul. Camdeno *S. D.*

Literæ tuæ xi. mensis proximè præcedentis datæ, quas loquaces dicis, perbreves mihi visæ sunt; adeò elegantes & candoris ac verè generosi spiritus plenæ me legendo inexplebili gaudio perfuderunt, atque insuper consolatione, sed non eâ, quâ fruuntur illi, qui eminus in alto mari jactatas naves ipsi in tuto collocati conspicantur, qui non tam lactantur labore aliorum, quam se extra periculum positos esse magnâ cum voluptate sentiunt. Nam nos in eodem luctamur Ægæo; eadem nos maligna astra aspiciunt; iidem æstus, eædem procellæ susque deque in scopulos & brevia impellunt. Quid igitur me solatur? quod videlicet de miseris dici solet, iis pro solatio esse, in calamitatibus socios & pares habere: quanquam quo minus te meve miserum existimem, prohibent gravia, & ad externas injurias propulsandas, seu ferendas ex veris sapientiæ præceptis petita præsidia, quibus animum ad constantiam obfirmas. Quam eandem constantiam olim in *Jobo* expressi, & mihi jam tum, quæ ab ingrati & infesti seculi malignitate impenderent, animo providens, adversus importunos è fimetis quæ dicis scaturientium vesparum aculeos seposui, ut ejus beneficio aliquando uti possem. Nunc tempus venit, ut uterque nostrum eâ strenuè utamur, & contemptu contumelias

illatas ulciscamur, ad posteritatem ultro provocantes, ad quam potius quàm ad præsens seculum semper respexerunt, quicunque gnavitèr & cum publicâ utilitate in scribendâ Historiâ laborârunt. Perge ergo & communis astri salutarem aspectum pro solatio mecum accipe, quod ita Deo placuit, ut eadem cœli facies utriusque natalem quamvis diversis annis temperaverit. Quæ sequuntur ad Elisabethæ μακαρίτιδος obitum, ut reliqua, quæ ad me misisti, fac brevi à te habeamus, & si fieri potest, etiam serenissimi & optimi vestri Principis initia usque ad annum hujus seculi X. quo nobis ereptus Henricus magnus: nam ad eum usque annum decrevi, si Deus vitam & otium dederit, Annales nostros, quos intermiseram, superstite illo minimè ultra perrecturus, continuatâ narratione persequi, ut cui Viro tantum Christianus orbis debuit, etiam mortuo justa persolvantur. Ad quæ non parum vestra me juvabunt, quod & cum rebus nostris conjuncta & ad universæ Historiæ ornamentum ea summoperè pertineant. Scio te minimè ab his cessare, & diligentiâ tuâ effici, ne rerum apud vos gestarum memoria intercidat; quæ si lucem publicam aspicere nondum sinet is, qui jubere potest, at potes ea cum amicis communicare, ad gloriam ipsius eâdem fide universo operi inserenda; quod ut facere velis, enixè te rogo. Vale & virilitèr age, ac me ama. *Lutetiæ Parisiorum* Nonis Vtilibus CIↃ. IↃC. XV.

CXII.

J. Bellocæus G. Camdeno.

SIR,

I Do not know for what merit in my self, or desert toward you, you should have held me worthy of so worthy a present, as that which you have been pleased to bestow upon me, of your own exquisite working. For as I find my self utterly destitute of any such mark, so I am sure you could never find it in me, but by the character of your own favour and election, which has so much honoured me, as to make me partaker, with your worthiest friends, of one of the best tokens of your good opinion. For the which, Sir, I have nothing to return you with my most

most affectionate thanks, but the very heart and affection which does deliver them; which being long since, tho unknown, devoted to your merit and reputation, is now by this kind and liberal communication of your favour purchased particularly to your person. And so I must entreat you to believe, and to dispose of me. My judgment is too low to reach to the heighth and merit of your book, and to contribute any part of the commendation which it deserveth. That office I must leave to the President *de Thou*, (from whom you shall herewith receive a letter in answer of your gift) and to such other learned and judicious friends of yours, who may by the exquisiteness and authority of their judgments afford you that honour which is due unto your work. For my part, I can only clap hands with them, and acknowledge my self, which I will ever thankfully do, for this particular testimony of your favour,

From *Paris* the $\frac{20}{10}$ of July 1615.

Your obliged and most affectionate servant,

J. Beaulieu.

Sir, My Lord Ambassador will not fail also to thank you for his book, that you have sent him, but desireth you to forbear him a little longer, by reason of his many present distractions.

We are now here upon the Crisis of our affairs. The Queen being resolved without any further delay to set forward the next week on her journey; and the Prince of *Conde* on the other side has resolved, with the other Princes his associates, not to stir from these parts; who she feareth may hatch some new broils in her absence, by the assistance of those of the Religion, who are now assembled at *Grenoble.*

CXIII.

V. doctissimo & observandissimo, D. Gul. Camdeno, *amico suo charissimo, M. F.* Limerius *S.*

QUod tibi citiùs de munere mihi misso gratias non dixerim, humanissime & doctissime Camdene, absentia in causâ fuit, sed absentia tot negotiis implicita, ut penè nostri ipsius meminisse negatum sit. Igitur de cessatione gratiam fac; invitissimus enim peccavi, qui contra jus amicitiæ à tanto Viro tantum munus datum hactenus non agnoverim. Itane Camdenum, quem in re literariâ terra Anglia facilè principem habet, unum ex vulgo literatorum tanto munere beasse? ô humanitatem! Quid etiam, quod Elisabethæ vestræ omnium Principum facilè Principis vitæ primordia continet! ô nos beatos, si tu & manum in cætera porrigas. Deus bone, quæ exempla, quæ facta! Fallor si ipsius Antiquitatis variores casus Historia comprehenderit. Bene tibi, V. doctissime, qui salivam moveris; sed melius, si quo bono pede cœpisti, eo pergas. Certè in hac priori parte, quam perlegi, nihil magis quàm Scotorum Reginæ fatum sum miratus; aliter enim scripserant & senserant hactenus quos legi omnes: sed veritas non te latuit, cui omnia Regni acta palam & ad manum. Perge, inquam, vir doctissime, nec posteris tantum fructum, ipsique adeo Principi olim vestræ, tantum decus invideas. Illa enim si superstes, jubeat, & ut ille à solo Apelle, sic ab unico Camdeno depingi ferat. Quod ad me attinet, tanto muneri imparem me molestissimè fero: si quid tamen quod te minimè indignum judicem, participabo.

De rebus vero nostris quid scribam, apprimè ambigo. Fluctuamur incerti pacis an belli: sunt tamen, qui de hoc ægro desperent, ni Deus ipse medicus adsit. Dum enim sibi quisque studet, non est, qui malis publicis medeatur. De R. R. versus Burdigalam profectione multus sermo, sed varius, prout quisque conjugio Hispanico aut benè aut malè vult. Profecturos tamen eos propediem autumant. Condæus interim, quanquam sæpius admonitus, Regi se comitem negat, priusquam Ordinibus satisfiat, & Consilium reformetur. Quod quosdam sic malè habet, ut jamjam fremant, & læsæ Majestatis crimen ei

ei intentent. Inter tantos tumultus, mi Camdene, periculum est de naufragio. Qui verò ad Gratianopolim Protestantes convenerunt, si se de compacto Principi jungant, ingens momentum addant, nec dubium est, quin malè tunc cum conjugio Hispanico futurum sit. Sed adhuc deliberant. Hæc in rebus nostris quæ novi omnia, quæ sigillatim enarrare nec tutum nec pro honore Gentis. Vale colendissime & doctissime Domine, & me amore tuo semper, ut facis, beatum habe.

Cum ego hæc exarâram, consilium de rebus inter R. R. & Condæum componendis heri habitum nunciatum, ubi nisi quatuor armis agendum censuêre, & quatuordecim, inter quos dux Guisius, pacem quovis bello potiorem, Condæumque audiendum senserunt. Iterum vale. xiv. Kal. Sept. 1615.

R. R. hodiè Lutetiâ discesserunt, tandemque ferro flammaque agendum potius quàm à conjugio incœpto recedendum optimi Consiliarii obtinuerunt. Quò vero res deveniat, Deus videbit.

CXIV.

J. B. Ursinus G. Camdeno.

SAlve nobilissime & clarissime D. Camdene. Britannia, quam scriptis orbi reddidisti, prima jam olim mei in te adfectûs causa extitit: hunc ut incoram tibi vel officioso saltem adfatu probem, eadem, sed quam à Rege sibi ipsi tandem redditam nunc pedibus tero, invitat Britannia. Quid enim post Regium jubar majoraque illa Procerum lumina, in hoc orbe Britannico vel adspectu illustrius vel effectu vividius, atque benefica ista eruditorum sidera, quos mens cœlo, fama terris consecravit? Tibi tu Camdene magis proprium hoc fecisti elogium, qui quâ pietate patriam, eâ orbem omnem meliorem tibi devinxisti: nec tam gaudet divisa non amplius toto orbe Britannia per te audire, quàm orbis penitiore Britanniæ notitiâ per te frui. Unâ eâdemque operâ tu Britanniam orbi, nos, quotquot literis nomen dedimus, tibi junxisti: superest, ut præsenti nunc quoque alloquio (pro me jam verba facio) jungamur. Nimirum eruditionis tuæ jamdudum certo, tandem etiam humanitatem experiri libet;

non.

non quod hic de eâ diffidam, sed quod hinc propriam corculorum virtutem apud te quoque vel degustare adlubescat. Uti palatum, ita & mens peregrinantium diversimodè adficitur, nec tantum soli quantum ingeniorum morumque varietate delectamur, quicunque majus quid & quod supra vulgus sapiat, in peregrinationibus quærimus. Tu quoque, Camdene clarissime, non invidebis hunc animo esurienti pastum, sed potius reipsa demonstrabis, jure merito τῆ χαρίεντος & humani nomen doctrinæ simul morumque suavitati à Græci Latiique sermonis Venere usu promiscuo esse copulatum. Id quominus cum aliquo tuo tuorumque negotiorum incommodo fiat, hisce literis earumque latore Romanorum peregrè redeuntium more imitari volui, qui adventûs sui nuncios ad suos præmittebant. Itaque primum humanitatis tuæ erga me beneficium erit, tempus tui conveniendi mihi indicare: cui beneficio si fortè officium meæ salutationis minus respondebit, vel Cl. Paludani auctoritas, qui hunc salutandi tui honorem verbis amplissimis mihi detulit, pondus addet. Vale. *Londini* pridie Kal. Sept. st. Jul. CIↃ. IↃC. XV.

Tui studiosissimus,

Janus Balthasar Ursinus Bayerius.

CXV.

D. G. Camdeno *V. N. & doctissimo* M. F. Limerius.

CUM me hic negotia oppresserint V. N. & humanissime, & de propiori quasi loco verba tecum facere detur, haud æquum, si sine meis ad te literis discedam, putavi. Scripsi ante mensem, & de munere tuo gratias egi: quin quicquid rerum tum apud nos, nunciavi. R. R. ni fallor, Lutetiâ discesserant Burdigalam iter facturi, & ita festini, ut noctem nisi unam singulis hospitiis pernoctarint. Aulam nunc Pictavium habet, unde variolis detentam Regis sororem vix hoc toto mense posse discedere nunciant. Interea qui ad Gratianopolim conveniunt Protestantes, illuc bis ex suis quosdam miserunt, itidemque dux Rohanus & Rupellanorum civitas privatim allegarunt, qui junctis precibus Regis itineri remoram quasi injiciant.

Quid

Quid profecerint adhuc non in comperto; sed quod est Regni hujus fatum, ne cum surdis agatur, maximè metuunt. At Princeps & qui ejus partium copias undique colligunt, nec desunt ei maximi & strenui fautores & adjutores. Favet itidem magnam partem populus; sed nomen & veneranda semper Gallis autoritas Regia adversantur. Enimverò ut ejus progressibus obviam iretur, Diploma *verificandum* ad Senatum miserunt R. R. quo majestatis reum fieri & proscribi volunt Principem & qui ab illo stant: scilicet ut quem videre, ne quid detrimenti Regnum caperet, antea Senatus monuit, eundem illa ipsa molientem perduellionis damnet. Eo tamen jam ventum est, ut Procurator & Advocati Regii Catholici pedibus in R. R. ita dicam, voluntatem iverint, & nonnulli etiam Senatores suffragati sint: major tamen pars refragatur: cæteri adhuc deliberant. Quid verò futurum sit, non est quod ambigam; eò enim socordiæ devenimus, ut incendium hoc nisi ruinâ restinguendum existimemus, ita ut jam nunc nos periisse censeas. Deus meliora, & te V.N. & doctissime, sanum sospitemque servet. Vale. 23 Septemb. 1615. S. N. *Rotomagi*.

CXVI.

Janus Gruterus G. Camdeno.

S. P. Optime virorum, & ignosce, si tribus rescribo verbis optatissimis tuis. Sum Francfurti in nundinis, ubi à mille hominibus interpellor, unde centum minimum rescribendum epistolis. Billius nullos Annales huc attulit, nedum ut ab eo exambirem exemplar tuum. Gratias tamen tibi ago immensas pro prothymiâ tam eximiâ; neque quid ei reponam invenio, nisi Cicerónem meum, qui necdum prodiit; seriò tamen ipsum pollicetur Typographus Hamburgensis. Diu est, quod isthæc adjecta receperim Gorlicio à Dornavio nostro: huc usque retinui, ne oneri tibi esset, si obvenisset per tabellarium: literas tamen adjectas tradidit famulus meus filio Buxtorfii, qui erat in comitatu Legati Veneti ad Regem vestrum. Valdè gratulor Reip. vestræ Christianæ, quod seriò manus admoveris *Annalibus Britannicis*. Tu ad eam provinciam unus & unicus, qui possit idem, quod omnes velint & optent. Itaque Deus opt. max. tibi vires

tibi vires atque mentem integrè servet, ô columen patriæ tuæ. Vale, inquam, ac salve, mi Domine, ex voto tuo, hoc est, bonorum doctorumque omnium; imprimis verò à Grutero hæc scribillante. 25. Septembris 1615.

CXVII.

D. Gulielmo Camdeno Franciscus Sweertius *S. felixque anni auspicium precatur.*

CErtè non possum satis mirari literas meas ad te non pervenisse, amicâ manu missas: quibus significavi me accepisse gratissimum munus, Annales rerum vestrarum regnante Elizabethâ ad annum cIↄ. Iↄ. lxxxix. Legi & relegi; perplacuerunt, quod viderim omnia ex ingenuo veritatis studio & conscientiâ integrâ profecta: licet aliter judicent *fatui nova numina mundi*; apud quos Rex vester non benè audit: relinquendi isti, & nos invicem amemus. Jam duo menses sunt, quod parens meus ætat. lxxv. abierit ad vitam meliorem: præcessit, & nos paulatim sequemur, cum Deo opt. max. visum. Amoenitates illas, vulgò Land-schappen, avidissimè te expectasse video, sed frustrâ: eâ de re scripsi Colio nostro indicaret longitudinem, & latitudinem, & numerum; statim tuis parebo jussis. *Flores Lipsii* iterum sub prelo, sed auctiores. Vale, mi Camdene suavissime, cIↄ. Iↄc. xvi. vii Januarii. Salutat te ex animo bonus pater Schottus.

CXVIII.

G. Camdeno A. Schottus.

HAbebam equidem plura in *Antonini itinerarium*, sed quæ mihi in hâc ἀπoδημίᾳ periêre, ut alia, utque Sibyllæ folia, quæ venti dissiparunt. Fuerit aliquid fortasse servasse & edidisse *Suritæ* diligentiam, quæ absque me esset, periisset; ut & *Steph. Pighii annales Rom.* nuper hic evulgati, & antea *Q. Horatius* Lævini Torrentii. Chr. Longolii

golii editio longè optima, & Simleri Basileæ: nam in Aldinâ editione folium deprehendi trajectum, ut monui præfando. Si in Regiâ sit bibliothecâ equidem nescio. Scribe ad Rigaltium, vel Car. Labbæum I. C. viros doctissimos Lutetiæ, vel ad amplissimum Aug. Thuanum: & fortè Heribertus Roswey suppeditare quid potest. Vale, & rem, quod facis, promove literariam, nosque ama. *Antuerpiæ* idibus Martiis cIↃ. IↃC. XVI.

CXIX.

Gulielmo Camdeno Franc. Sweertius *S. D. P.*

ANnales rerum Britannicarum avidissimè hic leguntur, exemplar (quod tibi debeo) unicum in Urbe nostrâ, quod certè dolendum: rarò in meâ Bibliothecâ est, ambulat & obambulat. Quidam non infimæ sortis Societatis Jesu Pater legit & perlegit, & mirum in modum laudavit. Perge pede quo cœpisti, mi Camdene, æternam tibi polliceor famam. Prostant hic venales regiunculæ aut amœnitates, mirâ arte elaboratæ, sex numero sunt. Pretium singularum floren. octodecim; si pretium istud displicet, non desunt hic artifices manus, quales fieri peroptas, curabimus, & pretio inferiori. Resalutat te ex animo P. Andreas Schottus, à quo hoc epistolium. Conveni similitèr P. Heribertum Roswey, egregium Antiquarium & benè doctum; dicit se habere Antonini itinerarium MS. & collata duo exemplaria. Prodeunt iterum *Flores Lipsiani* auctiores & meliores, unum exemplar inscripsi D. Colio, amico opt. alterum tibi, si tanti videtur: locum habeat rogo in tuâ Bibliothecâ. Vale, & Sweertium tuum solito amore prosequere. *Antuerpiæ* cIↃ. IↃC. XVI. XVI Martii.

Est in Flandriâ Vir nobilis Adrianus Scrieckius, qui scripsit *Europam redivivam*, in quâ tui honorifica mentio; adfuit nuper mihi, & pollicitus est te exemplar inter primos habiturum.

CXX.

Heribertus Rofweydus G. Camdeno.

J. H. S.

AMiciffime Domine, Antonini itinerarium contuli ipfe ad exemplar MS. B. Mariæ Atrebati, quod probæ notæ erat, & à vetuftâ manu. Habeo & duo alia exemplaria collata ad MSS. fi quæ loca confulenda, lubens trium codicum varietatem tranfcribam. Valde optarem in Anglicis bibliothecis inquiri Martyrologium Bedæ, Ufuardi, vel fimilium veterum.

T. T.

H. R.

CXXI.

Cl. V. Gulielmo Camdeno Jacobus Gothofredus *S. D.*

MItto ad te, fumme vir, primos ingenii mei fœtus: etfi toto orbe divifus, nominis tui celebritati tamen adfiduus teftis & fuperftes. Sic enim habemus omnes, qui literarum defiderio tenemur, unum habere Galliam, qui Hiftorici nomen & numeros expleat, Thuanum: unum habere Britanniam, Camdenum: neque videmus, qui hodiè vobis non dico potiores, fed pares adjungantur. Ita enim veritatem in omnibus ducem fecuti eftis, ut tamen eloquentiam non fperneretis: rarâ hoc feculo ingenii benignitate, ut non tantum Hiftoricæ veritati detrahatur, quantum decoris & ornatûs accedit. Et fidenter tamen hic labor meus ad te properat, obfervantiæ in te meæ argumentum. Cui fi tibi placeat, comites alios & potiores huic ego mox adjungam: *Annales* inquam *Francicos*, ad exemplar Britanniæ tuæ formatos i. à mediæ ætatis næniis & fabulis repurgatos: dein & *Codicem Theodofianum*, illuftriffimum omnium, quantum exiftimo, totius antiquitatis monumentum. De quo pluribus ego apud te olim acturus, fi me in tui obfervantiffimorum numerum

merum admittis: & hoc deinceps literarum commercium pro summâ felicitate ambienti indulges. Datum *Francofurto* xxv Martii A. 1616.

CXXII.

Amplissimo Doctissimoque Viro D. Gulielmo Camdeno J. de Laet.

QUod nuper sum pollicitus, V. humanissime, nunc præsto, remitto tibi Evangelia linguâ Anglo-Saxonicâ conscripta, & pro illius libri, sicuti & alterius, usurâ summas gratias ago tuæ humanitati & patientiæ, rogoque ut diuturniori in detinendo moræ ignoscas. Mitto unà Historiæ compendium *Constantini Manassis*, dudum Latinè, nunc etiam Græcè editum; *Historiam Palladii Lausiacam*: & commentarium *J. Meursii de populis Atticæ.* Si aliâ sese obtulissent jam, quæ sperarem tibi gratiora futura, lubens misissem: & posthac ubi sese offerent mittam. De republicâ parum habeo quod tibi narrem. Hispanus cum quinque millibus peditum, & mille ducentis equitibus (alii majorem, alii minorem numerum produnt) Rhenum transierat ponte è navibus juncto; & in transitu juxta Wesaliam aliquot tormenta inde eduxit, & secum rapuit in Marchæ comitatum: quæ res in illis partibus longè latèque terrorem sparsit, & nobis non levem suspicionem movit hostem aliquid præmaturè moliri instituisse, unde jam omnia hic ad obviam eundum comparabantur; verum aliquot oppidulis occupatis, & præsidio ibidem relicto, dicuntur ad stationes suas reverti: & omnis illa suspicio pro tempore evanuit: aliis sub æstatem magnam belli molem incubituram metuentibus; aliis contra pacata fore omnia sperantibus; prout varia sunt nostrorum de hoste judicia. De Gallia utpote vobis viciniore nihil addo; sed finem faciens, Deum precor, ut te Reipub. literariæ diu incolumem servet. Salve, V. præstantissime, & vale. *Lugd. Batav.* cIↃ. IↃc. xvi. xx. April. Gregoriani.

CXXIII.

Janus Gruterus *V. Cl.* G. Camdeno *salutem pl.*

EXcurrente ad vos, Principissæ nostræ qui est à sacris concionibus, D. Doctore Chapmano, scelus meum putabam dimittere cum sine meis ad te, carum musis ac gratiis caput: tanto quidem magis, quod rediturus sit ad nos paulo post, eaque propter tuas fortè mihi etiam elicere posset. Arbitrabar futurum, ut à nundinis vernis submitterem tibi Tullium nostrum: sed fefellit me typographus. Habebimus tamen autumnalibus, Billioque exemplar tradam nomini tuo meritò inscriptum. Nam etsi is nondum Historiam tuam mihi communicavit, æquè tamen eam tibi debeo, atque si ab ipso accepissem. Interim aliundè sumptam legi, neque potui satis mirari discrepantiam aliorum scriptorum à tuis. Ergo ut per annos quadraginta amplius orbi imposuerit calumnia! Verum hæc & similia vivæ voci magis concredi amant quam papyro. Et gratulor sanè tibi, mi Camdene, quod operi illi postremam imposuisti manum, pro eâ quâ es inexhausti ingenii ubertate; dabis nobis deinceps adhuc te digna, quod ut cæteris tuis monumentis respondeat, imo ea ipsa anteeat, opto tibi voveoque diu diuque mentem sanam in corpore sano. Ego jam sesquiannum ferior; neque facilè videor ad alium laborem ultrò adducendus; præcipuè cum me hortulus & mane & vespere teneat adsiduum. Videbo tamen, uti sensim perficiam *Discursus seu dissertationes politicas* in Tacitum ac Livium; quorum hic continebit spectantia ad Remp. ille ad Imperium. Subsecivis horis emendo augeoque xxx. *Suspicionum* libros toties promissos: sed parum proficio, destitutus vel socio, vel instigatore, vel adjutore laborum, vel quod dicam nescio: adeo otium mihi jucundum est, degeneratque in ignaviam mirè desidem. Verum istud in me utcunque ferendum, qui Brabantus sum, hoc est, quo senior, fiam etiam stultior; ne degenerem à proverbio scilicet. Hæc habebam, quæ tecum viro & amico optatissimo garrirem: tu quoque si à me salutaveris D. Cottonum, D. Aitonum, rem feceris animo meo gratissimam, ô germen reliquum aurei seculi ferè unicum. Scrib. raptim 16 Maii 1616. *Heidelbergæ.*

CXXIV. Gulielmo

CXXIV.

Gulielmo Camdeno Franc. Sweertius *S. D.*

SI quid rectè curatum velis, mihi mandes velim. Habes in hâc chartâ complicatâ variantes lectiones à P. Heriberto Roswey transcriptas; item epistolium ad me P. Andreæ Schotti. Spero erunt quædam, quæ tuo servient palato. Quid noster Colius? vivitne adhuc? jam seculum est, quod nihil ab eo viderim literarum. Est apud nos Rubenius celeberrimus Pictor, toto orbe notus, & benè doctus; audivit apud vos extare libellum, cui titulus *Icon Animorum*, quem videre desiderat: certè beabis me & illum uno exemplari. Vale, & plurimùm salve, ab eo qui te amat medullitus. In Galliâ omnia pacata. *Antuerpiæ* CIↃ.IↃC. XVI. Kal. Junii.

CXXV.

D. Christophorus Heydonus G. Camdeno.

SIR,

YEsterday I was idle, and therefore content the rather to listen to our new *Scipio*, while he reported his dream, than to sit still, and do nothing: tho I must confess, had it not been at your request, I should hardly have endured the penance to persist, and hear him out with patience. For who that has saluted the demonstrative principles of the Opticks at the threshold, or that believes the infallible observations of our modern Astronomers, can abide his dream of a watry Sphere, when *Alhazen* and *Vitellio* have so long since banished *Aristotle*'s Element of the Fire? For by how much Water is grosser than Fire, so much would the refraction caused thereby deceive the sight more grosly; so as all Astronomy must be rejected as impossible to be attain'd, if we admit divers *Diaphana* in Heaven. It was *Tycho*'s purgatory to wade through the refractions of our vaporous Aër; but should we entertain his immense Sphere of

of Water, all Aſtronomers ſhould be condemned to the pains of Hell it ſelf. I have read in St. *Auſtin* of this watry Sphere, to which he imputed the cold influence of *Saturn*, by reaſon of his proximity to the ſame. But I did never know before, that thoſe preſumptuous Spirits were thrown out of Heaven for their diſdain at God's workmanſhip in placing this watry Sphere ſo near them. Nor do I think it will ſtand well with the Metaphyſicks or Natural Philoſophy, that for the paſſage of theſe diſobedient Spirits to tranſmit the light from the *primum mobile* (which this dreamer calleth *the Sphere of Light*) it was neceſſary for God to bore this window, which his fanſy ſo ſweetly apprehendeth in a viſion; conſidering, that Spirits and Light be incorporeal ſubſtances, whoſe eſſence neither condenſeth nor attenuateth the Elementary or Heavenly bodies, as it pierceth the ſame; nor can be defined any where *tanquam in loco*, but rather, as *Scaliger* in his exerciſes ſaith, *tanquam in ſuo ubi.* And as paradoxical it is to me, that *Motion begets Light*, when the Scripture it ſelf teſtifies, that Light was the creature of God, before he made the Heavens, or gave motion unto them; nay, when all Philoſophy rather makes Light the cauſe of Motion; and he himſelf, unconſtant to himſelf, ſuppoſeth the ſtream of light, flowing through his fantaſtical window, to drive the Spheres of the Planets and Stars about, as water doth a mill, when certainly alſo we ſee motion in the darkeſt night, when there is no light.

I will not inſiſt upon his falſe aſſumption out of S. *Peter*, that both Heaven and Earth were of Water, when rather quite contrary *Peter* ſaith, Heaven was firſt, and the Earth conſiſted of the water, and by water. Nor have I time to ſhew, how abſurdly he is driven to make his Window in his Watry Sphere always to be in perfect conjunction with the Sun, and thereby to make a new libration of the whole Sphere, or rather a particular, incomprehenſible, and irregular motion, or rather floting of that Hole to attend the Sun's annual and diurnal motion, quite contrary to the motion of the whole Orb of Water; which he feigneth only to be carried with the motion of the *primum mobile*: leſt making his window fixed in one place, we ſhould ſuffer many Eclipſes of the Sun every year, nay every day, as often as the Hole and the Sun were not *in eâdem lineâ rectâ.*

Nor was it ever before underſtood, that *Galaxia* was cauſed by the oblique reflection of the direct light, which deſcends from the *primum mobile* to the Sun's body. For theſe and many other myſte-

ries

ries never before revealed, all posterity is bound to offer a thousand Hecatombs to this dreamer. But I am afraid, if *Esay*, *Justin*, and *Basil* were alive, they would be very much offended with him for abusing and detorting their authority to his fansies, to make them patronise his dream.

For these reasons I will not deprive you long of the Author, but do return him with many thanks, having no news to requite you withal, but that it seems strange to me, which one for certain told me yesterday, that *Somerset* wears his George and Garter in the Tower still. So rather shewing, that I have satisfied your request in reading *Scipio*, than for that I have held him worthy these lines, I recommend me to your love, and rest

Raptim 16 *June* 1616. *Your ever assured in true thankfulness,*

Christopher Heydon.

CXXVI.

Joanni de Laet G. Camdenus.

Accepi, Vir clarissime, meos quos remisisti libros, & eodem fasciculo tres à te, ut ego isthoc beneficium mihi pulchrè fœneratum dicam, & gratias tibi habeam maximas, qui rem meam ita triplicasti, dum tu vir gratissimus fertiles agros imitatus, plura reddidisti quàm accepisti. Donec verò parem reponam gratiam, habe à me hos *Annales*, quos Rex noster præter exspectationem edi jussit, cui parendum; etsi ex veritatis studio odii lolium mihi inde succrescere præviderim. Quicquid sit, bonæ conscientiæ & patientiæ clypeo excipiam, & nihil præter Deum timebo, qui te diutissimè sospitet. *Chesilhursti* Junii 18. 1616.

CXXVII. *Eruditissimo*

CXXVII.

Eruditissimo & humanissimo Viro, *D.* Gul. Camdeno *M. F.* Limerius *S. D.*

NImium, bis nimium ab officio cessavi, Camdene carissime. At publicæ privatæque agitationes optatum literarum nostrarum ad te cursum interturbârunt. Sed cum Lutetia jam nos habeat in aliquot menses, & in privatis nostris rebus aliqua quies appareat, tu inter primos Britanniæ vestræ amicos meos occurris, quem ego salutem, cui studium erga te semper præfervidum deferam. Duplici nomine id tibi debeo, vir eruditissime, cum propter humanitatem erga me tuam, tum ob complures literas tuas, quibus à discessu nostro me quamvis immeritum amantissimè dignatus es. Certè tamdiu nihil audiisse de te grave admodum, cujus literarum suave & lucrosum mihi (sic dicam) commercium auro contra non æstimem. Has igitur pauculas à me habe amoris & observantiæ meæ indices lineas, ut si quæ amicitiæ flammæ cordato pectori tuo adhuc insident, denuò eliciam, quæ te non solum valere, sed & me amare nuncient. Quod ad publica verò attinet, pax nobis illucere cœpit, sed (si mihi credis) adhuc malignâ luce. Apud Bituriges se detinet Princeps Condæus, stabiliendis illic rebus suis: interea hæc navis nauclero indiget. Ancoranus majori quàm olim gratiâ flagrat. Picardiæ tamen administratione cedit in gratiam Longovillæi Ducis. Qui ad clavum nuper sedebant, plerique remoti, & novi adsciti aut certe adsciscendi; & Villaregium etiam sunt qui nutare autument. Protestantes, qui Rupellæ convenerant, conventum solverunt maturiori, quàm eis dicta dies, discessu; sed sic illis visum, ut omnem de se suspicionem amoverent. Quid autem perfecerint, jamdiu est, cum nosti. Equidem illorum consilia & intemeratam fidem pacem regno reddidisse non est dubium: sicque cum multa de suo jure in pacis gratiam remiserint, jus suum stabilisse videntur. Certè in firmiori quàm olim statu versantur Ecclesiæ nostræ, nec temerè quis nunc illas concutiat. Sed illa à Deo sunt, cui semper cordi sua Sion. Illum, ut te incolumem patriæ & amicis servet, supplicans veneror. Vale,

vir

vir eruditiſſime & humaniſſime, & uti facis nos ama. *viii.* Kal. Jul. *1616.* S. N. *Lut. Pariſ.*

CXXVIII.

Nob. & Ampliſſimo Viro, D. Gulielmo Camdeno, Jacobus Gothofredus *S. D.*

REdeo ad Te, Vir maxime, majore quam nuper admodum fiduciâ : non ambitioſus jam amicitiæ tuæ candidatus, ſed in eam humaniſſimè receptus. Et inſtas verò mihi ſerio, ut promiſſam *Codicis Theodoſiani νέαν ἔκδοσιν* miſſis aliis urgere ſeu feſtinare velim. Pareo ecce Conſultori tibi tam efficaci vel hoc ſpecimine; tu modo videris, an tanti fuerit conſuluiſſe. Cœpi nunc ab Eccleſiaſticis, velut potioribus, & fortè compellandus mihi brevi è Primatibus veſtris aliquis, cui ego Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ἀπόμοιρον non pœnitendum deſtino. Sic enim eſt; Britanni vos Pontificium hodiè horum ſtudiorum obtinetis: & qui olim fidei propagatores è Gallia recepiſtis, cum fœnore refundere nunc poteſtis. Sine quæſo te, in illuſtriſſimi Cantuarienſis & Elienſis Epiſcoporum manus & conſpectum veniant adjuncta exemplaria. Ego futuris nundinis videro, an *in Francicis* ad nuperi etiam Scriptoris diligentiam labore meo addi quid poſſit. Vale, V. maxime, meque tui nominis cultorem porrò habeto. Dat. *Francofurto* 18 Septembr. *1616.*

CXXIX.

D. Gul. Camdeno Franc. Sweertius *S. D.*

SI vales, benè eſt, ego ex animi ſententiâ, quæ Dei opt. max. eſt benignitas, valeo. Dum nuper ſupellectilem noſtram literariam perluſtro, incidi neſcio quo caſu *in Itinerarium Provinciarum Antonini Auguſti* editionis Lugdunenſis, cujus editionem an videris neſcio: ſpero uſui tibi futuram. Boni conſule, & ſi quid eſt præterea, quo tibi poſſim prodeſſe,

 tuus,

——— tuus, ô Camdene, quod optes
Explorare labor, mihi jussa capessere fas est.

Audio Barclaium Romæ agere, & singulis annis à Pontifice Paulo V. mille aureos, ejusque filium 300 accipere.

Sint Mecœnates, non deerunt, crede, Marones.

Vale amicorum optime, & me amare perge; ego te æternùm. *Antuerpiæ* cIↃ. IↃC. XVI. XXV Septemb.

CXXX.

Janus Gruterus G. Camdeno.

VIrorum clarissime. Undique me tuis beneficiis circumcingis, neque est adhuc, unde me expediam: per D. Chapmanum recepi munus luculentum Annalium tuorum; sed & ecce alterum exemplar ingerit mihi D. Billius, caussatus moram, &c. ea propter sanè plurimas tibi ago, mi Domine, habeoque gratias maximas. Antidorum destinaram Tullium meum: sed is adhuc hæret inter typographorum manus; habebis tamen vere proximo. Dornavio misi quæ volebas, is ante tres septimanas decumbebat periculosè nimis è duplici febre. Si preces nostræ & utilitas publica quid potest apud divinam clementiam, ereptus jam est ex orci cancris. At Lingelshemius ille meus tuusque sepultus est Heidelbergæ, ante dies octo vix redux ex peregrinatione Italicâ, quo concesserat cum Legato vestri Regis D. Wottono. O spes mortalium falsas! jam nuptias ei circumspiciebat pater, & ego ei fortè meam adplicassem. Verum aliter placuit Patri cœlesti, per quem translatus est ad meliora; nosque relicti in luctu. Erat sanè adolescens supra ætatem doctus, supra seculum modestus. Itaque plurimum periit Palatinatui, cui paucæ sunt ejus commatis gemmæ. Plura volebam, debebam etiam: sed Francfurti in panegyri quàm non sim meus, diu est quod nosti. Salve itaque ac vale, carum mihi ac musis caput, ac me favore tuo solito porrò fovere persevera Janum Gruterum hæc præcipitantem. 26 Septembr. 1616.

CXXXI. *Viro*

CXXXI.

Viro doctissimo & observandissimo, D. Guil. Camdeno, *Armorum Regi,* *M. F.* Limerius *S.*

INter privata & publica præcipuè mala, quamvis à scribendo sepiculè deterrear, V. N. & eruditissime, in totum tacere magna mihi religio est. Sed quod scribam præcipuè non est: Accervatim enim occurrunt multa, quæ si digna tuis auribus, difficilia tamen & periculosa Scriptori his difficillimis temporibus futura sint. Uno verbo dicam, iterum atque iterum nos in mare novi fluctus, quos per Lodunensem tractatum nonnihil pacatos, Condæi Principis infelix casus denuò excitat. Quanquam autem maximè pacem præ se ferant qui ad clavum, & absentes ab Aulâ proceres nihil moveant, Deus innocentiæ vindex adversus fœdifragos ipse ab alto moveat, quî perjurorum capita ultum eat. Protestantibus interim aliquid suboluit: conveniunt enim ad Montem Pessulanum in Occitaniâ ad X. hujus mensis, rebus & capitibus suis prospecturi.

Enimverò V. prudens & erudite, quis non videat in eos cusam hanc fabam? Româ itidem & Hispaniâ nobiscum consilia & conatus miscentibus, unde bonis nisi à Deo auxilium & spes? Ecce autem magni vestri Regis ad vos regreditur Legatus, re, sicuti autumant, (& credimus) planè infectâ, nec omninò bonorum ingratiis, quibus Christo cum Belial convenire ut impossibile est, sic omninò illicitum. Sed plura à vestratibus ipsis furorum nostrorum oculatis testibus resciveris. Tu vale, V. N. & eruditissime, & me amare perge. *Lut. Paris.* iii. Non. Octob. 1616. S. N.

CXXXII.

V. N. & amicissimo, D. Guil. Camdeno, *M. F.* Limerius *S. P.*

CUM has ego obsignassem, & qui perferret conquirerem, ecce mihi tuas 20 Julii datas reddidit Bellocæus communis noster, quæ ubi tamdiu delituerint, planè nescio; nisi quod, cum ipse Bellocæus morbo detentus in Pictonibus sex ad minimum menses hæserit, qui illi inscriptas hic acceperat, mittere neglexerit. Quicquid sit, gratissimæ mihi fuerunt, cum in iis Te totum viderim amore & desiderio nostri flagrantem. O utinam, vir eruditissime, ut quod nostra sæpius tibi epistola nunciat me tuum esse, effecta repræsentent! Somersetto & uxori de crimine condonatum nunciare gratum fecisti. Certe M. B. Regem, quo est ingenio, quem tantâ gratiâ olim prosecutus erat, suspendio vitam finire passurum nunquam credidi. Præterea fœminam prænobilem ejus uxorem formâ, natalibus, nobilissimo Parente præstantem, servili supplicio affici, pro monstro sit. Sed tamen non parum in illo judicio præstitum in favorem legum, sceleribus, in quocunque reperiuntur, apud vos suas pœnas assignari. Cocum verò *παῤῥησίαν* honorum jacturâ luisse minus mirum sit illis, qui *ἀπαθῆ* Judicem semper voluerunt: Judex enim, qui ultro noxiorum crimina verborum atrocitate nimium exaggerat, vicem quasi carnificis fungitur, & miseriam miseriæ animosè addit. De rebus nostris nihil est quod addam; in luto sunt, nec qui nos inde expediat, adhuc apparet. Hiemem fortassè nonnihil placidam acturi sumus, dum quisque sibi arma, vires, & amicos parat in novum annum. Fatum huic Regno ingruit, V. C. nec confusionem rerum majorem viderunt plura antè secula: sed modò aliquot justi reperiantur, de rep. non despero. Deus fac salvam Sionem tuam, & Camdenum meum serva incolumem. Vale, optime & humanissime Domine. *Lut. Paris.* Non. Octob. S. N. 1616.

CXXXIII. Fri-

CXXXIII.

Fridericus Lindenbrogius D. G. Camdeno.

VIR clariſſime, Inſignis tua humanitas valdè me cepit. Itaque cujus fructu magnâ cum voluptate uſus ſum, cum una eſſemus, ejuſdem nunc abſens quoque ſuavitatem recolo: neque in præſentiarum aliud ſcriptionis argumentum, quam ut ſincero affectu me tui cultorem agnoſcas. De Geographis noſtris quid fiet, necdum quidquam certi adſeverare poſſum: typographi enim noſtri *Ciceronis* operibus & *Procli* Theologicis excudendis valdè nunc ſunt occupati: iis abſolutis videbimus, quid ſerus veſper feret. De Hiſtoriâ tua quæſo quid ſperandum ſit, ad me perſcribas: permulti enim id à me quærunt: & certè quam ſeriò indoctis doctiſque ſimul prioris partis editio placuerit, vel me tacente noſti. Vale, vir clariſſime, & me ama. Datum *Hamburgi* Kal. Novembr. A. Ch.. cIↃ. IↃc. xvi.

Frideric. Lindenbrogius.

CXXXIV.

V. N. doctiſſ. & obſervandiſſimo, D. G. Camdeno, *M. F.* Limerius *S.*

SI parum commodus interpellator tibi ſum, V. doctiſſime, amoris & obſervantiæ noſtræ tui culpa eſt, qui me, ubi vires ſuas exerit, ſilentem non patitur. Sed quid tandem proferet dignum te, dignum amore tuo? hoc ſolum, redamare. Nam quod ad Remp. attinet, tantus nos invaſit ſtupor, ut jam quid ſimus, & quid ſcribamus, planiſſimè ignoremus. Vis major invaluit; pacem præ ſe ferunt tamen: ſed, Deus bone! quæ pax illa eſſe poteſt inter circumſtrepentia ubique arma? Rupellanorum cum Eſpernonio Duce diſſidium recruduit. Uterque arma parant, quibus ni obviam tempori

eatur,

catur, Regno ab iis malè metuo. Hoc ut anteverterent Proteſtantes, conventum Rupellam indixerant, de rebus tantis deliberaturi; ſed Delegatos cum huc miſiſſent, qui querelas ſuas exponerent, non ſunt auditi; imo peſſimis verbis accepti, re infectâ ad ſuos rediêre. Abſentes Proceres nihil adhuc movent. Condæus Baſtillâ & arctiori quam olim cuſtodiâ detinetur. Ancoranus, in Ducem nuper creatus, Reip. noſtræ nunc ſolus arbiter leges figit & refigit, in eoque ſolo vis principatus remanet; cæteri ejus potentiæ faſces ſubmittunt. Ver novum quid novi feret, pacem an bellum, adhuc ambigitur. Pacem præoptant omnes; ſed ſi quid moveant potentiores, à torrente rapientur. Deus videbit, & te tuaſque res ſalvas habebit. Vale, 14. Kal. Decemb. 1616. S.N.

CXXXV.

J. Hotmanus G. Camdeno.

Monſieur,

ME ſentant detraqué de l'uſage de la langue Latine, je vous ecris cette lettre en François, pour renouveller avec vous nôtre ancienne amitié & correſpondance. J'ay eſté cinque ou ſix ans en Allemagne, ou il ne s'eſt point preſenté de ſujet de vous ecrire, ſinon que je leuſſe recherché. Maintenant il s'en offre une occaſion, en laquelle vous pouvez obliger le public, & vos amis en particulier, deſquels vous avez icy bon nombre, qui aiment vôtre candeur, & admirent voſtre ſçavoir, & entre autres Meſſieurs de Thou, Dupuis, Rigault, & L'Abbé. Et ce dernier pour n'avoir encore aſſez d'accez à vôtre amitié m'a prié de vous envoyer ce memoire inclus, afin que s'il eſt poſſible, il puiſſe avoir par vôtre moyen, & de vos amis de dela, le contenu au dit memoire. Il a ja recouvré pluſieurs actes & pieces ſemblables du côté de deça. Son deſſein eſt de penetrer & mettre au jour *le myſtere d'iniquité de Meſſieurs les Loyolites* touchant la doctrine des Aſſaſſins. Il a auſſi deja donné au public ſes *Canons*, *Decrets*, *Arreſts*, & *Sentences*, qu'il a peu recouvrer contre cette maudite race de gens. Il y a auſſi un autre perſonnage Monſieur Gothefroy, fils de ce grand Juriſconſulte Gothofredus, lequel ayant naguere

gueres publié *les vies de nostre Charles sixieme, & Louis douzieme*, & de ce renommé *Chevalier Bayard*, s'est rencontré à toucher *de la preseance de France & d'Espagne*, laquelle matiere il voudroit traiter plus amplement, s'il estoit aydé des memoires, que vous & autres hommes curieux & sçavans pouvez avoir entre vos mains; ayant remarqué que ce n'est la France seule, laquelle a toujours disputé cette prerogative contre les Espagnols, ains aussi l'Angleterre. Il desireroit aussi qu'il vous pleust luy aider de la Genealogie & Antiquité, voire de la vraye origine & premiere extraction *de la maison de Courteney*, qui a fleuri en Angleterre depuis quelques siecles; d'autant qu'il ne se peut contenter de ce peu que nos Messieurs de Courtenay de France en ont publié. Obligez donc ces deux bons personnages, pour leur merite & le desir qu'ils ont de bien faire, & encore pour la priere, que vous en fait mondit Sieur de Thou, lequel me fait souvent mention de vous avec honneur & affection. Jay leus vôtre Elizabeth de tant plus avidement, que j'avois souvenance de bonne partie des choses que vous observiez; & des vertus de cette grande Reyne, ayant bien fait mon profit des lieux, esquels vous parlés *de Legato*, ainsi que vous verrez en la quatrieme edition de mon traité *de l'ambassadeur*, auquel je fay mention de vous conforme à vôtre merité. Et sur ce apres vous avoir bien humblement baisé les mains, & prié Dieu pour vôtre sante, je demeure jusqu'au tombeau,

Monsieur,

à Paris 20. Novembre 1616.

Vôtre plus affectionné & humble serviteur,

Hotman.

Monsieur, si vous avez la Genealogie & descente bien exacte de la tres-illustre Maison *des Stuarts*, Messieurs de Sainte Marthe la voudroient inserer en leur grande ouvrage.

CXXXVI. N. Fabr.

CXXXVI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

LA presse que me donne Monsieur Pory, tout à cheval, ne sçauroit estre plus grande qu'elle est, mais si ne m'empechera elle pas de vous saluer & vous asseurer de mon tres humble service. J'avois quelques petits livrets sur ma table, que je me suis dispensé de vous envoyer, puis que la commodité en estoit si belle; je regrette que ce ne soit chose plus nouvelle & plus digne de vous, mais nous n'avons rien de meilleur pour à cette heure. Sir Robert Cotton vous faira voir une inscription antique qu'on estime le plus ancien monument de l'estat de Rome; & quelques fragments de vielles poësies nouvellement trouvées, dont je serois bien aise d'apprendre vôtre avis. Vous aurez veu ce Fragment, qu'on a imprimé de Tite Live: On m'a voulu asseurer de bon lieu, que la seconde Decade s'est fraischement trouvée depuis peu, & que l'on la pourra imprimer bientôt. Je vous supplie de me continuer l'honneur de vôtre bien vueillance, & me tenir à jamais,

Monsieur,

De Paris ce 20 Janvier, 1617.

pour vôtre tres humble & tres obligé serviteur,

Peiresc.

CXXXVII.

Incomparabili Viro, *D* Gulielmo Camdeno, Jacobo Gothofredus.

INter eximia benevolentiæ in me tuæ argumenta, Vir summâ mihi observantiâ colende, haud postremum illud reputo, quod solennem nundinarum commeatum scribendi maturitate antevertere dignatus es:

es: nam & ita munitam mihi viam in ſinu gaudeo, quâ frequentiori deinceps hoc in officio eſſe liceat. At pro oblatis meo nomine ſummo Antiſtitum pari exemplaribus parem calculum quî reponam? Erit fors & huic beneficio ſaltem profitendo locus aliquando. Illud præterire non poſſum, nimiâ me lætitiâ perfuſum, ubi leviuſculam *de Vicario quinque Provinciarum* conjecturam non inſubidam tibi viſam comperi, cui uni probare eam in votis unicè habueram. Erit iſtud mihi non parvum deinceps ad eruendas Antiquitatum veſtrarum ſtricturas incentivum: ſanè poſt incomparabilem eâ in re induſtriam tuam oppido rariſſimas. Et ecce commodum tale aliquid ſub manum jam naſcitur. Ad Carauſium veſtrum & Bagaudarum in Galliâ tumultum, legem primam, Codice Juſtinianeo, tit. *ut ruſticani ad nullum obſequium devocentur*, an rectè referam, cenſendi jus unus tu habes: cui omnis hæc Carauſii hiſtoria pertractata cap. *Romani in Britanniâ* pag. 50, & 51. Si per te licet, frequens in his deinceps ero, deque his à te conſultus abibo. Sed quid Britanni vos hoc Galliæ pro dolor excidio? Perit, perit impetu præcipiti patria, etiam aliquando veſtra: niſi magnus Rex veſter in tempore ſubvenit: hic enim unus tanto incendio reſtinguendo, bonorum judicio, par eſt: ſi non & Deo jam vis facta peccatis noſtris. Vale, vir ſumme, & diatribam *de Suburbicariis Regionibus & Eccleſiis* proximâ cataplo, niſi Typographi fallunt, exſpecta. *Heidelbergâ* xix. Februarii 1617.

CXXXVIII.

Eruditiſſimo & humaniſſimo Viro, amico imprimis obſervando, D. Wil. Camdeno, *M. F.* Limerius *S. D.*

TUÆ, quas a. d. 29. Novemb. datas nuper accepi, obſervande D. novam & gratias agendi tibi & ſalutandi tui materiem ſuggerunt. At enim læta tu mittis, inaugurationem veſtri Principis. Sed quid ego tibi? certe, mi Camdene, nil niſi triſtia. Mala nobis non vitabilia impendent, quibus niſi maturè obviam, ventis proculdubio debemus ludibrium. Enimvero à nobis ipſis nulla ſpes;

utrinque etenim ad arma concurritur, nec nisi sanguine civium placetur illa Erinnys, & quod pejus est, vicini furores nostros vident & rident. Malorum præludium nuper fuit Diploma emissum sub nomine Regis, quo Vindocinus, Mayennensis, Bullionæus Duces, Marchio de Cœuvre & Jayus hujus Senatûs Præses Majestatis rei declarantur: quoque majori impetu torqueantur tanta fulmina, mittitur in Campaniam Guisius adversus nuper amicos: & super hoc de Guisio varii sermones. Rhemos iturum Regem fama etiam erat: sed mutatum consilium, & haud è re partium visum, si Lutetiâ rerum capite discedat. Rupellanorum cum Espernonio nonnihil composita lis his diebus recruduit, Espernonio pacti leges non implente. Itaque conventus, qui sex Provinciarum nomine Rupellam convenerat, & dissolutus nuper fuerat, iterum à Rupellanis ipsis advocatur; & ne reliquæ Protestantium Provinciæ illuc advolent, metus est. Si id faciant, de consiliis Hispanicis & Romanis adversus se initis aliquid illis suboluit. Verum quicquid agunt, spero in fide & officio erga Regem perstituros: *arma etenim Protestantes meliora sua esse preces & vota non raro sunt experti.* Interim tu, humanissime & doctissime Domine, sub feliciori cœlo longum vive, & quanquam nos intervalla locorum dissitos habeant, & hæc tempora silentes fortasse faciant, ama, qui te observat & colit, tuum Limerium. *Lut. Paris.* $\frac{12}{2}$ Februarii 1617.

CXXXIX.

Magno Magnæ Britanniæ lumini, D. G. Camdeno, J. Gothofredus *S. P.*

QUando per Typographorum morositatem dissertationes ipsas needum licet, eccam tibi brevem interea *de Suburbicariis Regionibus & Ecclesiis* causæ conjectionem. Rem oculis & hic subjeci, nempe quod in omni finium regundorum judicio tralatitium id & solemne: causis quas tute dispicis omnium optimè. Cæterum hæc sunt, Cl. Camdene, potissimum studia, quæ me nunc occupatum tenent, & tenebunt, cum bono Deo, deinceps. Id enim malo: nam quæ

quæ malum isthæc insania, quâ optimi quique scriptores vel ad verbum hodiè exscribuntur, vel dum contrahuntur, posteritati subtrahuntur? Omitto retrosiora, immane dictu, quantum me moverit hesterni Corruptoris audacia, cui in mentem venit *Britanniam tuam* arrodere: verum ita evenit, ut quibus de suo nihil est, in alienis ingeniosi dum esse volunt, imperitiam orbi suam detegant. Quæ adjeci duo Exemplaria, duobus è clarissimis Britanniæ vestræ Antistitibus à me cum debitâ animi submissione destinata quidem: verum tu quæso videris, an eorum oculis subjici mereantur. Vale, Vir summe, meque nominis tui observantissimum solito favore complectere. Dabam *Francofurti* ad *Mænum* xiii. April. 1617.

CXL.

Theodorus Gothofredus G. Camdeno.

Monsieur,

IL y a quelque temps, que je vous ay escript par Mons. Villiers Hotman, & vous priois tant de ce qui concerne la dignité & *preseanee des Roys d'Angleterre* sur d'autres Rois, qu'aussi ce qui touche *la genealogie de la maison des Stuarts*, pource qu'il me semble, que celle de l'Evesque de Rossen est manque, à ce qu'il vous pleust prendre la peine de m'en aider en ce que vous pourriez. Je desirois pareillement estre informé de vous des Histoires & Memoires concernans la France, que je croy estre en grand nombre en Angleterre, & comme je les pourrois recouvrer. Mais je ne scay, si les miennes auront point esté esgarées, paradventure à cause du peu de seureté, qu'il y a sur les chemins: ce qui me faict derechef vous prier de m'obliger de tant de m'en vouloir mander un mot. J'ay cela a cœur, & ne le demande en vain, mais c'est pour en servir le public. Je tiens, que vous m'y pouvez autant instruire, que pas un. Et ne doubte aucunement de vostre courtoisie, sçaichant assez, que vous gratifiez a

que vous pouvez. Priant Dieu, Monsieur, vous donner en santé longue & heureuse vie. De *Paris* le 20 Avril, 1617.

Vostre bien humble & tres affectionné pour vous servir,

Theodore de Godefroy.

CXLI.

V. N. & doctissimo, D. G. Camdeno M. F. Limerius.

QUod vetuit nuper tyrannis, mi Camdene, eloqui recuperata libertas jubet. De quâ conclamatum erat, patria vivit, & à suo capite vitam habet. Mira narro, quem puerum olim existimabamus, Vir repentè & Rex fortis evasit, tyrannidem oppressit, pacem, libertatem Regno reddidit. Certè jamdudum fuit, cum illi cor peracuit. Videbat, sentiebat nihili tyrannum cervicibus suis incubantem; subjectos magnam partem idolum illud adorare; nos eo usque ignaviæ, usque insaniæ processisse, ut obviam tantis malis non iremus; mutuis vulneribus sanguine nostro illi belluæ faceremus. Tandem malum non ultra progredi est passus noster David; in nomine Jehovæ Goliath feriri jussit; sistitur igitur per Præfectum Prætorio Tyrannus; & cum manum machæræ admoveret, vim repulsurus, tribus globulis plumbeis confossus occubuit. Percussores fuere Vitrii fratres & Prætoriani aliquot. Dein cum se factum imperasse asseruisset Rex, limen Reginæ matris obsideri, & Prætorianos ejus milites removeri præcipuum visum. Insuper uno tenore Patris Consiliarios advocari voluit Rex, illos super tantis rebus consulturus. Jacuit intereà Tyranni cadaver cuilibet conspiciendum fermè in mediam noctem; deinde ad B. Germani prope Luparam inhumari jussum. Quod cum mane sequenti resciviſſet plebes, templum ingressi sunt, & quanquam rem divina facientibus & renitentibus Sacrificulis, tumulum effoderunt, corpus patibulo proximo suspenderunt. Nasus illi, aures, pudenda exscissa, & quod abomineris, ad palum alligata, duas integras horas vicatim circumlata; deinde ante ipsam Henrici IV. æneam statuam publicè cremata;

accla-

acclamante plebe, & adversus non adclamantes minas & verbera intendente. Sed plebis tamen furor nondum deferbuerat: cadaver enim patibulo refixerunt, per vicos traxerunt, & singulis civitatis furcis suspenderunt; & sic in multam noctem, donec miser tantum restaret truncus, quem tandem combusserunt, & cineres flumini merserunt. Interea scribit ad Præfectos Provinciarum Rex, & suo jussu consilium initum & impletum laudat: populos in officio contineri, exercitus ab armis cessare imperat. Cum verò ad Proceres unitos nuncius allatus fuisset, arma ponunt, ad Regem gratulabundi gestiunt. Hic autem de exauctoramento Reginæ matris in consilio agebatur: aliqui rebus Regni adhuc illam præesse cupiunt, refragatur maxima pars, nec è Rep. esse sapientèr opinantur, & in eorum sententiam descensum. Igitur illam Blesas amandari optimum visum, ubi privata degat, & Regni administratio soli Regi remaneat. Quod autem mireris, virum agit Rex adolescentulus, quin per totum rei cursum tantâ prudentiâ, constantiâ, & fortitudine egit, ut ultra virum sapuisse judices. Sed quid tandem consequutum? Blesas concessit Regina, absentes Principes sequenti die, Vindocinus, Mayennensis, Nivernensis Duces ad Regem imperata facturi accesserunt. De Condæi Principis liberatione adhuc deliberant. Hæc te scire oportere censui. Vale, V. N. & doctissime, & nos quod facis ama. *Lut. Paris.* 4 Kal. Maias 1617. S. N.

CXLII.

Theodoro Godofredo G. Camdenus.

CLarissime Godofrede, Quæsitis per tuas & Hottomanni literas satisfeci quàm potui plenissimè, seriùs forsan quàm expectâras, quod Legatus noster D. Thomas Edmundus, per cujus famulum mittere destinavi, diutiùs hic detentus fuerit. Itaque publico tabellioni sub finem Martii stylo nostro fasciculum tradidi tibi in viâ Bourtibourg, ut præscripsisti, inscriptum, in quem literulas pro D. Puteano & Hottomanno conjeci. Ad manus tuas jam pervenisse spero, & ex temporis ratione sub id tempus, quo invisum & piaculare illud caput apud vos cecidit. Sin minus, in memoriam revocabo & rescribam, & nihil esse tibi persuadeas, quod tuâ, patris eruditissimi, & fratris, quem

quem inter chariſſimos habeo, causâ, non lubentiſſimo animo faciam: ejuſmodi enim luminibus applicare gaudeo. D. Hottomannum & D. Puteanum mihi quæſo officioſiſſimè ſalutes, & imprimis ampliſſimum D. Thuanum, cui quod promiſi de rebus Moſcoviticis plenè præſtabit Guil. Becherus, ei non ignotus, qui Regis nomine in Ruſſiâ egit, & jam apud vos acturus eſt, donec de Legato Ordinario Rex viderit. Vale. *Cheſilburſti* 13 Maii 1617.

CXLIII.

Jacobo Godofredo G. Camdenus.

BInas à te accepi literas, eruditiſſime Godofrede, & benevolentiam & variam eruditionem ſuave ſpirantes, quibus ſi uno & altero raptim reſpondeam verbo, ignoſcas rogo. Arripienda enim eſt occaſio, quæ mihi ab Urbe ſecedenti rarò ſe offert: etſi plures ex noſtratibus Heidelbergam inviſant. Cum autem ingenuus hic & eruditus juvenis Luſhingtonus jam itineri accinctus ſit, non potui, imo neç debui te non ſalutare, & iterum de *V. Provinciarum Vicario* reſtituto, politulâ illâ ex Juſtinianeo codice ad Bagaudas relatione, & pulchrâ *de Suburbicariis Eccleſiis* obſervatione non gratias agere. Docuiſti ſanè de Primatibus, quæ mihi hactenus ignota, & amplecti incipio; quod de ratione nominum, *Lugdunenſis prima*, *Belgica prima*, *Aquitania prima*, alibi legi. Britanniam meam arroſam fuiſſe te indice primus accepi, ne & abrodatur verendum: ſed hoc mihi commune cum aliis fatum, & ideo ferendum. Vale. *Cheſilburſti* 13 Maii, 1617.

CXLIV. *V. N.*

CXLIV.

V. N. & observando, D. G. Camdeno, *M. F.* Limerius *S.*

SUpplicium Ancorani, & quæ circa illud erant, nuper scribebamus, mi Camdene. Quæ secuta sunt, amicitia nostra nunciare jubet. Ex discessu Reginæ matris Reip. administratio tota penes Regem, ad quem Principes advolarunt, mandata facturi. De pacificandis turbis consilium initum. Programma emissum, quo perduellionis postulati Principes vitæ, famæ, honoribus restituuntur, quod hic habes: arma ubique dimissa. Condæus tamen adhuc detinetur, sed quo consilio, qui rebus Imperii præsunt, ipsi viderint; arcana non rimor. De restituendâ Reginâ matre etiamnum mussitant artibus Cleri, sed multa repugnant. Dies iras mitigabit, & si sapimus pacem firmam reddet. Conciniæ negotium Parlamento traditum, commissique duo è supremâ (quam *magnam* vocant) *Camerâ*, de Grieus & Courtin, qui illi cognitioni præsint. In locum Cottoni Jesuitæ, qui Regi à confessione auriculari erat, Doctorem quendam Sorbonicum suffectum esse aiunt. Uno verbo, si quo modo res procedere incipiunt, peragant, Hispani res suas sibi habeant. Inter publica gaudia fatum obiit Aug. Thuanus, dignus certè qui majori & firmiori etiam gaudio frueretur. Causam mortis referunt ægritudinem ex morte uxoris & publicis dissidiis, quæ probum virum non minus quam privata jactura affecerant. Sic vixerat, sic obiit in Domino. Vale, Vir observandissime, & nos amare perge. *Lut. Paris.* postridie Idus Maias, 1617. S.N.

CXLV. *M. F.*

CXLV.

M. F. Limerio G. Camdenus.

EXtremum actum tragœdiæ Concinianæ tam graphicè historicâ serie mihi descripsisti, ut præsens tetrum spectaculum vidisse videar; & jam tractatuli eâ de re apud nos plerique editi sordeant. Nihil ego hactenus magis miratus sum, quam Gallos, quorum consilia subita & repentina, ejusmodi Typhæum, Galliæ exitium anhelantem, eo usque pertulisse. Niveam libertatem jam vobis desuper in sinum delatam, eamque diuturnam fore, spero. Prudentiam vestri Regis tenelli supra ætatem gratulor, qui virum se tam constantem exhibuit, & Regiam potestatem exeruit, comprecor quo cœpit pede feliciter pergat, & non usurpetur illud,

Regnorum sub Rege novo mitissima sors est.

Eoque ardentiùs hoc in votis habeo, quod Reges tenellâ ætate ubique difficultatibus conflictentur, quod ambitio præceps, qui proximi successioni destinati semper suspecti: & ut nemo scelerum vias doceat, subrepent tamen dominationis magistri, qui facilè docebunt, & quod fribuscula sint inter Religionem & Rempublicam, & maximè quod communis quasi morbus hoc nostrum seculum invasit, ut Proceres & plebs à Principibus diffideant. *Londini* 19 Maii, 1617.

CXLVI.

Theodorus Gothofredus G. Camdeno.

Monsieur,

J'Ay reçeu la vostre du vingtsixieme Mars depuis quinze jours, ensemble les memoires, qu'avez pris la peine de m'envoyer, dont je vous remercie tres affectueusement, & vous suis obligé de tant de courtoisie. J'ay par même moyen reçeu celles pour Messieurs Hotman

man & Dupuy avec quelques papiers, ainsi que pourrez sçavoir par celles, qu'ils vous escriront.

Je trouve le memoire du debat de la Preseance à Vervins, entre les Deputez de France & d'Espagne, faire à nostre advantage ; car il n'y a nulle doubte, que c'est une chose tenue pour constante en Allemagne, Italie, Espagne, & autre part, que le premier lieu à main gauche est plus honorable que n'est le second à main droite. D'avantage nostre premier Deputé estoit plus proche du Legat, que non pas le premier Deputé d'Espagne. Et cest expedient trouvé que les Deputez pour le Roy d'Espagne seroint subdeleguez de l'Archeduc, montre que le Roy d'Espagne reconnoissoit qu'il falloit, qu'il nous quittast ; puis qu'en cest acte ses Deputez, & qui traictoient pour luy, empruntoient le nom de l'Archeduc. Et en cette occasion il n'y a nulle doubte, que le Roy d'Espagne ne nous ait cedé : ainsi qu'il fit au Concile de Trente, quand ses Ambassadeurs furent assis hors le rang des Ambassadeurs, & que les nostres demeurerent en leur lieu accoustumé proche de celuy de l'Empereur. Et comme encores il fait tous les jours à Rome, ou ses Ambassadeurs s'absentent lors qu'il est question de quelque ceremonie ou assemblée publique. Et que le quitté le perd.

Je doubte, que au Concile de Constance la nation d'Espagnolle ait esté comprise sous la nation Italienne. Au contraire dans le livre *de gestis Basiliensis Concilii d'Æneas Sylvius*, il se trouve que la Concile de Constance fust distingué en quatre Nations. Que la premiere feût Italienne, comme premiere Chrêtienne, la seconde la Gallicane, la troisieme la Germanique, & la quatrieme l'Espagnolle.

Pour le regard du Concile de Basle les Historiens Espagnols escrivent, entre autres *Saribay* & *Mariana*, que l'Ambassadeur de Castille emporta la preseance sur ceux d'Angleterre & sont si osez, que d'user de ces mots, *Anglorum audaciam fregit.* Sur quoy je vous prie me mander ce que vous en trouvez en Chronique d'Angleterre. Je desirerois aussi volontiers sçavoir, comme les Roys d'Angleterre s'accommodent pour la seance avec les Roys de Dannemarc, de Pologne, & de Suede ; car je fais un recueil des rangs des Roys, Princes, & Estats.

Ce qu'il vous à pleu m'envoyer touchant la *Genealogie des Stuarts* me fait souhaite, que quelque jour vostre loisir vous permiet d'en faire une *Histoire Genealogique* : et pourrez estre aydé de deça de plusieurs bons memoires. Il n'y a grande maison qui n'ait sa Genealogie Hi-

ſtorique imprimée, entre autres celle d'Auſtriche a *Guillimannus* & de *Roo*.

Et ſur ce je prieray Dieu, Monſieur, vous donner en ſanté longue & heureuſe vie. De *Paris* le 27 May, 1617.

Voſtre bien humble & tres affectionné
pour vous ſervir,

Theodore Godefroy.

Nous avons perdu Monſieur de Thou, qui eſt une grande perte. Il a continué ſon Hiſtoire juſques en l'an 1607. & vouloit venir juſques a la mort du feu Roy. Il vous honnoroit & vous eſtimoit grandement. Et luy ay ouy deſirer par pluſieurs fois, que vous puiſſez continuer vôtre Hiſtoire.

CXLVII.

Petrus Puteanus Guil. Camdeno *S. D.*

IGnoſce quæſo, V. Cl. tardo ſcriptori, & reſponſionis tam ſeræ & breviſſimæ cauſam accipe: mors illuſtris viri Jac. Aug. Thuani, quæ me ita oppreſſit, ut nil niſi in ſolitudine ſolatium quæro, ut libentius dolori tanto indulgeam. Obiit, obiit, Vir amiciſſime, lumen Galliæ, vel potius Europæ; candor ipſe, probitas, & eruditio, & ſi verum dicere libet, nunc nil niſi mera barbaries, præcipuè apud nos, ubi ſpecie recti ducimur, ſolidam virtutem negligimus, imo contemnimus. Clariſſimus Hotmannus amicus noſter ad te miſit, ut audio, *Teſtamentum* illius magni viri; pietas non fucata in eo mirè elucet, probitas item non vulgaris, & amor ſummus in literas & literatos cum honorificâ noſtri mentione: ſed hæc triſtia omitto. Gratias tibi ago quam poſſum maximas pro levidenſibus tuis, ut vocas; talium rerum apprimè ſum curioſus. Brevi ex me ſcies, an exemplar *Itinerarii Antonini* exſtet in Bibliothecâ Regiâ. *Vitam Elizabethæ Reginæ* integram à te exſpectamus. Fridericus enim Lindenbrogius Hamburgenſis ad me nuper ſcripſit, ſe integram vidiſſe, & ſi benè memini, legiſſe, non ſine magno fructu & gaudio. Raphaelem Thorium

præ-

præstantissimum Medicum & eruditum à me, nisi grave est, salutes velim: ab eo omnes boni & eruditi versus in obitum illustris Thuani exspectant, & à te, si te musæ delectant. Interim, V. Cl. vale, & me ama. *Lutetiæ Parisiorum* iv Kal. Junii 1617.

CXLVIII.

J. Hotmannus *V. Cl.* G. Camdeno.

QUO tempore postremæ mihi literæ tuæ peramantèr scriptæ reddebantur, unà cum aliis tuis ad Godofredum nostrum literis, & præstantium aliquot Angliæ vestræ hominum effigiebus, quas Puteano & aliis communibus amicis abs te prius salutatis ostendi: ambiguo, ut ita dicam, adfectu, ob interitum Ancræi Tyranni nostri lætabamur, & summi illius ac nunquam satis laudati viri D. Thuani mortem lugebamus; & certè ob lumen hoc Galliæ nostræ, audebo etiam dicere, Reip. Christianæ maturè nimis, & prius quam operi egregio & utilissimo supremam manum imponeret, exstinctum perpetuo lugebimus. Mortalitatis igitur memores optamus, ne tibi, Vir clarissime, idem eveniat, & *Elizabetham* tuam imperfectam relinquas, veremur; quam Gallus quidam, vir honestus, non tamen mihi satis notus, in Gallicum, ut audio, sermonem vertendam suscepit, si modò à Cancellario nostro privilegium impetrare possit: de quo te monendum censui, ut si quid vel addere vel mutare voles, id opportanè facias. Carolus Labbæus, vir eruditissimus atque diligentissimus, amantèr te resalutat, ac vehementèr abs te petit, ut petitioni suæ, si fieri possit, satisfiat, non tamen aliâ lege quàm commodo tuo, hoc est, sine tuo sumptu ac molestiâ. Existimat nuspiam *Nebulonum* istorum arcana melius pervestigari aut intelligi posse, quàm in Angliâ, ubi tot & tam insignes eorum conjurationes tam felicitèr patefactæ sunt & oppressæ. Reliqua ex Puteani & Godofredi literis intelliges, quas fidei meæ tibi curandas commiserunt. Vale, Vir humanissime, & amice summâ observantiâ colende. Deus te *Britanniæ* ac proinde orbi Christiano diu sospitem servet. *Lutetiæ Parisiorum* ix. Junii cIↄ. Iↄc. xvii.

Tuus ex animo, ac merito tuo tibi addictissimus,

Joan. Hotman. Franc. F.

CXLIX.

E. Boltonus G. Camdeno.

Right worthy Sir,

THO your brother Kings have outgone you in the honour of Knighthood, they ſhall ever come behind you very far in the greater honour of immortal Fame. Some aſcribe it to ambition in you, that you are not a Knight, (for you know how prepoſterouſly witty the Wits of our time are in other mens actions and abſtinences) as thinking the neglect thereof an higher point, than the acceptance; others to puſillanimity; and we, your friends, to your modeſty: which I am angry with notwithſtanding, becauſe it hath deprived us of ſome ſplendor and comfort in our friend's advancement. But the wearing of Spurs and a Sword are inſolent to you, and no dignity can make you wiſer, or better, or healthier than you are; other it might make you, which I would not ſee. Could dubbing increaſe heroick reſolution and virtue, it were the rather worth the money many give to have it. That you may receive my gratulations to you, for that you have pleaſed your ſelf, by miſſing and forbearing, with the more aſſurance, and worthier circumſtances, I have intreated my Wife coming into thoſe parts to be the bearer of my letter ſo far. Thus, with many thanks for your noble courteſies towards me, and my friends for my ſake, I immortally reſt

19 June, 1617. *Yours,*

E. Bol.

CL. Milo

CL.

Milo Glocestrensis G. Camdeno.

GOod Master Clarenceux, I honour you for your worth, and have done so a very great while, even almost half an age; for so long hath been our acquaintance. At the first, I presaged what help in time you would afford to the furtherance of Learning, and what an ornament you would prove to our Countrey: and I thank God I was not deceived. You have satisfied my expectation and hope to the full. Sir, I must entreat of you a cast of your office: I am importuned by our friends at *Christ-Church* to bestow my Picture upon them; and with the same, and in the same, the Arms of the Bishoprick, and mine own Arms, if I had any. I pray let me request your skilful good will; and in part of recompence thereof, I have sent to your servant a double Sovereign. I am altogether unskilful in this matter: if more be due, or to be expected, I will send it upon the first intimation, I promise. And so, with my very respective salutations, I commend you to God at this time.

Mynehead near *Glocester* 26 June 1617.

Your very affectionate and sure friend,

Miles Glocester.

CLI.

Jano Grutero G. Camdenus.

EX quo per Dominam Harringtoniam scripsi, nihil à te literarum vidi, nec superioribus Francofurti nundinis interfuisse accepi. Superesse tamen & vitali vescier aurâ spero: & juvat: rideas forsan hoc te percontari; etsi te studiis sterilibus immersum & chartis impallescentem videre videor, quibus ego examblyopiâ nuper nuncium remisi; & tu si sapias, tempestivè feceris.

ceris. Nosti quot & quanti ploravêre, suis non respondisse favorem speratum meritis. Vale.

CLII.

Janus Gruterus G. Camdeno.

S. P. Binis tuis debeo responsum, virorum eximie; Harintonia quas attulit, eis non rescripsi, quod destitueretur Antonini Itinerario Bibliotheca nostra: alias plus libens annotassem variantes lectiones, quâ meminerat Britanniæ vestræ. Sed nec postremis tuis aliquid licuit reponere quam nunc modò, etsi refertissimis saccharo charitum ac musarum. Et sic est; non excurri ad solennes nundinas Francfurti, quod pluvia atque frigus me manciparent hypocausto, quod eo tempore intensissimum erat, cum perpetuo imbre. Quid quod pudebat ferè comparere Francfurtum, veluti sublestæ fidei denotandus ab omnibus, qui jam triennium exspectant nostra in Tullium: certò tamen prodibit autumno isto proximo. Submisit enim mihi omnia Typographus præter indices ac notas. Debeo tibi exemplar, quod Billiis dabo, nisi alium præscripseris. Laudare debebitis meos conatus: nam si pro dignitate tractandus fuisset ille Auctor, duo, tria insumsissem annorum lustra; quod non permisit festinatio Frobenii. Scio me non satisfacturum exspectationi, quam de Guilielmio excitavit Thuanus noster fine historiæ suæ: sed quid faciam? plura illius in manus nostras non venêre. Scriptorem tamen sæpius nobis quoque obligavimus, subsidio codicum Palatinorum. Exempli causâ, fine libri II. de officiis, legitur ferè, *quid tertium? benè vitire*; & pro eâ mirificè pugnat Aldus nepos, at enim mea editio præfert, *malè pascere*: ita sanè erat in membranis nostris Palatinis, & cur non admitterem, cum esset mihi in memoriâ idem colloquium scriptis suis hortensibus immixtum, præfatione libri VI. ab Columellâ? Ut tamen verum fatear, plures voces, plures clausulas Ciceroni detraxi quam addidi: & vel illud aliquid inveniet laudis apud vos, candida pectora, à quibus exulat livor atque suspicio. Humanitèr tu, mi Domine, mones, nuncium ut remittam chartis sterilibus: sed quei quæso valeam? iisdem sum innutritus à puero, cum his sum dies noctesque; & ut rem non faciant auctiorem, ita tamen avertunt

tunt animum à tot exilii luctûsque malis, quibus circumfundor. Multum tamen deferbui, nam furor alius invasit jecur meum. Bulbos verso & flores, circa eos adsiduus sum, imo & accubuus manè ac vesperi; etiam meridie, ubi sub nube aliqua sol. Hinc manus habeo callosas ut arator, cutem fuscam ut nauta. Interim, Deo laus, valetudine sum optimâ, expers senectutis incommodis omnibus. Sic est, eheu! amisimus magnum illum Galliæ Varronem; cujus obitu valdè fui externatus; post Pithœos, Petavios, Bongarsios, in eo uno unicoque acquiescebam: nunc orbus sum omnium ferè amicorum: si te, si Ubbonem Emmium, duosque præterea ac tres excipiam, nullus superest præceptorum, aut me ætate seniorum: omnes præmisi. Carmen tibi inscriptum super mortem Thuani expressit pius luctus, cujus exemplar tecum jam modò communicarem, nisi virisse, magni Patris filius, majoris Avi Nepos eadem ferè horâ abitum suum indicaret, quâ navem intrat. Quare exspectabis aliàs: cupio enim in poematis meis exstare memoriam amicitiæ nostræ mutuæ. Sweertius à te tres menses submisit mihi tuâ manu antiquissimam illam inscriptionem, &c. quid? an habes à manu bonâ, an vult nobis imponere, ut Muretus olim Scaligero, ut nuper mihi ferè Rob. Titius? ita ferè suspicor, aut cedo locum, ubi marmor illud videndum adorandumque propiùs. Vale ac salve, amicorum sincerissime, ab omnibus modis tuo Jano Grutero hæc festinante. 9 Julii, 1617. *Heidelbergæ.*

CLIII.

D. Franciscus Cottingtonus G. Camdeno.

SIR,

MY ill fortune in never having done you any service, might very well discourage me from expecting the favour from you, which I am to entreat in this letter: but the importunity of the party whom it concerns, enforceth me to it.

A Gentleman in this Court, whose name is *Sigler*, pretends, that in former times very anciently some of his predecessors of that name passed into those parts, and seated themselves either in *England*, *Scotland*, or *Ireland*, or in all three; and that the knowledge and proof hereof

hereof is very available for him; and hath therefore for many months together much importuned me to assist him in the obtaining of this his desire. If therefore you shall please to command some search to be made, whether in those Kingdoms there are any Gentlemen of that name, and to cause both their Pedigree and Arms to be sent to me in Latine, authenticated, if it be possible, you shall do me an especial favour: and more, if you shall also be pleased to command me something in your service; so shall you find, that no man is or can be more ready to serve you than my self. So wishing you much happiness, I rest

Madrid, 20 July S. V. 1617.

Your assured friend to be commanded,

Fra. Cottington.

CLIV.

V. Cl. & eruditissimo D. Gul. Camdeno, *M. F.* Limerius *S. P. D.*

Diutius ad te scribere desii, Vir eruditissime, quàm spes erat, aut certè votum. Domestica & publica etiam nonnulla mala remoram injecerant: sed cessantem excitat epistola tua, Deus bone, gratissima, quam D. Bellocæus communis noster nuper tradidit, & eo nomine ingentes tibi debeo gratias, qui nostri solum non memineris, sed amicitiâ tuâ bees, sed literis tuis dites. Illæ enim, mi Camdene, mihi putum purum aurum, quod ego non minus vigilantèr, quam Pici suum, asservo. At quid rependam, nugas verborum nostrorum? certè nostrarum rerum pondera. Ex quo enim ad te scripsi, de vitâ deturbata est Concinia quorundam certè ingratiis, qui etiamnum obganniunt, sed publico bonorum omnium voto, qui è rep. viderunt esse, scelus illud mulieris eradicari. Et illa magis olim obfirmato adversus fortuita animo, quam constantèr & christianè decessit. Contra illam SC. latum hic habes. Quid tamen tandem secuturum sit, nondum apparet. Boni sperant pacem, mali metuunt, ut inde discas per illam phlebotomiam nondum nobis restitutam valetudinem. Certè qui Protestantium ruinam (Cle-

rus

rus præcipuè) per Tyrannum avidis animis hauserant, sibi ereptum tantum bolum è faucibus, & disturbata hactenus machinamenta sua ægrè ferunt, & turbas voce, scriptis, artibus suis serunt, ut ex concionibus apud Regem habitis, quarum exemplaria mitto tibi, videre licet. Quin seditionis venenum in plebis aures & animos subinde instillant, viz. *nunquam benè, nisi perditis & exterminatis Reformatis, Regno fore.* Quin unus è Sociis Jesu, si Deo placet, Arnoldus nomine, eò nuper impudentiæ venit, ut coram ipso Rege asseverare & scripto consignare ausus sit, *omnes Scripturæ locos ad marginem confessionis nostræ adscriptos falsos esse.* At vero responderunt illi scripto Pastores hujus Ecclesiæ, & epistolâ, quam libello præfixerunt, ad Regem luculentissimâ, culpam purgârunt, innocentiam probaverunt, *Fidem & beneficia erga Reges, etiam Persecutores suos commemorârunt, inimicos nostri ordinis cædis Regum, tumultuum, & seditionis detulerunt.* Quod illis ita grave, ut non prius obmurmurari & minas intendere desierint, quàm Ministris coram Regis consilio vocatis silentium in talibus in posterum indictum foret. Apud Pedemontanos res admodum fervent, & Vercellæ nuper inopiâ pulveris tormentarii Hispano deditæ. Illi bello undiquaque accingitur nostra juventus; nec dubium, quin Lesdiguierii auxiliaribus nostris copiis præfecti nomen multos accersat, animo sub tanto Duce militandi. Cæterùm quædam hîc habes, quæ in Conciniorum fata nonnulli lusêre, si tanti erit legere. Tuam ante mensem Theodoro Gothofredo inscriptam ipsi in manus tradidi. Vale, Vir doctissime & colende, & nos amare perge. *Parisiis* Non. Aug. 1617. S. N.

CLV.

G. Camdeno P. Puteanus *S. D.*

PAtricius Junius, vir eruditus, utriusque nostrum amicissimus, has tibi tradet, quibus tandem adjunxi varias lectiones *Itinerarii Antonini* ex codice Regio pervetusto, sed qui non multum variat ab editis, ut tute videre potes. Thorii medici præstantissimi versus in obitum ill. Thuani exspecto. Ille ipse est D. Thumerius Bossisius à Thuano tutor liberis datus, qui diu apud vos summâ cum laude regnante Elizabethâ legationem obiit: est sanè vir maximæ probi-

 tatis,

tatis, nec hujus seculi; eum parentis loco colo & veneror, eoque libentius, quod olim parentis mei amicus intimus, & quod pro me in sacro lavacro fidejussit: eum tuo nomine salutavi. Reliqua *Elizabethæ* avidè exspectant omnes, qui primum partem viderunt. Audio absolutum opus, sed quare non evulgatur? opus sanè plenum aleæ historiam sui temporis scriptis mandare. Patricium Junium vidi libentissimè, & quantum in me fuit, illi favi; patuit illi Bibliotheca ill. Thuani, ut & talibus Philologis eruditis & doctis. Est quidam apud vos, qui librum *de Diis Syris* publicavit, unum exemplar à te enixè, quantum possum, peto: nam frustrà à Librariis nostris, ut video, exspecto. Libri vestri hic non comparent nisi post triennium aut fortè nunquam. Vale, Vir clarissime, & me ama. *Lutetiæ Paris.* iii. KL. VIIbris cIↃ. IↃC. xvii.

CLVI.

Theodorus Gothofredus G. Camdeno.

Monsieur,

LES vôtres m'ont esté rendues par Monsieur Patricius Junius, homme de merite & pour tel reconnu par ceux qui l'ont veu de deça & comme vous l'avez descrit. Je ne peux assez vous remercier de tant d'amitié qu'il vous plait me porter, & du soin exact, que prenez de me repondre à ce dont je vous requiers. La protestation des Ambassadeurs d'Angleterre au Concile de Basle sur ce que ceux de Castille vouloient debatre avec eux pour le premier lieu du côte gauche, est un piece notable, & qui fait grandement pour repondre aux Escrivains Espagnols. Je souhaiterois, que vôtre loisir vous peust permettre de la faire imprimer quelque jour, avec d'autres pieces en un volume, qui seroit des *Harangues*, *Traitez*, *Histoires*, *Entreveues*, *Solemnitez*, & autres pieces pour l'Angleterre depuis l'an 1300. jusques a 1500. & plus bas. Car l'histoire n'est bien connue de ce tems la. Et en avez l'exemple en ce qu'en a fait feu Monsieur Freher pour l'Allemagne du tems des Empereurs Frideric III. Maximilian, & Charles V. Et si manquiez de personne, qui voulust entreprendre l'impression en Angleterre, vous pouvez avoir de deça le libraire Pacart, ou a Geneve un nommé Roviere, personnes propres à enterprendre

entreprendre tels ouvrages. Je vous suis obligé de l'avis, que me donnez des rangs entre les Roys de Pologne, Dannemarc, & Suede: combien que j'eusse creu, que Dannemarc precedast Pologne, & aurois bien desir d'en avoir la dessus quelques memoires, & même comment les Roys d'Angleterre se gouvernent pour le rang avec eux, & nommement comme au dernier traite de . . . . des pays bas les Ambassadeurs d'Angleterre s'accommoderent pour ce regard avec ceux de Dannemarc. Je pense, que le thresor des *Chartres d'Angleterre* vous y peut servir, parce que j'en vois par deça au thresor des *Chartres de France*, ou je travaille depuis plus de deux ans a en faire l'inventaire avec Monsieur Dupuy. Priant Dieu, Monsieur, vous avoir en sa sainte & digne garde.

Paris le 30. Aoust 1617.

Vôtre tres humble & tres affectionné pour vous servir,

Theodore Godefroy.

Monsieur, J'oubliois de vous dire, que j'ay salué de vôtre part Monsieur Peiresc, Conseiller au Parlement de Provence, qui m'a dit vous avoir rescrit, & veu Monsieur Junius. C'est un personnage grandement curieux, & qui s'entend aux anciens Memoires, il est d'ordinaire avec Monsieur du Vair Garde des seaux, duquel il est bien voulu.

CLVII.

J. Hotmanus G. Camdeno.

Monsieur,

L'Offre de mon service est aussi bonne en une langue comme en l'autre a vous, qui entendez le François, & qui estes asseuré de mon amitie & affection entiere & sincere envers vous, comme Je ne doute nullement de la vôtre; joint que ce n'est que pour vous remercier de vos dernieres lettres, desquelles J'ay fait part a Monsieur l'Abbé: lequel aussi vous escrira par cette voye, come je croy, ainsi que

 font

ſont Meſſieurs Dupuy & Gothefroyd. J'ay eſté tres aiſe, que par cette occaſion j'ay prins connoiſſance avec Monſ. Junius, gentilhomme d'un rare virtu & erudition. C'eſt encore une obligation, que je vous ay avec toutes les precedentes, me recommandant tres affectieuſement a vos bonnes graces, & priant Dieu pour vôtre ſanté & proſperité, comme

Monſieur,

Paris 2. Septemb.

Vôtre plus humble & affectionné ſerviteur,

Hotman.

CLVIII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monſieur,

DEſque j'eus receu la vôtre du 7 du mois de Juillet paſſé, je m'en allay voir Monſ. Junius, & lui offris mon ſervice tres-humble. Je ſuis bien marri, qu'il ne s'en ſoit prevalu, & que je n'en aye eu plus de moyen: car j'euſſe bien ſouhaicté de pouvoir me revancher en ſa perſonne d'une partie de ce que je vous doibs, puiſque la diſtance des lieux me prive des occaſions de vous ſervir vous meſmes. J'ay prins cette occaſion pour vous envoyer deux ou trois petites pieces, qui ſeront poſſible de vôtre gouſt. Et ſi je ne crains de trop charger ſes coffres, poſſible y adjouſteray-je le *Zonare*, qui eſt quaſi achevé d'imprimer. Vous aurez entre autres choſes *la genealogie de Poictou*, qui eſt fort exacte, & qui eſt l'avantcoureur d'un hiſtoire, qui ſera des plus belles & plus curieuſes de ce Royaulme. Le *Joinville* eſt reſtabli en ſon langage ancien: l'*Euſtathius* n'eſtoit pas encore achevé d'imprimer, mais pour ne perdre la commodité, j'ay mieux aimé l'envoyer tel qu'il eſt, & aprez je vous envoyeray le ſupplement de l'epiſtre & notes dans le premier pacquet de lettres.

Eſtant bien marry, que ce ne ſoit choſe digne de vous ne comparable a ce qu'il vous pleut m'envoyer dernierement, dont je vous remerciay

merciay aussi tost, que j'en ay receu le pacquet, m'asseurant, que ma lettre vous aura depuis esté rendue avec les vers, qui y estoient joints sur la mort du Mareschal d'Ancre. Au surplus l'edition de vôtre *Elisabeth* a esté trouvée si belle par Monseigneur le Garde des Seaux du Vair, qu'il voulut que je la luy donnasse, de sorte qu'il fault, que je vous importune encores d'un exemplaire de mesme forme, s'il ne vous est trop incommode. Et vous supplie d'y adjouster ce qui s'est donné en mesme temps *rerum sub Henrico VIII. Edoardo VI. & Mariâ,* s'il s'en trouvé d'imprimé en mesme forme, & en mesme papier pour les assembler. Le livre *de Diis Syris* à este grandement estimé par nos curieux, & d'autant qu'il n'en avoit poinct esté apporté d'autre exemplaire que celuy-la, j'ay esté constraint de le laisser passer par tant de bonnes mains, que je n'ay presque pas eu le moyen de le voir. Je vous en ay bien de l'obligation, & a Mons. Seldenus, à qui je tascheray de rendre en revanche tous les services, dont je me pourrai adviser. Et si je pouvois avoir le loisir de revoir mes anticailles, je m'asseure, que je trouverois de fort jolies curiositez pour son desseing, que je luy communiqueray trez volontiers, aussi tost que j'en pourray trouver la commodité. J'ay desia escript de ce livre en Italie aux S. S. Laurentius Pignoria & Hieronymus Aleander, les quels s'attendent en grand impatience, d'en avoir la veuë, dont je leur ferai passer l'envie, Dieu aidant, aussitost que les livres de la foire de Francfort seront venus, m'assurant, que les libraires n'auront pas manque d'en apporter.

Et d'autant que vous aviez tant tardé de recevoir mes lettres dernieres en responce des vostres, de crainte, qu'elles ne se soient esgarées, & par mesme moyen les vers qui y estoient joincts, j'ay creu, qu'il vauldroit mieux en toute adventure vous en envoyer derechef, & a Mons. le Chevalier Cotton, a qui je suis le plus obligé serviteur, que sa courtoisie luy ait jamais acquis, bien marri de luy estre si inutile, comme je suis. Et sur ce je demeureray, Monsieur,

De Paris ce 1. Septemb. 1617.

Vôtre trez humble & trez-obligé serviteur,

Peiresc.

Je voudrois bien sçavoir, si Monsieur Colius a receu mes lettres, ou non.

CLIX. *Nobilissimo*

CLIX.

Nobilissimo V. D. G. Camdeno Jacobus Gothofredus *S. P.*

SOlemne mihi est jam aliquamdiu, & erit cum bono Deo deinceps, fœtus meos judicio tuo submittere: sed cumprimis obsequia mea Nobilitati tuæ substernere. Immane dictu, quo quantoque desiderio tenear incoram hoc agendi. Sed quia nondum licet, vel ita absentem colere per summam humanitatem tuam quæso liceat. Præmiseram nuper *Episcopatûs Romani* σύνοψιν, & en tibi Diatribas ipsas, Grammaticæ fermè velitationis argumentum, nisi magnarum rerum momenta secum traheret, idque faterentur diversarum etiam partium Scriptores, nempe dum illi tantopere fucum facere nituntur. Educam posthac aliquando, si opus, majorem harumce rerum aciem: sed hoc interim Catone contentus esse volui, imò debui. Fors fuat, ut Gallicana quoque studia hæc Britannicis vestris ut conspirant, ita probentur. Nisi improbum est, quæso obnixè videant & summi per Britanniam vestram Antistites hoc majoris operis specimen. Ego te multos annos perennare ex animo opto. Vale, V. Cl. seculi hujus lumen. *Francofurto* 13 Septemb. 1617.

CLX.

Janus Gruterus G. Camdeno.

CAmdene, magnæ gemma Britanniæ,
  Supra uniones atque adamantas, &
  Carbunculos; seu censearis
  Ingenii geniive dote:
Seu viva virtutum effigia, ac mera
Morum aureorum regula, Pallada
  Consumque puro corde gestes,
  Seu Venerem atque Charin palato;

Nunc

Nunc, nunc cupressi termitibus caput
Et collum inumbra ; tempora nunc nigrâ
Obnube taxo : nunc querelas,
Nunc lachrymas meditare mecum.
Noster Thuanus morte jacet, jacet
Sol Galliarum, flos Heliconidum,
Europæ ocellus, cor leporum,
Lingua Dices, cerebrum Themistos.
Noster Thuanus occidit, occidit,
Mens Gratiarum, Mercurii nitor,
Suadæque ocellus, at cerebrum
Eusebies, columenque Famæ.
O quàm ipse tecum vivere nunc velim
Ultra nivaleis Cimmerios, ubi
Sex mensium nox durat una,
Absque aliquo radio diei !
Luctum perennem perpetui decet
Furoris horror : vesteque sub nigrâ
Bellè admodum in cæcis tenebris
Voce Thuanum agili fleamus ;
Cycnus senescens qualitèr avio
In fonte ; aëdon qualitèr arboris
Sub fronde canescente densum
Præcipitat melos ore & alis.
Verum impotentis principium quod est
Camdene, questus ? quod meditullium ?
Quæ meta ? pontus atque cœlum est,
Undique qua ferimur vagantes.
Ah ! plus dolemus, prodere quàm audeat
Vox ulla ! damni plus ferimus, queant
Æquare quam verba ! ah profundo
Navifragi Oceano perimus !
Sed nec Thuanum pro merito satis
Laudet lyrarum ulla harmonia, etsi ei
Se dia jungat lingua Homeri,
Osve Poetifici Maronis.
Augusta quin heic Mnemosidum parum
Possit propago ; Pleiade quin parum

Possit

Possit creatus; quin Apollo
Heic sileat titubante labro.
Ergo tacere nos quoque verius
Camdene, de more Harpocratis. Satis
Summam approbant devotionem
Qui gravius subiêre pondus
Quàm ferre possint; sicut & exhibet
Majorem honorem Cœlitibus, mero
Silentio hos qui adorat, oris
Quàm tumido petulantis orsu.

Vides, mi Domine, quibus te conveniam: sed sic est, ita Thuani dolor omnes fibras meas invasit sacro quodam igne, ut de eo loquar, scribam, cogitem semper. Jacturam ejus ostendit dies. *Cicero* noster tandem prodit: exemplar ejus unum recipies à Billio, cui dedi de manu in manum: censebisque munusculum non à se, verum ab animo meo, virtutibus tuis ac doctrinis devotissimo. Oportet autem editionem istam nostram passim prædices. Istud dico, quod Typographus mihi indicaverit, ipsum Billium bina tantum operis exemplaria emisse; tanquam scilicet suffectura Angliæ universæ. Equidem licet non tam benè agatur cum genere humano, ut pejoribus meliora placeant aut adeò pluribus: at tamen fuerit Britanniæ vestræ summum dedecus non posse discernere æs Lambinianum aliorumque ab nostro auro obryzo. Itaque tu vir egregie, voce seculo nostro præi ad meliorem mentem. Francfurtenses omnino conspirant in ruinam famæ meæ & bonorum Typographi: ante semestre indicaturi novam editionem Ciceronis, insignierunt Auctorem tribus duntaxat literis M. T. C. at nunc vero nec Frobenii, nec Gulielmi, nec mei meminerunt. Vides ergo non de nihilo me poscere subsidium tuum, quod mihi adfuturum cum nullus dubitem, vota facio pro vitâ tuâ longiore: quei sit tibi mens sana in corpore sano. *Francfurti* xxi. Septemb. cIↄ. Iↄc. xvii.

Tuæ famæ gloriæque dicatissimus,

J. Gruterus.

CLXI. J. Hot-

CLXI.

J. Hotmannus G. Camdeno.

Monsieur,

QUand je vous ecrivis dernierement, j'oubliay de vous dire, que cêt honête homme, qui avoit entrepris la traduction de vôtre histoire touchant *la vie de la Reine Elizabeth*, ayant demandé permission, ne la sçeu obtenir pour quelques particularités qui regardent la France; mesmement à cause de ce qui y est recité de Monsieur de Chasteauneuf l'Aubespine. Neantmoins il ne se depart point de sa premiere resolution d'en faire la Version, lors que vous l'aurez corrigée & augmentée, & se hazardera, dit il, d'en demander encore une fois la permission, & y trouvera possible le tems plus favorable: Vous suppliant quand ladite Histoire, laquelle est excellente & necessaire, sera parachevée de nous en vouloir faire part, estant tout ce qui vient de vôtre main tres-agreable & recommendé. Messieurs Dupuy, Godefroy, l'Abbé, & Rigauld Gardien de la Librairie du Roy m'ont prié de vous baiser les mains de leur part, comme je fais de la mienne avec toute affection; & apres avoir prié Dieu pour vôtre santé, je demeure,

De Paris ce 2. Octobre 1617.

Monsieur,

Vôtre plus affectionné & humble serviteur,

Hotman.

CLXII.

P. Puteanus Gul. Camdeno *V. C.*

DUM in procinctu esset generosus Legatus vester, hæc pauca & raptim exaravi. Tuas accepi, Vir amicissime, cum Seldeni libro *de Diis Syris*, doctissimo sanè & eruditionis multiplicis. Sed epicedium illustris J. A. Thuani à Thorio nostro vulgatum nullus vidi: fac quæso ut compareat, nihil in hoc genere mihi gratius evenire potest. Gruterus utriusque nostrum amicus, & illustris Thuani virtutum admirator summus his nundinis Francofurtensibus ad me misit plura Epigrammata, à se in hoc summo literatorum dolore fusa, non sine honorificâ tui mentione, quæ omnia, cum Deus volet, lucem videbunt: sed hoc sine Thorii versibus fieri non potest. Si apud Typographum vestrum exstat adhuc exemplar *Elizabethæ* tuæ in folio, ad me transmittas quæso; Bibliopolarum vestrorum incuriam mirum in modum accuso, qui tales libros isthic non adsportant. D. Bechero, qui serenissimi Regis vestri negotia apud nos curat, fasciculum mittere poteris primâ commodâ occasione; res in tuto erit. Velle autem quæso Patricio Junio, eruditissimo viro, de collatione antiquissimi *Græci codicis MS. Evangeliorum*, & ut stet promissis urge. Nam conjicio ex epistolis D. Pauli planè antiquis, quæ penes me sunt, Th. Bezam negligentèr librum hunc venerandæ antiquitatis vidisse; non vanus erit ejus labor, nec industria nostra. Vale, Vir clarissime, & me ut facis ama. Datum *Lutetiæ Paris.* v. id. Novemb. cIↃ. IↃc. xvii.

CLXIII.

J. Hotmannus G. Camdeno.

Monsieur,

J'Ay rendu à Monsieur de Limery les lettres,qui s'addressoient à luy de vôtre part; & quant à Mons. Becher, estant de long tems

mon

mon intime ami, vous pouvez juger de quelle affection je le serviray & assisteray, & de tant plus volontiers, que ses merites m'y obligent, & l'amitié qu'il vous porte. J'espere que son comportement sera tel, qu'il augmentera le nombre de ses amis & sa reputation.

Au reste ce jeune homme, qui a fait la Version de vôtre Elizabeth, a receu par mes mains les corrections que luy avez envoyées, & ne passera point outre, qu'il n'ait l'œuvre entier, que vous nous promettez. Messieurs l'Abbé & Godefroy vous baisent les mains, & moy bien humblement, qui suis & demeure à jamais,

Paris xii. Novemb. 1617.

Monsieur,

Vôtre plus affectionné & humble serviteur,

Hotman.

CLXIV.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

IL y a quelque tems que je receus un paquet vôtre avec un autre exemplaire de vos Annales, & deux de l'œuvre de Monsieur Seldenus, dont j'en baillay un a Monsieur Dupuy avec la lettre que vous luy ecriviez; lequel se sentit grandement obligé de la faveur que vous luy faisies. Et avions deliberé de vous ecrire ensemble par la premiere commodité; mais deux ou trois affaires importunes qui me survindrent, & le voyage de la Cour en cette Province de Normandie m'en osterent le moyen à mon tres grand regret. Maintenant Monsieur Pori m'a rendu encore un autre vôtre lettre, qui me fait rougir de honte, de voir reiterer tant d'effects de vôtre bienvueillance en mon endroit, & de me voir prevenir de la sorte, sans que je me fusse acquitté de mon devoir en vôtre endroit. Je vous supplie de m'en excuser, & ne le point imputer à manquement de bonne volonté: car je vous suis dedié de cœur & d'affection entiere. Vous le pouvez croire, je le dis en toute sincerité, ne trouvant point de

termes assez suffisans à mon gré pour vous rendre les remercîments que je crois vous devoir de tant d'honneteté, & de tant des rares presens, qu'il vous plait m'envoyer en revanche de nos bagatelles. L'exemplaire du livre de Monsieur Seldenus, que je receus en dernier lieu, fit le chemin de Rome, ou je l'envoyay par la poste au Sieur Hieronymus Aleander, & en ayant recouvré deux autres des libraires de la foire, j'en envoyay un à Padoüe au Sieur Laurentius Pignoria; & l'autre a un autre de mes amis fort curieux. Je vous nomme ceux la, parce que leurs noms sont connus entre les gens de lettres: tous lesquels en ayant ouy des nouvelles estoient en grande impatience de le voir. J'en attends bientôt la réponce, dont je vous fairay participant. Monsieur Colius me pardonnera s'il luy plait, & Monsieur Gruterus aussi, ils sont un peu trop scrupuleux, s'ils doutent de la fidelité de l'inscription de L. Scipio, apres qu'elle à esté examinée dans Rome par des personnes si exactes, comme sont le P. Sirmond & ledit Sieur Aleandro. On a reimprime a Rome le discours dudit P. Sirmond avec un petit appendice dudit Aleandro, & une copie de ladite inscription suivant la vraye forme des lettres, qui sont sur l'original un peu plus exacte que celle de Paris; mais je n'en ay encores peu avoir un exemplaire pour le vous envoyer. Les officiers de ladite ville font grande instance pour avoir l'original de la pierre, affin de la loger dans leur *Capitole* auprés des *Fastes*, & des fragmens de la *Colomne de Duillius*. Mais celuy qui en est le maistre, le leur veut vendre bien cher. Quand aux Anagrammes de Monsieur Billon, puis que vous ne les desestimes pas, j'ay pris la hardiesse de vous en envoyer une douzaine, qu'il a faits sur le nom du Roy de la Grand Bretagne, ou il trouve tout ce qu'il y veut chercher. C'est une ame fort pieusé & fort timorée, qui parle tout a fait selon son sents. Je vous supplie de vouloir excuser son zele, & de ne prendre rien en mauvaise part; & de m'en vouloir dire vôtre avis & celuy de Monsieur Cotton. Car pour entreprendre de les faire voir au Roy, comme vous verrez qu'il desireroit, je n'oseroit vous en avoir supplié, de crainte qu'il ne s'en offenceast. Il a fait encores de nouveaux Anagrammes sur le sujet de cette assemblée, qui sont aussi merveilleux qu'aucun des precedents. C'est dommage, que son labeur ne soit en chose plus utile; car il y reussit a souhait. Je vous en feray transcrire trois ou quatre de ces derniers, que vous recevrez avec un petit avis composé par Monsieur de Belesbat Maître des Requestes, petit fils du Chancelier de l'Hôpital, dont en a

fait

ſait quelque cas en cette aſſemblée, ſi nous avions quelque choſe de meilleur, nous ne vous payerions pas de ſi legere monnoye, mais conſiderez le lieu ou nous ſommes. Je viens de recevoir d'Italie un exemplaire de *Calendrier Conſtantinien*, que j'ay deliberé de vous envoyer, eſtimant que ſi ne l'avez deja veu, c'eſt une des plus jolies pieces que je vous ſçaurois envoyer. Et ſi par hazard vous pouviez prendre le tems d'examiner quelques lieux d'iceluy, qui ſont veritablement fort difficiles à dechiffrer, & nous en envoyer vos obſervations, je vous aſſeure, que vous obligerez grandement ledit Sieur Alcandro, qui eſt ſi galant homme, qu'il vous en rendroit toute ſorte de temoignage d'honneur public & particulier, encores qu'il ſoit dans Rome. Il y a deja un peu travaillé & crois-je qu'il pourra faire imprimer ſes obſervations environ Paſques ; & cependant, il y auroit encore quelque peu de tems pour avoir voſtre réponce, ſi vous l'avez agreable, & principalement, ſur ce [N. *chartis. Jovi cultori.* CANNA INTRAT. *Arbor intrat ; Initium Cajani, Zenziarius, Marcellus reſumat Annæ ſacrum. Lignapſia. Ternovena. Ludi Lancionici.*] & ſur tant de diverſes feſtes *Natalium Conſtantini.* Il interprete les caracteres C. M. XXIV. qui y ſont ſi ſouvent repetez, *Circenſes Miſſuum* XXIV. en quoy il ſemble n'avoir pas mal rencontré. Je ſeray bien aiſe d'en voir vôtre avis. Il me reſte a vous dire que j'ay bien eu du regret du voir, que Monſieur le Chevalier Cotton ne fuſt pas bien gaillard, j'en ay une grande apprehenſion, & prie à Dieu de bon cœur, qu'il luy vueille donner autant & plus de bonne ſanté que j'en pourrais ſouhaiter à moi même. Je voudrois bien voir quelque echantillon de ce qu'il a commence de faire imprimer de ſes *monnoyes Anglo-Saxonum.* Il faut que je vous die encores, qu'un a trouvé un Manuſcrit fort ancien, qui contient une partie de la *Bible Grecque* eſcrite en caractere majuſcule, de ſi excellente marque d'antiquité, qu'au bout de l'une des pieces qui y ſont, il eſt atteſté que ladite piece avoit eſté fidelement tranſcritte & corrigée ſur une copie corrigée *de la propre main du grand Origene.* Et au bout d'une autre piece de ladite Bible, eſt atteſté qu'elle avoit eſté conferée & corrigée *ſur les anciens Tetraples de la Bible.* Il y a bien d'avantage, car tout le texte eſcrit en Majuſcule eſt diſtingue par divers Aſteriſques, qui deſignent les mots, qui ſont de la verſion de *Symmachus*, & les diſtinguent d'avec ceux, qui ſont de celles d'*Aquila* & de *Theodotion.* Et à la marge ſont les diverſes leçons deſdits *Symmachus*, *Aquila*, *&* *Theodotion* ; le tout en majuſcule de la plus ancienne figure, qui je trouve dans

dans les plus vieux Manuscrits. Mais c'est grand dommage que la Bible n'y est pas entiere. On veut neantmoins imprimer ces fragmens à Paris tels qu'ils sont, & pour ne faire la Bible imparfaite, on se veut servir de divers Manuscrits de la *Bible Grecque*, qui sont dans la Bibliotheque du Roy, & ailleurs, pour en faire une nouvelle edition bien exacte avec l'assistance de quelques Docteurs de Sorbonne & du P. Fronton Jesuit. Or parceque je sçay que Monsieur Cotton a une *Bible Grecque* fort ancienne, avec laquelle on pourroit rendre beaucoup plus complette l'edition de Paris: & qu'en ces matieres la si jalouses, il ne se faut gueres attendre, qu'il s'en puisse faire une edition en Angleterre, parce qu'il ne seroit pas aisé d'oster les soupçons qui s'en prendroient en Italie, j'ay creu vous en devoir avertir; à celle fin que vous rendies encore ce bon office au public d'interceder envers ledit Sieur Cotton pour le disposer à nous vouloir prester son exemplaire à la charge, qu'on luy en rendra en l'edition tout l'honneur,qu'il s'appartient tout de même comme si c'estoit en Angleterre; & qu'on luy donra toutes telles asseurances, obligations, & cautions, tant des Bibliothequaires du Roy, que de tels Marchands & telles sommes qu'il desirera, ou d'autres personnes,pour luy rendre & restituer son original en düe forme aussi tot aprés l'edition, laquelle ne pourra pas trainer plus d'un an, d'autant qu'on a deja commencé d'y travailler sur les pieces du susdit ancien fragment, au defaut duquel on employera ceux de la Bibliotheque du Roy, si celuy dudit Sieur Cotton n'en a la preference par son Antiquité. Je vous supplie d'y vouloir contribuer ce qui est de vôtre credit, m'asseurant que vôtre seule consideration y operera plus que toute autre, & au cas que vous l'obteniéz, de me mander, s'il vous plait, la forme des chargements, obligations, & cautions, qu'il desirera, soit de moy ou d'autres personnes, affin que nous luy procurions toute la satisfaction & securité qu'il nous sera possible, & qu'il aye cet honneur d'avoir sacrifié au public une piece si precieuse comme celle la, sans neant-moins la perdre. Je luy en êcris un mot, & vous supplie l'accompagner de vôtre favorable intercession, & me tenir toujours,

Monsieur,

De Rouan ce xi Decemb. 1617.

pour vôtre tres humble & fidele serviteur,

Peiresc.

Je

Je vous prie d'avoir agreable que je baise les mains à Monsieur Colius: Je voudrois bien voir les doutes, qu'il fait sur l'inscription de L. Scipio, & ses motifs, ensemble ceux de Monsieur Gruter pour les en éclaircir.

CLXV.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

YOur letter, which was most welcom to me in all other respects, was in one unwelcom, that it made me ashamed that I was prevented by you. And I do assure you, that I did many times plain my ill hap, that coming so suddenly out of *England*, you were not in Town, after I had received commandment to come hither. One thing I would have entreated at your hands, to have had an address to your friends here from you: which I know not how it is come to pass, that I am grown into acquaintance with most of them, Mr. *Hottoman*, Mr. *du Puis*, M. *de Peiresk*, M. *Limery*; which I do let you know, to the end you would make me the conveyance betwixt you; which you may do with assurance, by sending your letter to Mr. *Quester*, or else to my cousin *Wardour*.

This Town of *Rouen* doth not afford me the commodity of answering your remembrances with the like: only I send you a book newly printed, but not published, containing the proceedings that have been held in the business in *Bearn*. The book is imperfect, and besides it is full of tedious passages of their legal proceedings; which if you have patience to digest, you shall find in it the condition of those of the Religion in this Countrey, better than by any discourse that I know of. The business it self is a matter of great weight, being one of the points whereof the Chancellor now, at the overture of this Assembly, did vaunt of in this new Government, that the King had restored the Bishops of that Province to their revenues, which had been so long detained from them.

It is true, that there is an Arrest given in this Council for their restitution; but when it shall come to execution, it will, I think, be

be ſound of great difficulty. This Aſſembly began about eight days ſince, whereof ſix paſſed in a conteſtation between the Gentry and the Preſidents for their rank. There are appointed by the King to preſide at it, Monſieur his Brother, the Cardinals of *Perron* and *Rochefoucault*, the Duke of *Montbaſon*, and Mareſchal of *Briſſac*. The Queen continues ſtill at *Paris*, ſick of an uncertain Fever, or elſe of diſcontent, that ſhe ſees the King not willing to have her come hither. Monſieur *Peiresk* ſhewed me ſome pretty particularities, which he meant to ſend you: but I believe they are gone already; if not, I will ſend to him to ſend them along with this.

Sir, I beſeech you to believe, that there is no man in *England*, who hath impreſſed in him a greater ſenſe of the obligation that I have to have been bred under you, or that would more ſtrive to expreſs it: and therefore I pray command me, as

Rouen 11 Decemb. *Yours moſt affectionate to*
S. N. *honour and ſerve you,*

Will. Becher.

CLXVI.

D. Gul. Camdeno, *V. Cl. & eruditiſſimo, M. F.* Limerius *S.*

EX rure noſtro reducem cum primum Lutetia me habuit, mi Camdene, quàm te ſalutare nihil mihi antiquius fuit; abſit enim, ut quem inter veſtrates colo maximè, minimè ei ſtudium & obſequium meum quàm officioſiſſimè & ſæpiſſimè deferam. Sed nunquid tibi inter ſeria tua noſtræ hæ nugæ moleſtæ erunt! Quid enim nunciem? litibus domeſticis æternùm involvor. O rem moleſtam, ab ipſo orco natam! ſed tamen, ut qui mari feruntur, jactationes & nauſeam, ſic nos, qui his domeſticis malis, ferimus tamen: præcipuè cum Remp. aura felicior adſpiret. Sic enim eſt, humaniſſime mî Camdene, ab Concini iſtius ſupplicio paulùm reſpiravit illa; & ſunt nunc ad clavum, qui ejus bono invigilant. Specimen certè præbet ſublatum *Jus illud annuum*, quod munera publica & magiſtratus hæreditarios

reditarios peſſimè fecerat; hincque magna omnibus bonis ſpes fore brevi, ut priſtino ſplendori reſtituamur. De re tantâ autem à Rege Diploma latum hîc habes, cui de morbo Franciæ & conſilium ad conſeſſum *Notabilium* tractatulos adjunxi, ut bonis benè de Rep. ſentire & ſcribere etiamnum licere videas & gaudeas. Quòd ſi tanta ſunt juvenis hujus Principis primordia, quos tandem illius progreſſus ſperes? Certè *de Magiſtratuum fœdâ nundinatione* tollendâ ſpem omninò facit. Infrendunt, magnam partem, illi, qui illos nunc ſibi magno pretio emptos poſſident; ſed vel medii crepent, dummodò honos huic Genti & juſtitiæ dignitas ſua reddatur. De bello Pedemontano adhuc muſſitant. Pactis non ſtetit Hiſpanus, nec Vercellæ ex fœdere Sabaudo redditæ. Miſit igitur Mediolanum Rex, qui expoſtulet, & auxilium grande Sabaudo offerat, ni leges pacti Mediolanenſis Præfectus Mendoza brevi impleat. Si ita res eſt, trahimur in partes, & cum ſocero noſtro proculdubiò nobis res erit. Vos autem, ut audio, indeſinentèr procamini. At, quomodo Chriſto cum Belial? ſed Principibus ſua ſibi ſecreta ſint. Cæterum D. Comitem Palatinum alterâ prole maſculâ auctum gratulor Eccleſiæ, Angliæ, bonis omnibus. *Non enim claſſes*, ait prudens Scriptor, *non legiones, perinde firma imperii munimenta, quàm numerus liberorum.* Veſtros illos Dominus quam diutiſſimè ſervet, teque, mi colendiſſime Camdene, beatum ſoſpitemque habeat. Vale. viii. Kl. novi anni, quem tibi fauſtum, felicem, fortunatumque precor.

CLXVII.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Pray excuſe me, that I have been ſo long in taking notice to you of the receipt of your book for M. *du Puis*, which I forbore, becauſe I was then at *Rouen*, and I did deſire to convey back his letters with mine anſwer. But finding now in this Town, that he delayeth to write, until he can ſend you the *Analecta Hibernica*, which you write for, I am now ſorry, that I have kept you in ſuſpenſe ſo long. I find, that you make ſcruple and doubt, that by ſending it

 you

you do trouble me: but once for all, I pray rest assured, that nothing can trouble me, that either cometh from you, or to him. When hereafter you shall send any thing of bulk, I pray set some easie port upon it; for though I can pay the Posts at mine own descretion, yet I had rather it should be easily taxed, and I will observe the like course with you.

Here is printed within these few days a discourse of *China*, the most exact by far that ever was on that subject, by *Nicholas Trigault*, a Jesuit; and I had once resolved to send it you, but I find it translated out of Latin, and therefore I think you have seen it before; send me word therefore whether you desire it in French. The censure, which they of the *Sorbonne* have made of the *Archbishop of Spalatto*'s book, hath wrought a contrary effect, and wonderfully recommended it to the world; and I do assure you, that there are very many learned men in this Town, by profession Catholicks, that do highly extoll it.

I send you enclosed a declaration of the taking away of the *Droit annuel*, which is a matter in this Kingdom of extraordinary importance, and which was highly controverted, before it could be resolved on. The Count of *Candale* is suddenly returned Papist again; whereat his father doth triumph with joy. If in any thing here I may serve you, I pray command me as freely as if I were a *Westminster*-scholar again: and so I pray God have you in his holy keeping.

From *Paris* this 10th of Jan. S. V.

Your affectionate friend to do you service,

Will Becher.

Mr. *Hottoman* is here with me, and we are ready to go to dinner, where we will drink your health.

CLXVIII. P.

CLXVIII.

Petrus Puteanus Guil. Camdeno S. P.

BInis tuis ultimis hâc unicâ satisfacio, Vir clarissime. Variantes Itinerarii Antonini vel potius Ethici te recepisse significas, quæ certè, ut tibi indicaveram, parvi erant ponderis. Apud nos, ut audio, est quidam Remensis nomine Bergerius, qui hoc opus adornat, homo mihi planè ignotus, illi tamen scribam, ut de re totâ certior sim. Vereor, ne destitutus sit rebus ad hanc rem necessariis, manuscriptis & virorum doctorum congressu & colloquio. Effigies illustrium virorum & doctrinâ præstantium valdè mihi perplacent. Exemplar Annalium tuorum una cum Catalogo Oxoniensis Bibliothecæ tradidit mihi nobilis Becherus cum usurâ, lautissimo scilicet convivio. Quare gratias habeo tibi quidem quam, ut debeo, maximas & gratissimas. Graphicè historiam manuscripti IV Evangeliorum Theodori Bezæ describis. Hanc certè mihi intererat scire, qui epistolas D. Pauli Græco-Latin. MS. omnium antiquissimas habeo. His tamen usus est Beza ita negligenter, ut ex hâc sacrâ illâ messe non parvum spicelegium posteris reliquerit. Junii tamen nostri iterum diligentiam requiro in perquirendis istis Evangeliis. Præfationem legum Saxonum cum his accipies. Hic liber & propter leges & propter verba antiqua Saxonica, quæ isthic explicantur, non contemnendus. Analecta Hibernica apud Cramoisy non comparent. Auctor pauca tantum exemplaria edi curabat impensis suis, quæ ita brevi foris distracta sunt, ut ne unicum quidem exemplar in Bibliothecis nostris reperiatur. Opus tamen iterum sub prelo est, ut mihi significavit Typographus: itaque brevi exemplar habebis. Vale, Vir clarissime. Raptim *Lutet. Paris.* Januarii xxvi. cIↄ. Iↄc. xviii.

CLXIX.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monſieur,

J'Ay reçeu vôtre lettre du 23. du mois paſsé par les mains de Monſieur du Puy, enſemble le deſſein de la figure antique trouvée a Bukingham, dont je fis faire incontinent deux copies, que j'ay envoyées au Sieur Aleandro & au Sieur Pignoria. Je vous en fairay ſçavoir leur avis au premier jour ; cependant je vous dois une infinité de remerciments du ſoin, que vous avez de m'obliger tous les jours de telles ſingularitez ; mais ſur tous de la grace, que pour nous avez obtenue de Monſieur le Chevalier Cotton; concernant ſa *Geneſe* manuſcrite, dont le P. Fronton & les autres, qui ont la direction de cette edition, treſſaillent de joye, eſperants d'en retirer un grand ſecours & un grand ornement à cet ouvrage. Qui eſt la cauſe, que voyants que c'eſtoit la *Geneſe*, ils ont ſupplanté le cours de l'edition, attendants de voir cette piece, puiſque c'eſt par la qu'il faut commençer le volume, affin de n'omettre rien de conſequence. C'eſt pourquoy ils l'attendront avec grande impatience, & en auront bien plus d'obligation, ſi c'eſt bientôt, parce qu'ils ont leurs ouvriers ſur les bras, & des belles fontes qu'ils ont fait faire expres, afin que la beauté des caracteres reſponde à la bonté & authorité de la piece. Il faut, que je vous ſupplie de faire encore un effort pour accomplir ce bon deſſein. J'en eſcris derechef audit Sieur Cotton, & ne doute pas que vous n'en veniez a bout honorablement. Je ne ſuis en peyne que du chargement, puis que la ſurabondance de ſa courtoiſie veut ſe contenter de ma parole, je taſcheray de faire, en ſorte qu'il en demeure ſatisfait : & cependant ma lettre luy pourra toujours ſervir de chargement. Et ſi le livre m'eſt rendu par perſonne de connoiſſance, je luy en delivreray un recepiſſe en düe forme avec l'expreſſion de la qualité du livre, laquelle ſi je n'euſſe ignorée, j'aurois des maintenant envoyé ledit recepiſſe. Au ſurplus je vous diray, que j'ay eſté infiniment aiſe des obſervations, que vous me promettez ſur le *Kalendarium Conſtantinianum* tant de vôtre part que de celle Monſieur Seldenus : & d'entendre qu'il travaille ſur l'hiſtoire *des Decimes* ; eſperant

rant encores, que je n'entende rien au language Anglois, que je ne laisseray pas d'en apprendre beaucoup avec l'ayde de mes amis, qui ont connoissance de cette langue la ; & qu'il ne sera pas long tems sans traducteur, affin que chacun en profite, ne venant rien de ce personnage, qui ne soit grandement bien receu. Monsieur Aleandro mêcrit de Rome du 28 Decembre qu'il venoit de recevoir l'exemplaire, que je luy ay envoyé *de Diis Syris*, qu'il en avoit desja devoré une partie, & que Monsieur le Cardinal Cobellucio, qui est un grand homme de lettres, le luy avoit ravy des mains ; & que tous deux en faisoient une grandissime estime, se remettant à la premiere occasion, pour m'en dire le surplus que vous sçaurez aussi tôt. Il se peut faire, que les Anagrammes de Monsieur Billon sur le nom du Roy de la Grand Bretagne eussent esté deja veües en vos quartiers. Il n'est pas neantmoins trop facile, parce que ce n'est pas chose qui se soit vendüe,& ce ne pourra estre que par hazard qu'elle sera parvenüe jusques la. Si par le moyen de quelqu'un de ceux, qui ont charge de luy faire voire les livres, dont il veut avoir la veüe, on pouvoit sçavoir du Roy soûs main, s'il a veu cette piece ou non, ce seroit une grande satisfaction à l'autheur ; mais pourveu que ce soit sans vous incommoder ou interesser en façon quelquonque. Pour le regard de la figure antique, je trouve vos conjectures fort convainquantes ; & principalement vôtre observation des rivieres d'Isis me semble excellente. Mais le peintre en a fait le dessein un peu negligemment, pour y pouvoir asseoir fondement. Il faudroit avoir designé exactement, ce que la figure tient en chaque main, sa coiffure de tête, & sur tout le forme de l'animal : autrement il est bien difficile d'en pouvoir rien affirmer. Il n'est pas que vous n'ayez veu les commentaires de Monsieur *Pignorius sur la table Ægyptiene de Bembo*, ou il y a une infinité de figures d'Isis, pas une desquelles n'a aucune des marques de celle cy. Les Britons comme les Gaulois & toutes autres nations avoient des Deitez Minorum Gentium, bien bigearres & bien diversifiés des ordinaires : & qu'il est bien difficile de reconnoitre à faute d'Historiens de leur nation. Nous en verrons l'avis de Messieurs Pignoria & Aleandro ; cependant je demeureray,

Monsieur,

De *Paris* ce 29 Janvier 1618.

Vôtre tres humble serviteur,
De Peiresc.

Si

Si ce messager se veut charger d'un paquet un peu plus gros que des lettres, je vous envoyeray deux ou trois petites pieces, qui ne seront possible pas hors de votre gout.

J'escris à Monsieur Seldenus pour le remercier des beaux livres, que vous m'avez envoyé, & promis de sa part ; je vous prie de suppléer à mon defaut, attendant que je le puisse servir comme je desire. J'escris aussi à Messieurs Cotton & Colius, vous leur ferez, s'il vous plait rendre mes lettres.

CLXX.

Verè eruditissimo & humanissimo D. Gul. Camdeno, *M. F.* Limerius *S. P.*

DEcimus dies est, ex quo scripsi tibi, mi Camdene, & ecce accipio tuas eodem ferè tempore scriptas, quæ iterum, ut ad scribendum accingar, instigant. O acrem in me amorem tuum, qui tantus tantillum literis tuis humanissimis colas, bees! Quid autem rependam? obsequium, studium, (si tanti sunt) & cultum meum, De rebus verò nostris, quæ in illis solennia erant, scripsi nudiustertius: *Jus illud annuum*, quod magistratus hæreditarios fecerat, planè sublatum; nunc autem *Notabiles*, quos vocarunt, à Rege dismissos nuncio: quæ verò secundum eorum consilia ipse statuerit, ex Edictis, quæ indies ad Parlamenta missum iri demum expectant, porrò nosces. Hinc tamen in omni sexu & conditione Reformationem jam animo occupant. Sed quid nobis cum illâ Reformatione, si *Jesuitæ* etiamnum regnant? Etenim ut mireris, mi Camdene, XXVI. præteriti mensis sententia secundum illos in consilio Regis lata, quâ illis ludum hic in Collegio Claramontano aperire omninò licet. Illud quidem non sine bonorum omnium in contrarium nisu, sed factum tamen. Protestantium nunc res circa Bearnense negotium tota volvitur. Bearnensium ordines novissimè, (consilia junxêre Pontificii) ne quid novi contra se expediatur, totis viribus conniti omninò statuerunt: Regique simul misere, qui quanti momenti res esset, monerent; quibus etiam Provinciæ tres aut quatuor finitimæ Delegatos suos junxêre, ut vi majori obniterentur, ne quid novetur. Sed surdis

surdis auribus canitur: qui etenim ad clavum, ne consilium irritum cadat, & maximè Episcopi, junctis viribus obtendunt. Ex illis verò ingentia mala quis non prospiciat? sed suis Deus providebit. At vobis gratulor, beatissimi Angli, qui solidâ pace jam diu fruimini. Verum apage mihi Arminianam illam luem, mi Camdene, etiamnum vos afflavit illa Ate? De nuptiis autem vestris Hispanicis jam ferè transactum hic nunciabant, cum accepi tuas, quibus rem in salo versari adhuc cognovi. Quid vero ultra ambiatis, qui vos manifesto despectui habet? Certè, ni fallor, mi Camdene, grandia jamdudum agitat Gens illa, & ni advertant Principes, video imperium Hispanis à Jesuitis portendi. Sed nonne tibi nimis sapere videor? Taceo igitur, & vela contraho. Vestris ad honores evectis gratulor. Sic in rebus humanis fortuna, *præsens vel imo tollere de gradu mortale corpus*; *vel superbos* (exempla vidimus) *vertere funeribus triumphos*. Plura non addo. Vale mi observandissime Camdene. Adsit tibi Dominus Deus, teque quàm diutissimè servet. Postridiè Kal. Feb. 1618. *Lutet. Parisiorum.*

CLXXI.

D. Gul. Becherus G. Camdenus.

SIR,

I Would not omit to make an answer by the opportunity of this Bearer to your last Letter, which though it bare no date, yet the Contents of it did assure me, that it was very lately written. I do greatly please my self in your kind acceptance of my Letters. I can at this time return you but little news from hence, by reason, that all things are suspended upon the exspectation of the war of *Italy*. They make account here to have a speedy resolution from their late Ambassadour sent thither, one Monsieur *de Modene*, of war or peace. I do assure you the judgment seemeth to me yet very uncertain: but it will quickly come to a period.

The Jesuits have lately forced themselves to obtain a permission to open their Schools, notwithstanding that they were in a sort rejected in the Court of Parliament four or five years since. And they have now by another course obtained their desire, by a Decree of the Pri-

vy

vy Council, not without some contestation; but it will be much more, before it be brought to effect: for both the University and the Court of Parliament do much complain of it. I send you here enclosed the Oration of the Rector of the University, upon the occasion of the Ceremony of presenting a Candle, as also the Speech of Monsieur *Servin*, newly published upon this Subject; tho' it were made, when the matter was in question in the Parliament; which is in it self exceeding sharp, tho' it seem but to point at matters, and is now published to express their sense of this business.

We have here the *Cavalier Gabaleon*, who is going to reside in *England* from the Duke of *Savoy*: but he attendeth here a while, till he understand what ply his Master's affairs will take.

The accidents of the *Levant*, and particularly the disgrace lately done to the *French* Ambassadour at *Constantinople*, which this Bearer Mr. *Pory* will deliver at large, maketh them cry here upon a *bellum piraticum*: but they want wings, and therefore in the end they will be much troubled how to resent themselves. I cannot forbear to smile at this adventure, hapning so just in a time, when they would fain persuade themselves, that they had reason to think themselves wronged, that their Ambassadour was not invited to our mask: for instead of a supposed one, they have now a true one offered them.

I beseech the Almighty to preserve you in health. From *Paris* this 2d of Febr. 1617.

Yours most affectionately to do you service,

Will. Becher.

CLXXII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

IL n'y a que douze ou quinze jours que je vous ay envoyé un paquet, ou il y avoit des lettres pour Monsieur Cotton, & pour Messieurs Seldenus & Colius avec quelques petits livrets, ce fut par la voye ordinaire de la poste. Maintenans que Monsieur Pori s'est pre-

presenté, je serois bien marry d'avoir manqué de vous ecrire derechef, & de vous asseurer de mon service, & de la memoire que je conserveray inviolable des obligations que je vous ay. Nous attendons bien impatiemment la *Genese* manuscrite de Monsieur Cotton, pour entamer ce grand ouvrage, qui est accroché par cette attente, je ne doute point que vous n'y contribuiez tout ce que vous pourrez pour le bien du public. On a mis sur la presse un volume in Folio *Rerum Normannicarum*, ou il y a plusieurs livres d'*Ordericus Vitalis* & autres, qui n'ont jamais esté imprimés tant Latins que François; ou vous trouverez de belles choses pour votre nation; si vous avez rien, que jugies y devoir estre inseré, nous luy ferons donner la plus honorable place qu'il se pourra. Vous verrez des commencements des observations de Monsieur Gevartius, que vous trouverez bien gentiles; il a mis sur la presse des notes sur *Manilius*, dont on a fait grand cas; je vous en envoyeray aussi tost qu'elles seront achevées. Il soûtient qu'il vivoit, non comme dit Scaliger, du temps d'Auguste, mais sur la fin de l'Empire d' Occident. Conservez moy je vous supplie l'honneur de vos bonnes graces, & celles de Messieurs Cotton, Seldenus, & Colius avec la qualité

Monsieur

De *Paris* ce 10. Fevrier 1618.

De vôtre tres humble serviteur,

Peiresc.

Si Monsieur Pori se veut charger du *Statius* nouveau, vous l'aurez avec la presente, & quelques autres brouilleries.

CLXXIII.

D. Hencicus Bourchierus G. Camdeno.

VVorthy Sir,

BEing now at length arrived in this Kingdom, where my private affairs will detain me for a time, I have since my coming sought a fit opportunity to salute my Friends on that side. The

difficulties

difficulties of my journey (which were few or none) I will not report: the occurrences of this place I cannot, the shortness and quietness of the time conspiring to deprive me of matter. Our kind friend Dr. *Usher*, whom I often see, as often remembers you: he hath some works ready for the Press, which will shortly be printed: the third part of his book *of the succession of the Church*, and *an Answer to a Challenge* made here lately by one of our Jesuits. Here was lately taken a Cistercian Monk, one *Paul Ragget*, born in *Kilkenny*, and Provincial of his Order in the three Kingdoms: he is banished by the State, on pain of death not to return.

I have sent my Lord *Carew* the *life of Fulke Fitz-Warren, collected by* John Leland, which I promised his Lordship at my last being at *London*: If you desire to see it, I am sure his Lordship will communicate it with you.

There was an *Irish Story* begun by one *Hanmer*, a Doctor of Divinity, which some here have undertaken to make perfect and publick, with a continuation to this time. It will be the best that we have. If your assistance be desired, I doubt not but you will afford it.

This Nation is generally much displeased with the Judgment, which his Majesty hath lately pronounced on the behalf of my kinswoman, the Lady *Dingwell*, especially the friends and allies of the Earl of *Ormond*. I hope the next Term to see you at *London*: in the mean time my letters shall often visit you, and my self will ever remain

Dublin the 15th of Febr. 1618.

Your true affectionate friend, while I am

Henry Bourgchier.

CLXXIV. D.

CLXXIV.

D. Henricus Savilius G. Camdeno.

SIR,

I Have received the Preface you ſaw, and added ſomewhat out of the ſtory of *Durham*, and ſome more certainty of the times out of Records: for ſo I take your two firſt Notes to be out of the Tower. The two other, whence had you them? For his death, I take it to be the more truly ſet down 1349. than as *Walſingham* hath, 1350. I pray, Sir, alſo to take the pains to give Mr. *Bill* the form of an Inſcription to the King, (for I mean to make no other Dedication) ſuch as I have ſeen in ſome of your books, as *Sereniſſimo & potentiſſimo Principi*, Jacobo *Magnæ Britanniæ*, &c. *Regi*, *hoc* Thomæ Bradwardini *Archiepiſcopi quondam Cantuarienſis opus* H. S. *D. D. D.* or in ſome ſuch faſhion, as you better know. Let me, Sir, intreat you to undergo ſo much pains for me, and to deliver it to Mr. *Bill.* But, I pray you, Sir, what is your reaſon, that upon ſo juſt and neceſſary occaſion had to name you, you ſhould diſlike to be named by me in that Preface? would you have no teſtimony to the world extant in any of our writings, that we lived in one time, as kind friends together, but rather that poſterity ſhould think we ſtood, as one writes of *Ariſtotle* and *Iſocrates*, as I remember, *quorum uterque ſuos delectatus contempſit alterum?* Pardon me, I will give no ſuch occaſion. And ſo with remembrance of my beſt love unto you, I take my leave, remaining ever

26 Febr. 1617. *Your aſſured loving friend,*

Henry Savile.

Sir, I find in the Biſhop of *Hereford*'s book of *Biſhops* a babble of one *William Sever* Biſhop of *Dureſme*, Son, as he ſaith, of a Sieve-maker, Warden of *Merton* College, and Provoſt of *Eton*, made Biſhop of *Carlile* 1496. and tranſlated to *Durham* (*ut videtur*)

 1502.

1502. and died *anno* 1505. True it is, that *Henry Sever* was first Provost, and so named in the Act of Parliament of *Eton* foundation; and the same man was afterward Warden of *Merton* College, where he had his breeding, as kinsman to our Founder; and, as our Regifter says, *penè alter Fundator.* He lies buried in that Church as Warden there, and never Bishop, as I remember; though he had twelve or fourteen Ecclesiastical promotions, as by a pardon in *Edward* IV's time to the College, I find him stiled. Besides, the times cannot agree: *Eton*-College was founded 1440. so that to 1505. he must live 65 years afterward, to the latter end of *Henry* VII. whereas in *Merton* College we had two or three Wardens in the mean time, *Gigur* and *Fitz-James.* I pray you advise with Mr. *Linsey*, the Bishop of *Durham*'s Chaplain with you, what he findeth in *Historiâ Dunelmensi* touching that man, and at your leisure let me understand from you.

Sir, In these idle times of mine, it may be I shall have a mind to set out our Founder *Walter Merton's life*, at least to make a collection of it for the use of me and my friends: I pray you afford me your best assistance. It seems you have made an abridge of the *Tower-Records* from almost the beginning of *Henry* III's time, till 6 or 7 of *Edward* I. when he died. I presume there are many things in the Records, that will give great light to that purpose. In perusing our Evidences of *Merton* College, I find many good things: and in *Eton*-College-evidence I found by chance a piece, whereby it is evident he was Chancellor in King *Edward* I's absence, till his return from the Holy-land; but no doubt you may have seen much more. *Excute scrinia*, I pray you; or rather, *scrinium pectoris*, and help us out of your store.

H. S.

CLXXV. N.

CLXXV.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

J'Ay receu la vôtre du quatriême du mois passé avec une cassette, dans laquelle s'est trouve la *Genesis* Manuscrite Grecque de Monsieur Cotton fort bien conditionnée ; je luy escris pour luy donner avis de la reception, & pour le remercier de la faveur, qu'il nous en a voulu faire, dont je luy ay bien de l'obligation, & à vous aussy par même moyen. Je tiens cette piece pour estre fort ancienne, & le P. Fronton aussy, qui ne se peut saouler de la recommander. Mais c'est grand dommage, qu'il n'y reste aucun vestige des Asterisques, qui sont en son autre Manuscrit. Il fera toute la diligence possible pour en tirer vitement ce qu'il pourra, & la vous renvoyer par voye asseurée. Au reste vous ne vous estés pas contenté de faire la faveur d'envoyer le livre, vous y avez voulu ajoûter le payement de la voiture à l'advance, qui est trop d'honneteté veritablement & trop de ceremonie. Les Courriers ayment bien mieux estre payez à leur arrivée, qu'en allant ; & sont plus soigneux d'aller rendre leurs paquets sous l'esperance du payement, que quand ils ne s'attendent plus de rien avoir. Leur taxe est reglée pour tels fagots à raison de vingt sols la livre pesant : & quand il se presentera d'autres semblables occasions, il ne faut que marquer sur le pacquet, que ce qui y est contenu est un livre, affin qu'ils ne puissent pretendre de le faire payer a raison de seize sols ou bien un quart d'ecu l'once, comme ils font des paquets des lettres. Je vous marque toutes ces petites particularitez, parce que je voy, que vous estes en peyne de sçavoir le jargon desdits Courriers pour n'estre trompé à l'avenir. J'ay bien du regret, que l'on ayt interrompu l'edition du livre *de Decimis* de Monsieur Selden : & desire bien qu'il en aye bientost la main levée, & que je puisse vous servir en quelque digne occasion

Monsieur, comme

Paris ce 4 Mars 1618.

Vôtre tres humble serviteur,

De Peiresc.

CLXXVI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

APres vous avoir escrit hier au matin, je receus un autre paquet vostre du 22. du mois passé, & ensemble une lettre de Monsieur Seldenus du sixieme. Je luy ay fait reponce sur les doutes, qu'il a de la fidelité *du Kalendrier*, vous verrez ce que c'est; car veritablement, encores qu'il y ayt des nombres Arabiques au lieu des Latins, & quelques autres manquements, puis qu'ils peuvent proceder de la fantaisie des Copistes ou Imprimeurs, je ne voudrois pas pourtant negliger une si belle piece, qui peut servir à l'eclaircissement de tant de belles choses, qui n'ont esté quasi que touchées par les Autheurs anciens. J'ay receu *l'Encomium de vôtre Reyne Emme*, que nous ferons imprimer en son rang & ordre dans le recueil des *Historiens de Normandie*. C'est bien la verité, qu'il appartient plus à l'Angleterre, qu'à la Normandie; mais il ne sera pas tant mal seant entre ceux de Normandie, puis qu'elle estoit Normande; & que son alliance fust la premiere planche aux conquetes de Guillaume son neveu. Il se trouve si peu d'Ecrivains de ce siecle la, que je n'en sçaurois point negliger.

L'autre fragment de Monsieur Cotton est certainement de *Guillelmus Pictavinus*, car il se dit contemporain de Hugues Evesque de Lisieux, sous lequel il estoit Archidiacre de Lisieux, & fait mention de son bannissement de Poictiers. Feu Monsf. Pithou en avoit un exemplaire tout entier, lequel on m'a promis; si je ne le puis recouvrer, nous ne laisserons pas de faire imprimer vostre fragment entre le *Dudo* & le *Gemeticensis*. Mais parce qu'il est si mal correct, si nous n'avons l'exemplaire de Monsieur Pithou, possible prieray-je Monsieur Cotton de nous envoyer son original, pour le conferer, & juger l'ancienneté de l'ecriture d'iceluy. Et apres ou mettra l'*Ordericus Vitalis*, qui vivoit en 1140 seulement, de qui nous avons l'histoire toute entiere.

J'ay fait vos complimens envers Monsieur du Puy, lequel m'a dit, qu'il vous avoit escrit depuis peu, & avoit satisfait à ce que vous desiries de luy, & qu'il en attendoit réponce. Il m'a cependant prie, de vous saluer bien humblement de sa part. Je fairay vos autres re-

recommandations à la premiere vüe. J'avois deja deliberé de renvoyer à Monsieur Cotton la lettre du Roy d'Arms des Pays bas, que je jugeay bien estre demeurée par megarde au commencemencement du livre Manuscrit. Et parce que j'y avois trouvé mention d'un petit livre de ces quartiers en matiere de Blasons, & que je m'imaginois, qu'il pouvoit estre du goust, sinon dudit Sieur Cotton, de quelqu'un de ses amis de cette profession, j'en envoyay aussi tost chercher un, que je joindray avec cette lettre la, attendant que l'œuvre, que Monsieur *Favin* fait imprimer touchant la matiere d'*Armoiries*, soit achevé pour vous en envoyer incontinent. Cependant cela m'a fait ressouvenir, que lors que mon frere Vallavez fit le voyage d'Angleterre, il y vit par vostre moyen, si je ne me trompe, entre les mains de Monsieur Segar Roy de la Jarretiere, un vieux livre Manuscrit en parchemin contenant *la description du pais de Caux en Normandie*, & des Abbayes & Familles de Gentilhommes dudit Pais: qui seroit bien propre pour estre inseré dans le recueil des Histoires dudit païs: si ledit Sieur Segar vouloit nous communiquer, ou l'original ou une Copie. Cela seroit cause, qu'on rechercheroit d'autres pareilles descriptions des autres contrées dudit païs, ou qu'on verroit de les suppleer. Je vous prie d'essayer, si sous vôtre credit ou de Monsieur Cotton il voudroit faire ce bon office au public; car c'est dommage, que ces choses la se perdent, & difficilement se souciera til jamais de faire imprimer cela en Angleterre. J'en envoyeray l'inscription separement, comme elle estoit en l'original, & si vous rencontrez quelque chose de même etoffe, vous nous obligerez grandement de nous les procurer, pour les empecher de perir. Vous aurez avec la presente le livret, que vous desiriez, de *Joannes Majoris Monasterii Monachus*, auquel j'eusse joint le *Gregoire de Tours*, qui a esté imprimé avec, parce qu'il y a quelques bonnes corrections des editions plus anciennes, sans que je craignois que le paquet fust trop gros. Ce sera par la premiere commodité. Et quand vous vous aviserez de quelque autre livre, que vous desiriez avoir, je vous supplie de disposer de moy absolument: car vous avez tout pouvoir sur moy, & ne vous arrestez point à toutes ces ceremonies, que vous dicte vostre courtoisie; ne vous pouvant repondre autre chose sur le sujet, si ce n'est que je vous serviray de tout mon cœur en toutes les occasions qu'il me sera possible, Monsieur, comme

Vôtre tres humble serviteur,

De *Paris* ce 5 Mars 1618. De Peiresc.

CLXXVII. D.

CLXXVII.

D. Guil. Camdeno Franc. Sweertius S. D.

Amicissime Camdene,

LIteras tuas cum munere accepi, & gratias immortales ago: tuis jam non respondeo, negotia Mercurialia non permittunt. Mitto *Europam redivivam*, Auctore amico nostro Scrieckio, folio 59. invenies nomen Camdeni: item *encomium* Historicum *Henrici* IV. Galliæ Regis, & carmen in ejus statuam, quod ab Auctore accepi. Videbis judicium quoque super Isidis statuâ Petri Pauli Rubenii, Antiquarii, & seculi nostri Apellis. Vale. Plura non scribo, aliàs longiùs. *Antuerpiæ* 1618. x Mart.

CLXXVIII.

D. Henricus Savilius G. Camdeno.

SIR,

FOR your note out of the book of *Durham*, I thank you much: but I had caused it to be transcribed before by Mr. *Linsey*, and have inserted it *ad verbum* almost in my Preface, as now it is to be printed. The Inscription printed I have received from Mr. *Bill:* I thank you much for it, and have sent it to him back again, reformed according to your note sent to me, which I perceive was not in the copy he followed. For the Bishop of *Durham*, whose name and qualities the Bishop of *Landaff* mistook, I perceive my conjecture is confirmed, that it could no way be *Sever* our Provost here, and Warden afterward of *Merton* College, whose name was *Henry Sever*, in the Monuments of both the Colleges. He was Provost here from *an.* 19 *H.* 6. the year of our foundation, some two or three years at most, when, as I do probably guess, the King finding his Chaplain, Mr. *William Wainfleet*, a fitter man for his purpose of founding a double

double College (for that *Wainfleet* had been brought up in *Wickham*'s foundation, and, as they say, School-master of *Winchester*; which foundation it is plain our Founder set for his pattern) the King removed *Sever* to better livings, and yet no Bishoprick, for he had thirteen or fourteen good livings beside, and in the time of the foundation and building, as you may think, the Provostship was but a simple benefice : and almost twenty years after, *Sever* was made Warden of *Merton* College. So remembring my best love to you, I take my leave.

Martii 11. 1617. *Your assured loving friend,*

Henry Savile.

CLXXIX.

Andreas Schottus G. Camdeno.

S. D. Lectis tuis, Clarissime Camdene, quas nuper ad Sweertium nostrum dederas, vidi & requirere te meum & H. R. judicium de statuâ nuper repertâ in Britanniâ, quam Isidis esse opinaris. Equidem Sacerdotis esse profani agnosco, cum vitulâ in sinu & cum paterâ frugum turisque vasculo ac velut simpuvio ; sed cujus Dei vel Deæ non facilè dixero. Animal sacrificio est destinatum : unde Maro; *cum faciam vitulâ pro frugibus.*—— Requirere etiam panegyricum carmen Gasp. Gevartii nostri in equum Henrici IV. quo cum careret Sweertius, mitto quod ad me ille Lutetiâ miserat, quem & in Galliâ emersurum puto, cum quòd & mores respondeant indolesque, tum etiam ob ingenium. Habe itaque hoc carmen, quod merito etiam pro eo ac meretur facis permagni.

De meis fortasse studiis quæres, quando meas esse aliquid nugas arbitraris. Edito Latinè *Basilio magno*, nunc etiam *Cyrilli* τὰ γλαφυρὰ *in Pentateuchon* his nundinis Græcè & Latinè extrudimus, ut nos pro vitæ instituto sacra tractare senes credas, nihilque nunc ago legoque libentius, tanquam in longâ vitæ jactatione terram aspiciens, portumque anhelans æternæ beatitudinis, ubi beati ævo perfruuntur sempiterno. Narro tibi, incidisse me in codicem pervetustum in

 mem-

membranis scriptum, allatum, quantum conjicio, è Britanniâ olim, non dubiis argumentis, *de mundi contemptu, seu de paupertatis bono.* Quia verò lectus integrè, mirè se mihi probavit, ut excudi exoptem in his terris: sed quia nomen Auctoris tacet, modestiæ credo causâ, cogor in Angliâ nomen investigare ab eo, qui & *Annales Britannicos* singulari tomo plurimos eruit, & in Patriæ suæ Annalibus nobis verum indicavit Auctorem poematii, quod *Daretem Phrygium* convertit heroico metro, ut illa ferebant tempora, non vulgari, & hîc typis Trognosii nuper editum est. Ejus pii libelli hoc est principium: *Optatus mihi dies advenerat, in quo visitante me divinâ clementiâ, exoneratus sum ab Ecclesiastici regiminis gravissimâ curâ: tanto eâ de causâ animo lætior effectus, quanto levior atque liberior factus, depositâ pastoralis curæ sarcinâ grandi, quam invitus portaveram.* Divisiones, ut nominat, seu capita continet duo & viginti, numero Hebraicarum literarum. Stylus est placidus, minimeque rusticus. Si mihi patrem natalesque, doctissime Camdene, ostendere placet, eris mihi magnus Apollo, & amabo te plurimum. Exstabat hic liber in Bibliothecâ Collegii Lincolniensis Oxoniæ, ut *ex indice didici manuscriptorum Oxonio-Cantabrigiensi* Londini anno 1600. à Thomâ Jame edito pag. 39. cod. 22. num. 21. in quo codice multa sunt Anselmi. Est fortasse & alibi. Typographo jam Coloniæ meum exemplar descriptum tradidi ad excudendum nomine addito *Philothei*: quod sine nomine edi hic quidquam nefas habeatur. Talia quæ istic & affluunt & pereunt, si beneficio consequar tuo, acceptum equidem referam, & proferam cum grati animi testificatione non vulgari. Est enim ingenui agnoscere cui debeas, & plurimùm eidem velle debere.

Illud etiam, nisi molestum est, ex te aveo cognoscere, exibitne hoc mercatu Lutetiæ *Basilius* verè magnus Græco-latinus, interprete Richardo Montacutio: qui amplius cccc epistolas repperit ἀνεκδότους: quas optarim sanè typis editas legere: nec Montacutius cum illustri viro Henrico Savilio nobis id invideant. Parisienses verò nullam-dum nobis spem faciunt, ut lentæ sunt operæ. Vale, mi Camdene in Domino, nosque amare perge. *Antuerpiæ* Annunciatæ Virginis festo, cIɔ. Iɔc. xviii.

CLXXX. Janus

CLXXX.

Janus Gruterus G. Camdeno.

S. P. Amicorum primicerie, amicorum antiquissime, ideoque etiam certissime, *Imperatorem stantem mori oportere*, Vespasiani sententia est. Idem & mihi forsan fiet, qui parasynanche gravitèr angustatus, adhuc tamen scribo, & loquor animo. Ita certè decet militem bonum, semper scilicet esse in procinctu, semper exspectare sonitum classici: & quod Deo meo visum fuerit, fiat. Ducet is me, non trahet. Myrothecium charitum musarumque fuerunt postremæ tuæ, quibus oratorem prorsus agis, sivè mavis Sophistam. Muneribus tuis tantum non obrutus cum fuerim aliquoties, ac levi quasi apophoreto indicare voluerim, non esse mihi animi mentem ingratam, illud ipsum supra astrata cœli asarota extollis. Quo ipso tamen agnosco fortitudinem amoris erga me tui: sic porro maneat. Nam quod & me nimium fuisse vis in odâ super obitu Thuani, valdè requiro judicium tuum. Tu ergo solus es, qui teipsum non nôris? Imo tam grande nihil dici poterat, quod non superaret & doctrina tua & virtus. Et pudor meus sit atque infamia, si quid humilius sensissem de indole humanitatis tuæ, de dote literariâ. Indices Ciceronis conficit Typographus, quales sint futuri, nescio: hoc scio sine eis nihil deesse tanto auctori. Contagem vicinam transmigrasse ad vos, quid mirum? afflat & Germaniam nostram, neque diu immunis erit Gallia, nisi fallor, adeò novitas ubivis invenit assertores suos. Mi Camdene, quæso te & obtestor per genii tui perennitatem, proximâ occasione mihi indices, ubinam locorum, & quo die atque anno natus fueris. Cupio enim tam faustum sidus inseri *Chronico Chronicorum* Aubrianorum, qui alteram mox meditabuntur editionem. Quod si amplissimus D. Cottonus idem de se testatus fuerit, rem mihi fecerit gratissimam: cujus salutes gratissimas millenis aliquot meis remuneror. Literis amabilissimis D. Chamberlani nequeo rescribere, aliàs districtissimus. Sciat tamen filium ejus mihi commendatissimum, quamvis non

utatur domo mensâque, queis ego. Vale tu quoque diu diuque, mi venerande ſenex, & ſalve ab animitus tuo

Hæc ſcrib. xxx Martii
Heidelbergæ. J. Grutero.

CLXXXI.

Jo. Buddenus Gul. Camdeno.

ORnatiſſime Amice Guilielme Camdene, ſalve. Efflagitarunt à me nuper antiquæ neceſſitudinis & familiaritatis vinculo tibi conjunctiſſimi, Michael Dormerus Eques, & Thomas Allenus, vir doctiſſimus, ut elogium aliquod Ambroſii patris ſui, & defunctæ uxoris ſuæ Dorotheæ, tum & tumulo Michaelis ipſius inſcribendum colligerem. Feci, ne non in omnibus viris optimis, de me præclarè meritis, obſecutus viderer: & feci etiam, quia neceſſario, libentèr. Quanquam hoc (inquies) quid ad edictum Prætoris? tui nunc arbitrii facio, ut aut expungas, aut adjicias, aut innoves. Porrò etiam magnoperè à nobis rogandus es, ut ubi per otium licuerit, fidem & diligentiam ſtatuarii in formandis ſculpendiſque characteribus inſpicias; nam in hujuſmodi operibus (quemadmodum tu probè noſti) non licebit bis peccare. Copiam utriuſque hic tibi exhibeo, tu quantum voles caſtiga, & illum viciſſim ama, qui te colit obſervatque plurimum.

Aſcotti in feſto Paſchatis
1618. pridie Non. April. Jo. Budden.

Salutat te meis verbis amantiſſimè uterque, ille, quem dixi, Eques ornatiſſimus, & familiaris tuus Tho. Allenus.

CLXXXII. *V. Cl.*

CLXXXII.

V. Cl. & Opt. D. Gul. Camdeno, *M. F.* Limerius *S.*

INterrupit ad te literarum curſum in privatis curis noſtris aſſiduitas: nec publicarum in horas mutatio aliquid certi quod ſcriberem ſubminiſtrabat. Verùm hoc diuturnum ſilere noſtrum ampliùs non patitur noſter amor. Flagitat literas meas obſervantia tui & cultus. Res verò noſtræ quo in ſtatu ſint, ex aliis audieris. Quanquam maximè regnum non turbat, ſenio tamen laborat, cui medendo non ſumus. Jeſuitas ludum hîc aperuiſſe audis, & ut confido, ingemis. Regnant illi, nec mutire audent qui adverſantur. Sorbona tamen & Facultas Artium decretis, quorum exemplaria mitto tibi, libertatem ſuam adhuc teſtatæ ſunt. Bearnenſe negotium nunc fervet; & mittitur brevi, qui Epiſcopos ſecundum Senatus conſultum in poſſeſſionem Eccleſiaſticorum bonorum mittat. Bearnenſes totis viribus refragantur, & prius ruinas & incendia, quàm ſua ſibi ereptum iri paſſuros palam profitentur: & inde fax fortaſsè toti regno. Interim Condæus arctiori cuſtodiâ tenetur quàm olim. Baſtillâ, qui eam Vitrii nomine gubernabat, expulerunt, illaque nunc per ſecundum ex Luinenſibus fratribus adminiſtratur. Inter Luparam & Bleſas nondum ita bellè convenit, ut odia & ſuſpiciones procul habeant. Sabaudiæ res compoſitas & Vercellas ex fœdere redditas dicebant. Redemptores Palatium litigatorum incendio ante menſem ſublatum reſtituere receperunt. Urget Senatus, & rem mali ominis aiunt, ſi negligatur. Sunt tamen qui aliquid ſiniſtri portendere dicant tantum caſum. Certè illum jam olim præviderat Vir N. & Opt. Chalendos nomine in hoc ipſo Senatu Senator, ut quinque infra verſibus ante annos quinquaginta teſtatum reliquit, dictante Angelo, ut ipſe vir probus & prudens apud amicos ſæpiſſimè profeſſus eſt. Equidem illos ipſos verſus ante annos xx. à ſene pio & probo autoris quondam amico habui & aſſervavi. Vide, mirare, & vale. *Lutet. Pariſ.* Idib. April. 1618. S. N.

Feſtinat

Festinat propero cursu jam temporis ordo,
Quo locus & Franci majestas prisca Senatus,
Papa, Sacerdotes, Missæ, simulachra, Diique
Fictitii, atque omnis superos exosa potestas,
Judicio Domini justo sublata peribunt.

CLXXXIII.

D. Gulielmo Camdeno Franc. Sweertius *S. D.*

JAM mensis est ni fallor, quod miserim *Europam redivivam*, item *encomium historicum Henrici* IV. Galliæ Regis, cum carmine Gevartii nostri in ejus statuam, item *Petri Pauli Rubenii judicium super statuâ inventâ* : nunc habes R. P. Schotti epistolam, & *Chronicon Cisterciensis Ordinis*. An videris, nescio; interim boni consules, & Sweertium amare perge, & salutem amicam D. Jacobo Colio : quem fortassis hâc æstate Antuerpia videbit ; utinam Camdenum! Vale. Ex nostro musæolo, citius quàm coquantur asparagi. cIↄ. Iↄc. xviii. xiv Aprilis.

CLXXXIV.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Received some time since from Monsieur *du Puis* a book for you, called *Analecta Hibernica*, which I have kept by me, attending a convenient messenger to send it by. For finding that some book, which I sent to you heretofore, was so strictly over-viewed, I thought fit to send this by this bearer, Mr. *Bargrave*, Chaplain to my Lord Ambassador at *Venice*. The book it self, if I could speak with the Author, and that he would hearken to me, I would wish him to suppress

ſuppreſs it : but I cannot find, that he hath treated this ſubject with ſo ſcandalous terms, as if I ſhould complain of it, I might hope to have redreſs. But, as you may perceive, he taketh advantage of the vehemency of our Statutes in points of Religion, to render our proceedings odious among ſtrangers, but mentioneth not with what remiſſion they are executed. Peradventure if the ſharpneſs of them were mitigated, and the execution quickned, they would be of more uſe at home, and leſs offence abroad.

All the news that we have here, is the preſent expectation had of the accompliſhment of the peace of *Piemont*, and the rendring of *Vercelli*, which by this Eſtate is certainly hoped for, and their deſire of it increaſeth their belief. There was lately a Prieſt apprehended, who frankly confeſſed, that he had *a purpoſe to kill the King*: I think he is crazed in his wits; but it is very ſtrange, that they are fallen to ſuch *impious dogmata* in this kingdom, that no man almoſt inclines to be mad, but preſently he falls into a conceit to kill the King. Thus for this preſent, with my beſt prayers for your health and happineſs, I reſt

From *Paris* this 24 of April S. N. 1618.

Your aſſured friend to command,

Will. Becher

CLXXXV.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monſieur,

JE viens de recevoir tout maintenant votre paquet du deuxieme de ce mois, enſemble l'autographe du fragment de *Guillelmus Pictavinus* bien conditionnè, dont j'ay voulu auſſi tot vous donner avis, de peur que vous n'en ſuſſiez en peine. J'ay pris fort grand plaiſir de le voir, & crois veritablement qu'il ſoit eſcrit du tems meme de l'autheur; car le caractere n'eſt point plus moderne que cela. Eſperant qu'il s'en tirera encore quelque correction á meſure qu'il s'imprimera. On a deja bien avancé le volume *Rerum Normannicarum*, dont

dont je vous envoye le premier cayer, affin que vous voyiez de quelle forme on le fait. On travaille sur le *Dudo*, & crois-je qu'on inserera bien tost l'*Encomium de votre Reine Emma*. Et apres on viendra au *Guillelmus Pictavinus*, à l'*Ordericus*, & autres de suite; & mêmes aux François, dont il y en a de fort curieux tant en vers anciens que en prose: & finalement aux Ecrivains des *gestes des Normands en Italie*, tant Latins que François. Dont on en a plusieurs, qui n'avoient jamais esté imprimés,& notamment le *Romualdus Archiepiscopus Salernitanus*, qui est tout plein de grandes singularitez. J'avois attendu jusques á cette heure l'exemplaire de Monsieur Pithou du *Pictavinus*, mais voyant tant de retardement á le trouver, nous ferons mettre cependant vôtre fragment, & si l'autre vient avant l'Edition achevée, nous le mettrons á la fin.

Je suis bien marry qu'on ne sçache ce que peut estre devenu le vieux livre *de la description du Païs de Caux*. Lorsque mon frere de Vallevez fut en Angleterre, on le luy fist voir par occasion, pour luy montrer quelques armoiries dont il s'estoit rendu curieux de la moison de Malherbe, en faveur du sieur François de Malherbe, celebre en cette Cour icy, à qui il en apporte un memoire; duquel vous aurez la copie cy jointe, à celle fin que Monsieur Segar Roy de la Jarretierre aye plus de moyen de rappeller sa memoire, & se ressouvenir quel livre c'estoit. Car audit memoire il y a de deux sortes d'instructions de lá maison de Malherbe, l'une concernant la genealogie de Geofroy Malherbe d'Angleterre, qu'il dit avoir transcrite d'un livre appartenant à Monsieur Segar: l'autre concernant les Armoiries des Malherbes de Normandie, qu'il dit avoir tiré d'un vieux livre manuscrit en parchemin; sans dire á qui il appartenoit, de sorte que nous estions imaginez, qu'il pouvoit bien appartenir audit sieur Segar. Toutes fois je pense l'avoir veu moy mesme en Angleterre, & suis bien asseuré que ce ne fust pas chez ledit Segar; car je n'eus jamais l'honneur de sa connoissance. Mais je fus mené (si je ne me trompe, par Monsieur Pory ou par Monsieur du Torval) chez un bon homme fort vieil, qui avoit eû autrefois la même charge que Monsieur Segar, ou quelque autre Royauté d'armes: lequel avoit plusieurs livres d'Armoiries & Chevaleries: entre lesquels, je pense que celuy la estoit. Si j'estois en Provence j'en trouverois le nom; car je l'avois marqué lors parmy mes papiers; mais vous ne laisserez pas possible de conjecturer qui c'estoit. Nous avons trois ou quatre exemplaires de la compilation des Armoiries de Normandie,

die, en tous lesquels sont les mêmes blasons d'armoiries des Sieurs Malherbe, qui sont dans ledit manuscrit de Caux ; mais ils ne sont point de si bonne marque comme estoit celuy la : & ne contiennent point tout plein d'autres particularitez bien curieuses qui sont aussi en celuy la. C'est pourquoy nous voudrions bien le voir : si non, il faudra employer les nôtres. Il y avoit encore tout plein de beaux livres à Richmont, qui appartenoient au Roy, entre lesquels il pourroit bien estre aussy.

Au surplus, nous faisons imprimer un grand recueil des *Ceremonies* faites en France aux sacres, entrées, mariages, baptêmes, & enterrements des Rois & Reines ; ensemble de celles des assemblées des Estats & autres grands actes memorables, dont il y aura trois volumes, & un quatriéme volume des ceremonies des Princes estrangers, tant Empereurs que Roys d'Angleterre, d'Espagne, & d'ailleurs. Dont nous avons de tres belles pieces faites de tems en tems par les Roys d'armes, ou par les Secretaires d'Estat, ou autres personnes bien dignes de foy. Voyes si vous voulez, que nous y mettions quelque chose du vostre outre ce qui se trouve d'imprimé : Ou bien si vous n'auriez rien du notre de par deça pour assortir nos suittes. On commence deja l'edition de l'un des volumes ; & c'est Monsieur Godefroy, qui en prend la direction.

Mais nous allons faire mettre sur la presse un autre ouvrage, qui ne sera pas moins curieux. C'est un grand volume *de la forme des Tournoys & grandes Joustes* composé par nôstre bon Roy René de Sicile, qui introduit pour combattans le Duc de Bretaigne & le Duc de Bourbon, avec leurs portraits representez au naturel. Il y aura une trentaine de grandes figures en taille douce qu'un envoye graver, partie en païs bas & partie en Allemagne, á celle fin d'avoir quelque chose de bien fait : & de digne de l'ouvrage d'un Roy. Nos Estats de Provence feront une partie des frais. Et pour grossir un peu le volume, nous y mettrons derriere l'institution de l'ordre des Chevaliers *Du Croissant*, faite par le même Roy René en l'année 1448, le xi Aoust, avec les statuts & Office de l'ordre : & les noms des Chevaliers, avec leurs habits, ornements, seances, armoires, cris, & cimiers ; ensemble le livre *du gaige de bataille du Sieur de la Jaille* desdié à son petit fils. Ce Prince fait mention en son Epistre liminaire d'avoir compilé son livre, sur trois autres livres des Tournoys, practiquez anciennement en France, en Allemagne, & en Païs bas, tous lesquels nous voudrions bien avoir veus. Car nous en avons

celuy de Flandres fait en l'an 1392, entre les Seigneurs de Gruthuse & de Ghistelle, assistez de cinquante Chevaliers chacun, lesquels sont representez à l'antique ; & ont des cimiers merveilleusement rares & extravagants. Nous les fairons inserer au même volume, & y mettrions les autres, si nous les avions, ou quelque autre piece de cette même matiere. Je ne doute point, que vous n'en ayiez en vos quartiers, & si elles sont dans le Bibliotheque du Roy, ou en autre lieu, d'ou il y ait quelque moyen d'en avoir communication, nous leur fairons l'honneur, qui leur appartient, & les empecherons de plus courir fortune de le perdre. L'accident que nous avons veu arriver le mois passé en l'embrasement de nostre Palais, ou toutes les statues des Roys ont esté bruslées & calcinées, & ou tous les titres de la Couronne faillirent à se perdre, nous anime d'avantage a donner au public les pieces rares, de peur que tels evenements n'en privent la posterité. Si vous n'estiez si prompt à obliger vos amis, nous ne tenterions pas si souvent vostre courtoisie ; mais pour le moins vous pouvez vous asseurer, que vous n'obligerez jamais personne, qui vous soit plus acquisé,

Monsieur,

Paris ce 29 Avril. 1618.

Que vôtre tres humble serviteur,

De Peiresc.

On me vient d'apporter un livre tout frais, dont je n'ay encore veu que le titre. Je ne sçay si ce sera chose qui meritast de paroitre devant vous ; mais j'ay mieux aimé l'envoyer que d'en perdre la commodité. Monsieur Gevartius sera bien glorieux d'un grand Eloge d'honneur qu'il vous plait luy bailler ; je le luy fairay voier bien voluntiers ; & vous envoyeray avec un peu plus de loisir mon avis sur les medailles de Constantin. Vous aurez l'avis de Monsieur Aleandro sur votre Isis.

CLXXXVI.

CLXXXVI.

Eruditiſſimo & Cl. V. D. G. Camdeno *M. F.*
Limerius *S.*

TErtius dies agitur, mi ſuaviſſime Camdene, ex quo accepi tuas, in quibus quæ de tuâ valetudine erant, me graviter tetigerunt; ſed ut ſpero jam nunc gallum Æſculapio facis. Nos in privatis noſtris rebus nimium quàm turbidis hoc temporis ſuffuramur, quo de tuis literis amorem erga me ſpirantibus immortales gratias agam, & me pro virili paria facere nunciem. De publicis quid ſcribam non ſuppetunt valdè multa. Scripſi enim ante pauculos dies per D. Wallerum, Thomæ F. (qui Venetiis rediens huc pertranſierat) & quæ tunc in hac ſcenâ agitabantur, ut potui, enarravi. Hæc autem ſuperſunt: Helvetios milites Bleſas miſſos, qui Regis nomine loca illa à factionibus tuta habeant; Florentinum Legatum, res ſuas ſibi habere & diſcedere intra biduum juſſum, paruiſſe; qui Ducis Andium educationi præerat (ei de Breves nomen eſt) ab Aulâ remotum, & Comiti Ludenſi illam curam demandatam. Quod ad Proteſtantes verò, res Bearnenſis jam fervet; ad Regem allegarant, qui vim ſibi afferri, & ſe innoxios & inauditos plecti conquererentur: ſed non ſunt auditi: & jamjam diſcedit Commiſſarius, qui Epiſcopos in poſſeſſionem mittat. At videntur obviam ſuis malis ire velle Bearnenſes; indictus enim eſt quinque Provinciarum Conventus ad Caſtrum-gelidum in Aquitaniâ ſuper tantis rebus conſulturus. Et quanquam maximè infrendant qui ad clavum, juſſerintque, diplomate ad Senatum Burdigalenſem ad id miſſo, in Delegatos tanquam majeſtatis reos inquiri, pergunt tamen, & ni Deus pro ſuâ in hoc Regnum ſolitâ miſericordiâ proſpiciat, ſcintillæ illæ, ut vereor, in magnum exardeſcent incendium. Cæterùm quæ de connubio veſtro Hiſpanico nunciant, mirum quàm arrideant omnibus bonis. Quid enim vobis Chriſtianis cum illâ *Gente fallaci* res eſt? At ſuperſedeo philoſophari. Vos videritis, Deus & Rex M. B. proſpexerint. Vale cum Deo, mi optime & cordatiſſime Camdene, & his pro tuâ prudentiâ utere. Kal. Ma. 1618. S. N. *Lut. Par.*

CLXXXVII.

Thomas Rivius G. Camdeno.

Right worthy Sir,

AS a man that has better occasion to know you than to be known unto you I make bold at this time to trouble you with these few lines, the occasion whereof is this: There is a certain book published of late in *Ireland*, entitled *Analecta*, wherein the Author taketh occasion to allege your learned writings, especially in one place, which is *pag.* 113. where he saith, that you, *delusus spe hujus seculi & mundani honoris lenocinio illectus*, speak many things; and give an ample testimony of their Irish *S. Patric* and his Miracles out of *Henricus Antissiodorensis*. Now it hath pleased the State here to command me to answer it, by reason of many foul imputations which it casteth upon the Government of the *English*, and even toucheth to the title of the Crown it self: but forasmuch as he is very copious in setting forth the dignity of that Saint, and of his Miracles, I have thought good to crave your opinion concerning him and them: for his time falling in or near upon S. *Augustin*'s days, if it be true, that he was a Scholar unto S. *German*, and Successor unto *Palladius*, to my understanding those times would not bear them. We know how sparefully S. *Augustine* speaketh of them in his books *De civitate Dei*, blaming them that looked after them, reckoning them for Monsters, which require Miracles, *which are not for those which believe, but for those which believe not*. Now what prodigious and ridiculous miracles are reported of S. *Patric* by *Joselinus* and others of that age, and lately by one Doctor *Terry* an *Irish* man, no man knoweth better than your self, who pass all men in curious searching out of all antiquities. Moreover I do a little doubt of *Antissiodorensis* his authority concerning S. *Patric*, in that he maketh him Successor unto *Palladius*: my reason is, for that *Platina* reporteth, that Pope *Cælestine* as he sent S. *German* into *England*, so he sent *Palladius* into *Scotland*, and made him Bishop there: neither doth he either in the life of *Cælestine*, or of any other Pope, make mention of S. *Patricius*; whereas you know his manner is to reckon up the names of all the learned men, which

which flourished in their several times: and some particular reasons I have to think, that either S. *Patric* lived not at all in those days, or that it was some other *Patric*, who in latter times gave occasion to those fabulous reports, which are cast abroad in the name of the other. I shall therefore humbly entreat you, Sir, to let me understand your opinion concerning them, and whom you have observed to have been the first author and reporter of them. And now, Sir, craving pardon for this my boldness, and assuring you, that if you should have occasion to use the pains of so mean a man as my self in these parts, where I now reside, you shall find me no less ready to be serviceable, than I am now troublesome unto you; I commit you to God, and rest

Your very loving friend, and by you always to be commanded,

T. Ryves.

CLXXXVIII.

D. Jacobus Usserius G. Camdeno.

My dear and worthy friend,

I Have been earnestly entreated by Doctor *Rives* to send this enclosed letter unto you. He hath had his education in New-College in the University of *Oxford*, where he took his Degree of Doctor in the Civil-Law. He is now one of the Masters of the Chancery with us, and Judge of the Faculties and Prerogative-Court. Two things, he told, he was very desirous to be certified of from you: the one, in what sort you would have him answer that calumniation of our Irish Libeller, where he intimateth, that you dissemble your Religion, and write otherwise than you think; *delusus spe hujus seculi, & mundani honoris lenocinio illectus.* The other, what you think of our great St. *Patrick*, and of his Miracles.

Touching the former, I assured him of my own knowledge, that you were wronged most shamefully: what you did, you did out of judgment,

judgment, and not led by any such base respect, as you were charged withal: and that I knew for certain, that with your heart you embraced the Religion which by Authority is maintained in the Church of *England*. For the latter, I gave him good leave to discredit as much as he list that pack of ridiculous Miracles, which later Writers had fastned upon St. *Patrick*; but wished him in no wise to touch the credit of that worthy man himself, nor to question his succession to *Palladius*, nor to cast him into lower times, contrary to the consent of all Writers that ever make mention of him. And to this end, I shewed unto him what I had gathered together to this purpose in a Treatise which I lately wrote at the request of Doctor *Hampton*, Lord Archbishop of *Armagh*, of the first Planters of the Christian Faith in *Ireland*, and specially of St. *Patrick* and his Successors in the See of *Armagh*: but one word from you will satisfie him more than an hundred from me; and therefore let me entreat you, that you would here *erranti comiter monstrare viam.* You easily may see what little credit the testimony (or the silence rather) of so late an Author as *Platina* is, may carry to bear down the constant agreement of all our own Writers. The objection would be far more specious, if it were drawn from the silence of Venerable *Bede*, who making express mention, both in his History and his Chronicle, of *Palladius*, speaketh nothing at all of *Patricius*. Yet have I seen in Sir *Robert Cotton*'s Library an ancient fragment, written before the time of *Bede*, wherein S. *Patrick* is not only mentioned, but also made to be as ancient in time as hitherto we have still believed him to have been. It was found among M. *Josceline*'s papers, and is now bound up in blue leather, with other Antiquities. If you can come by the book, and will be pleased to transcribe that place of it, where the tradition of the Liturgy from man to man is described, (for there this mention of S. *Patrick* is to be found) either that or nothing will give full satisfaction to our Doctor.

The Company of Stationers in *London* are now erecting a Factory for Books, and a Press among us here: M. *Felix Kingston* and some others are sent over for that purpose. They begin with the printing of the Statutes of the Realm; afterwards they purpose to fall in hand with my collections *de Christianarum Ecclesiarum successione & statu.* I do intreat you of all love to look over the first edition; and what you find I have mistaken, or what you think may be further added out of the Antiquities which you have met withal, signifie unto

unto me. I wrote unto you to this purpoſe about four years ſince, by a kinſman of mine, M. *John Brereton:* at which time alſo I deſired to underſtand from you, whether it were poſſible to get the copy of the *Epiſtles to the Monks of Glaſtenbury*, attributed to S. *Patrick*, which I remember you told me you had ſometimes ſeen. But ſince that time I have heard nothing from you. If you will be pleaſed at this time to write unto me, or to Dr. *Rives*, who earneſtly expecteth your anſwer; you may leave your letters at my Lord *Knevett's* houſe in *Weſtminſter*, there to be delivered unto Sir *Henry Docwra*, our Treaſurer at War, who will take order, that they ſhall be ſafely conveyed unto me. And thus craving pardon for my boldneſs in troubling you thus far, I take my leave for this time, reſting always

Dublin June 8. 1618.

Your moſt loving and firm friend,

James Uſsher.

CLXXXIX.

Joannes Buddenus G. Camdeno.

ORnatiſſime Camdene, ſalve. Sine quæſo, ut exorem abs te hoc unicum beneficium, ut conſultis ſacri Ærarii monumentis reſpondeas mihi per literas, quinam illi fuerint, qui in Juriſprudentiâ Medicinâque hic Regio ſalario primi ſunt Profeſſores inſtituti: nam Cantabrigiæ Wigginus Theologiæ, Smithus Juriſprudentiæ, Blitus Medicinæ, Wakefeldius Hebraicæ, Checus linguæ Græcæ cathedras occuparunt. Audivi ſæpenumero Gulielmum Petreum, qui ab epiſtolis fuit, & à ſanctioribus conſiliis tribus Regibus, profeſſorio hoc munere, in jure Civili docendo, functum eſſe. Præmunire tibi poteſt in hoc negotio viam Alexander Gloverus, quem ubi meis verbis ſalutaveris, promptè tibi nullum officium denegabit. Habitat in areâ illâ amplâ Palatii Weſtmonaſterienſis, & non ſemel promiſit mihi id ſpontè ſe effecturum, ſed per occupationes hactenus non ſatisfecit voto: puto id illi accidere quod vulgo ſolet, bonum nomen, niſi ſubindè interpelles, fit malum. Dum hæc ſcribo, ſalutat te amantiſſimè

par

par amicorum tuorum nobile, D. Doctor. Langton, Præses Collegii Magdal. & pervetus ille amicus tuus & familiaris, Tho. Allenus. Caput voti mei est, ut diu quàm felicissimè valeas.

Ex hospitio novo
17 Junii 1618.
Oxonii.

Tuissimus,

Jo. Budden.

CXC.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Pray excuse me, that I have been so long in making answer to yours of the 2d of *April*, which was somewhat long ere it came to my hands. I am sorry, that there is not oftener occasion for you to use my service. It falleth out, as I think I have written to you heretofore, that most of those who hold correspondence with you, are of my particular acquaintance, and I would be glad to be the conveyer of your letters. I send you here inclosed some new Discourses, among the rest I was intreated by the Author to send that little one *de Regionibus Suburbicariis*, and therefore I pray deliver me your opinion upon it.

I have lighted into a time of very great quiet in this Kingdom, and such as for any thing I can see, is likely to last: those that govern having their chief bent unto it. The late news of the rendring of *Vercelli* hath put us out of fear of having of our repose interrupted: the Queen eclipsed, the Prince imprisoned, and all our Great Ones dispersed by affected pretences; only those of the Religion do now and then alarm us by the apprehensions, which they take and give; and there are at this time many complaints in question on their part, and some on the King's. The Duke of *Guise* is yesterday departed from this Court towards *Provence*, and from thence he is shortly to go to Sea against the Pirates. The Duke of *Longueville* hath entangled himself in an inexplicable dispute with the Canton of *Bearne*, about a question concerning the County of *Neuf-Chastel*, wherein they contest with him about certain points of the Sovereignty.

ty. The Duke of *Nevers* hath been long hatching of ſome magnificent enterpriſe againſt the *Turk*, or ſome other remote Monarchy; for the execution whereof, their intention is to inſtitute a *new Chevalerie*, and to ſtrengthen it by an invitation from the Pope in nature of a Croiſade. But it hath long been hindred in the birth, ſo as the form of it is not yet to be diſtinguiſhed, and is likely, as moſt commonly ſuch deſigns do, to vaniſh in the end into ſmoke. Thus I beſeech the Almighty to have you in his holy keeping From *Paris* this 13th of June S. V.

Your aſſured friend to command,

Will. Becher.

CXCI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monſieur,

IL y a quatre ou cinque jours, que j'ay receu voſtre paquet du 18 du mois paſſé, ou j'ay trouvé la copie *de la deſcription du Païs de Caux*, dont je me ſens fort voſtre obligé; car c'eſt une tres belle piece pour ce tems la. N'eſtant marry que de la peine & deſpence, que vous y avez contribué, qui ne peut eſtre que grande, veu le grand nombre, qu'il y a de ces Armoiries principales avec leurs alliances, par le moyen deſquelles j'eſpere, que nous trouverons le tems, que c'eſt oeuvre fuſt composé. C'eſt grand dommage, que l'original n'ait eſté un peu mieux achevé. Mais tel qu'il eſt, ce ſera toujours un grand ornement à noſtre compilation, ou nous le ferons mettre avec les mêmes armoiries, que nous taſcherons de faire ſuppléer & deſchiffrer le mieux que nous pourrons. Au ſurplus il faut bien, qu'au même volume il y euſt des autres remarques concernants la Nobleſſe de Normandie, puis que par l'extrait, que je vous ay envoyé, il eſt fait mention des familles de Malherbe & de leurs armes, ce qui n'eſt point dans l'oeuvre que vous m'avez envoyé en dernier lieu du païs de Caux; c'eſtoit quelque autre petit ouvrage inſeré dans le même volume, dont je vous ſupplie de me vouloir éclaircir. Mais parce que ces extraits ne ſe peuvent pas faire avec

tant d'enlumineures sans grande despence, je vous supplie de me faire sçavoir ce que vous y avez desboursé, pour vous en rembourser s'il vous plait, vous demeurant assez obligé de la faveur & de la communication, que j'en ay par vostre moyen, sans vous apporter tant de despence. Monsieur de Malherbe, pour qui vous prinstes la peine de me donner quelque instruction de ceux de sa famille, qui autrefois avoient habits en Angleterre, desire infiniment de sçavoir, d'ou vous les avez prises, & m'en a baillé un memoire, qui sera cy joint. Si vous daignez l'en obliger, vous obligerez un personnage de tres grand merite en cette cour; & j'auray une grande part a son obligation. Vous verrez, qu'il voudroit bien voir le rolle de ceux, qui suivirent Guillaume, pour sçavoir s'il n'y avoit aucun Malherbe. Il est fait mention d'un Manuscrit de Cambrige au College S. Benoit, ou ils sont enrollez. Je vous supplie de le faire voir, ensemble les autres, que j'ay marquez en un papier a part, à celle fin que si vous les trouvez propres pour estre inserez dans nostre compilation, & s'il y a moyen de les voir, que nous les fassions imprimer; auquel cas il faut se haster un petit, autrement ils ne pourrant pas estre inserez en leur rang & ordre; car on est deja parvenu jusques à vostre *Guillelmus Pictavinus*, qui est maintenant sous la presse: & s'ils viennent plus tard, on sera contraint de les mettre à la fin de l'ouvrage hors de leur rang. Quant aux Ceremonies Royales, je voudrois bien sçavoir le nom & la qualité de celuy qui y travaille de par dela; & s'il se pouvoit avoir rolle des pieces, qu'il veut publier, possible luy en pourrons nous bailler quelqu'une qui luy manque; & toujours tascherons nous de ne point faire icy celles qu'on luy devroit bailler la, autrement on baillera icy tout ce qu'on aura. Mais pour les Tournois en particulier, nous voudrions bien sçavoir, si Monsieur Cotton n'a rien de bien remarquable, parce que nous imprimons en grandes taille douce les grands formulaires des anciens Tournoys, composé par nostre Roy René de Sicile, & y ajoûtons plusieurs belles relations des Tournoys faits en France, en Flandres, & ailleurs: ensemble les plus celebres duels qui se sont peu trouver. C'est pourquoy, si vous y pouvez ayder de quelque piece curieuse, vous enrichirez à vostre accoustumée tous nos ouvrages, de ce qu'il y a de plus rare & de plus curieux. Ce sera un grand livre in folio, fort recherché de la Noblesse à mon avis. On m'a dit, que vous reimprimez vostre grande *Britannia*; je seray bien aise de le sçavoir & si vous y estes bien avancé, & si les monnoyes Saxonnes de Monsieur Cotton

n'y

n'y seront pas inserées ; & quand c'est que nous pourrons esperer de les voir. J'ay eu un grand desplaisir d'entendre le mauvais succez de la navigation de my Lord Rallé, parce que c'est un personnage, dont la valeur & le merite sont en grande recommandation. S'il se fait aucune relation de son voyage, je seray bien aise de la voir, sur quoy je finiray demeurant,

Monsieur,

Paris ce 17 Juin 1618.

Vòtre tres humble & tres obligé serviteur,

De Peiresc.

Je vous supplie de saluer Monsieur Cotton de ma part, & de l'asseurer de mon tres humble service ; nous luy renvoyerons au premier jour tous les beaux livres, qu'il nous a prestés.

CXCII.

P. Puteanus *Cl. V.* Guil. Camdeno *S. D.*

NON tanti erant variantes lectiones *Antonini*, ut iterum gratias pro illis ageres ; majora à me expectare debes, & præstare possum, qui amplissimâ illustris Thuani Bibliothecâ utor, optimis & antiquis libris refertâ. Scripsit Bertius Batavus habere se sub prelo *Ptolemæi Geographica, tabulam Peutingeri,* & *Itinerarium Antonini* cum observationibus suis: multum potest in talibus, ut ex conatibus suis conjicere possum. Est sanè vir doctus, & apprimè diligens. Scio Bergerium Remensem propè absolvisse commentarium suum in *Antonini Itinerarium* summo cum labore ; linguâ tamen Gallicâ, quod miror ; scribit patriæ, ut ait, non aliis: sed opus suum, ut audio, omnium hominum est. Propediem illi scribam, ut de re totâ certior sim. Est hic nobilis disputatio inter doctos de *Suburbicariis Regionibus*, quæ diu plures torsit ; libri sunt sub prelo. Mittam, si ad gustum. Illustrem V. R. Cottonum meo nomine salutes velim. Nomina Regum compilationis legum Saxonicarum hæc sunt, decreta Cnuti Regis, emendationes legis, quas Willelmus fecit in Angliâ,

 leges

leges Edwardi, quas Willelmus postea confirmavit in Angliâ. Nescio quomodo Junius noster leges illas ab Archidiacono fuisse collectas adnotaverit, cum ne verbum quidem appareat. Thuani auctarium videbis, εἴ ποτε τ' ἀληθὲς πηρὸν οὐκ εἴη. Interim vale, & me tui amantissimum redama. *Lut. Par.* Kl Julii, anno Ch. cIↄ. Iↄc. xviii.

Qui tibi has tradet est D. Noëus, vir optimus, & mihi amicissimus : is Angliam visere cogitavit, ut curiositati suæ, quæ sanè maxima est, satisfaciat, ut denique tibi & cæteris magnis viris innotescat. Oro te, Vir Cl. ut sentiat me à te amari. Ita pristina tua erga me studia, magna quidem, majore cumulo adauxeris. Iterum vale.

CXCIII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

APres avoir escrit & envoyé mes lettres à Monsieur des Noeuds, je me suis apperceu, que mon homme en faisant vostre paquet avoit oublié d'y mettre la premiere fueille de l'edition des deux pieces Normandes, que nous avons eu de vous. Et me suis ressouvenu, que j'avois oublié de vous dire, qu'on nous a fait grande envie de voir ce qui restoit de vos anciennes loix Normandes & Saxonnes, & particulierement de celles, qui sont imprimées in 4°. moitié Latin, moitié Anglois, en un livre de vieille edition intitulé *Archæonomia.* Si c'est chose qui se puisse recouvrer, vous nous obligerez fort de nous en faire part : & si c'est chose si rare, nous les vous renvoyerons soigneusement comme les Manuscrits. J'ay honte de vous donner tant d'importunité, je vous supplie de m'en excuser, & me croire,

De Paris ce 5 Juillet 1618.

Monsieur,

Vostre tres humble serviteur,

De Peiresc.

CXCIV.

G. Camdenus Thomæ Rivio.

Worthy Master Doctor,

WHereas upon a passage in the *Analecta*, pag. 113. I am alleged by the Author, as speaking many things, and giving an ample testimony of St. *Patric* and his Miracles out of *Henricus Antissiodorensis*, and you are commanded by the State there to answer it, you crave my opinion concerning Him and Them. This is your request summarily, and in your own words.

The things, which I allege out of *Henricus*, are not many, and his testimony not so ample as your letter to me. Let him and his antiquity answer for himself, and weigh, as it may: you know, *quo quis tempori, de quo scribit, propior, eo fide potior.*

Concerning him, I see no cause as yet, why I should recall that which I have written of the Conversion of the Irish out of *Prosper Aquitanus* and *Ninnius*, who lived in the year 830. or why I should not rely rather upon *Probus* nearer to those times, and *Sigebertus Gemblacensis*, than upon *Platina*'s silence, who lived so lately: when in *re historicâ plus uni affirmanti credendum quàm pluribus reticentibus*: and cannot but think, that he lived so near the time of S. *Augustine* and S. *Hierome*, as they have testified, and therefore wish a reverend opinion to be held of him.

Sigeb. floruit 1130.

S. Hieron. obiit 420.

S. August. obiit 430.

S. Patricius venit in Hibern. 431.

As for his Miracles, I verily think that fabulous Writers in succeeding ages amplified them, and forged others; yea, and might in that ignorant and credulous age affix upon him those of *Patric* of *Bulgaria*, and therefore think of them as of Poets, *queis sit nulla fides, augentibus omnia musis:* judging those which they call *pia mendacia*, to be *impietatis plenissima*, as those of detractors, and both to proceed from the Father of lies. Whether that age could bear Miracles, and whether they were for them that believe or believe not, is neither for a Civilian nor an Herald to determine. I wish you therefore to consider deliberately with M. Doctor *Usher* and other learned Divines, these passages of S. *Hierome*, *Signa fiunt per electos Dei apud barbaras nationes, ut unius Dei cultus ac vera religio prædicetur*; and against

Vigilantius,

Vigilantius, *Esto, signa sint infidelium, qui, quoniam sermoni & doctrinæ credere noluerunt, signis adducantur ad fidem*; and to look alſo into *Epiphanius Hæreſi* 77. whether *Arius* and *Vigilantius* were not condemned of Hereſie for denying Miracles in their times: likewiſe where S. *Auguſtine* lib. 22. *de civitate Dei* writeth, *Quiſquis adhuc prodigia quærit, magnum eſt ipſe prodigium*, how he is to be underſtood, when in the ſame chapter he acknowledgeth, *etiam tunc fieri miracula, etſi non tantâ claritate illuſtrantur*, and doth particulate divers. Theſe I refer to your conſideration, and that of learned Divines; I being now baniſhed from my books by reaſon of infirmities accompanying old age, and never but *obitèr* looked into theſe matters.

As for the aſperſion by your *Analectiſt*, it is common to me with the moſt reverend and learned Prelates of our Church, from Papiſts and others: and as they, even ſo I, *rectæ conſcientiæ clypeo tutus*, ſmile at it, as having received exceſs of injuries, traduced as an Heretick by *Parſons*, *Poſſevinus*, the *Index Expurgatorius* of *Spain*, and divers others: but *tranſeant*. This kind of Devil is not caſt out but with contempt. My life and my writings ſhall apologize for me. And ſo wiſhing you happy ſucceſs in your charge impoſed, I reſt

Cheſilburſt July 3. 1618. *Yours in what I may,*

W. Camden.

CXCV.

G. Camdenus D. Jacobo Uſſerio.

My moſt eſteemed good Mr. Doctor,

YOur loving letter of the 8th of *June* I received the 4th of *July*, being retired into the Countrey for the recovery of my tender health, where *portum anhelans beatitudinis*, I purpoſed to ſequeſter my ſelf from worldly buſineſs and cogitations; yet being ſomewhat recovered, I could not but anſwer your love, and Mr. Dr. *Rive*'s letter for your ſake, with the few lines herein encloſed, which I ſubmit to your cenſure.

I thank

I thank God, my life hath been ſuch among men, as I am neither aſhamed to live, nor fear to die, being ſecure in Chriſt my Saviour, in whoſe true Religion I was born and bred in the time of King *Edward* VI. and have continued firm therein. And to make you my Confeſſor, *ſub ſigillo confeſſionis*, I took my Oath thereunto at my matriculation in the Univerſity of *Oxon*, (when Popery was predominant) and for defending the Religion eſtabliſhed, I loſt a Fellowſhip in *All-ſouls*, as Sir *Daniel Dun* could teſtifie, and often would relate, how I was there oppoſed by the Popiſh Faction. At my coming to *Weſtminſter* I took the like Oath, where (*abſit jactantia*) God ſo bleſſed my labours, that the now Biſhops of *London*, *Durham*, and S. *Aſaph*, to ſay nothing of perſons employed now in eminent place abroad, and many of eſpecial note at home of all degrees, do acknowledge themſelves to have been my Scholars; yea, I brought there to Church divers Gentlemen of *Ireland*, as *Walſhes*, *Nugents*, *O-Raily*, *Shees*, the eldeſt Son of the Arcbiſhop of *Caſſiles*, *Peter Lombard*, a Merchant's Son of *Waterford*, a youth of admirable docility, and others bred Popiſhly, and ſo affected.

I know not who may juſtly ſay, that I was ambitious, who contented my ſelf in *Weſtminſter*-School, when I writ my *Britannia*, and XI years afterwards; who refuſed a Maſterſhip of Requeſts offered, and then had the place of a King of Arms, without any ſuit, caſt upon me. I did never ſet ſail after preſent preferments, or deſired to ſoar higher by others. I never made ſuit to any man, no not to his Majeſty, but for a matter of courſe incident to my place; neither, God be praiſed, I needed, having gathered a contented ſufficiency by my long labours in the School. Why the *Analectiſt* ſhould ſo cenſure me, I know not, but that men of all humours repair unto me in reſpect of my place; and reſt content to be belied by him, who is not aſhamed to bely the Lords Deputies of *Ireland*, and others of honourable rank. *Sed hæc Tibi uni & ſoli.*

That I might give you better ſatisfaction, I have ſent my ſervant with directions to my ſtudy at *Weſtminſter*, who found this, which I have herein encloſed; which if they may ſtead you, I ſhall be right glad. As my health will permit, I will look over your learned Treatiſe *de Chriſtianarum Eccleſiarum Succeſſione:* but ſuch hath been your happy induſtry therein, that I have little hope to add any thing, and leſs to obſerve any miſtaking. Thus with

my

my ſalutations to your good ſelf, and my reſpectful love remembred to Sir *Arthur Savage*, I reſt

Cheſilhurſt 10 July 1618.

Your true and devoted friend,

William Camden.

CXCVI.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

THE only unwelcom part of your letter is, that it beareth teſtimony of your indiſpoſition, which it ſeemeth continueth ſtill: but I truſt the freer air of the Countrey, where yours is dated, will deliver you from that. I am exceeding beholden to you for the good hope which you bid me take; for I do much more believe your judgment than mine own, tho therein you are not alſo without intereſt, by reaſon of the many ties which you have upon me: nor is there any quality, wherein I do more willingly glory, than to have been your Diſciple, which doth ſerve me for a commendation to many perſons of worth.

Your noble friend M. *de Boiſſiſe* is within theſe eight days gone into *Holland*, M. *du Puis* with him. The chief ſcope of his going is to countenance the Arminian party by this King's name, if it be able with that help to ſubſiſt. We have here every day ſome new priſoners taken upon jealouſie of the Queen-mother: and now we hear, that there is Commiſſion gone to take ſome Woman of her Chamber. The affairs of *Bearne* do ſtill portend trouble; the Parliament of that Province hath of late oppoſed the execution of the Arreſt of this Privy-Council, which doth greatly animate them there, and deſpight thoſe here: yet from hence they do hitherto proceed but by the ordinary forms, which are long remedies; and it is therefore hoped that they will embrace ſome occaſion to accommodate the matter. There is nothing here at this preſent ſo much ſpoken of, as the commandment given to Dr. *Mayerne* to retire hence, upon pretence

pretence, that he should hold intelligence with some of the Religion to the prejudice of this King's service.

And that which is more strange is, that altho it be but four days since the commandment was given, yet I am certainly informed, that they do already repent what they have done; this State is subject at this time to such sudden *paroxysms*. How much more happy are we in *England!* which I pray God to continue, and to confirm you in your health: and so I humbly take leave. From *Paris* this 21 July, S. V.

Your most affectionate friend
and servant,

VVill. Becher.

CXCVII.

And. Schottus G. Camdeno χαίρειν.

IMmortales debeo vobis gratias, doctissime Camdene, quod me nec opinantem cohonestaris librorum munere, etiam in membranis veterum. Quid verò reponam, non habeo, nisi tu exigas, ne ingratus omninò moriar. Postula itaque per Swertium nostrum pro tuo jure: equidem connitar, ut tuæ erga me beneficentiæ aliquâ ex parte faciam satis.

Quando tuos apud illum magnæ Britanniæ Annales vidimus longè auctiores, venit in mentem rogare te, qui omnes familias ad unguem tenes, ut *Schottorum* cognomen hîc, si tantum est ab re tuâ otii, nobis ostendas, ac veluti peregrinantes nos demum deducas. Potes enim ex Archivis nullo negotio. Ecquis enim aut melius aut libentius? nemo herclè, nemo. Rogo itaque victus Gentilium nostrorum agnatorumque cum precibus tum molestis interpellationibus, ut quantum hic à tergo apposui, tantundem vel plura melioraque reponas. Alioqui me senem delirare quis compellat, nisi importunæ aliorum preces? erit hoc per mihi gratum officium tuum, agnoscamque ingenuè, per quem profecerim. Ricardo Montacutio bis jam scripsi, responsumque exspecto indies σὺν θεῷ, qui te salvum

incolumemque diu servet nobis ac Reip. literariæ. Vale, & nos amare ne desine. *Antuerpiæ* pridie S. Laurentii Mart. ciↄ. iↄc. xiix.

In nomine Domini.

EST Antuerpiæ in Belgio illustris & clara familia Schottorum cognomento, opibus etiam florens & honoribus: quorum majores credunt è Scotiâ prognatos, indeque cognomentum induisse: sed tempus originis, quod quærunt, nondum repererunt, nisi quod pro insignibus rosis utuntur rubeis in campo inaurato. Quæ etiam insignia fuisse secundi fratris Ducis Duglasti ferunt, qui rosas maternum insigne tulit.

Nec ignorant Placentiæ in Italiâ claros & illustres viros militares è Scotiâ substitisse, Gibellinorum & Guelphiorum tempestatibus, ejusque urbis dominatum tenuisse, qui Scotti cognomento clari à stirpe jam indè à Caroli magni temporibus: & quidam doctrinâ juris illustres, ut Federicus Scottus Jureconsultus, Andreæ Alciati Mediolan. summi Juris Professoris auditor: qui & consilia, Jureconsultorum more, Venetiis evulgavit tomis duobus, in quibus & de genere Scottorum familiâque Placentiæ perillustri agit copiosè ac disertè.

Genuæ quoque apud Ligures clari Scotti sunt, sunt & Mediolani. Item Argentorati seu Argentinæ clari hodieque Schotti cognomento, ut Joannes Senator ibi & Typographus, ejusque olim filius Petrus Schottus, Juris utriusque Doctor & Canonicus, editis epistolis suis ac poematiis.

Lugduni hodieque in Galliâ clarus eruditione literarum Alexander Schott, Scotus etiam patriâ & cognomine; Venetiis quoque Schottus Typographus Hieronymus multa typis evulgavit olim, Philosophica & sacra.

Optant itaque & rogant Antuerpienses Schotti de suâ stirpe informari, si fieri potest, in Britanniâ majore & Scotiâ, & in consortium assumi. Item si aliqua de origine, stirpe, & genealogiâ possint haberi in Angliâ, cum illis communicari rogant humanitèr, & in societatem etiam apud exteros capi, cum de insignibus, tum de honoribus participando, sine damno cujusquam. Offerunt vicissim

societatem

societatem benevolentiæ atque amoris mutui & hospitalem tesseram sine cujusquam molestiâ, ac jus deferunt, &c.

Petrus & Cornelius Schotti fratres Antuerpiæ 1618.

Franc. J. C. Senator Antuerp. & Andreas Schotti fratres.

De stirpe Schottorum in Angliâ & Scotiâ per G.Camdenum. *Clypei gentilitii familiarum insigniorum, qui cognomine* Scott *in Scotiâ & Angliâ inclaruerunt.*

SCott de Bucclugh in limitibus mediis Angliæ & Scotiæ, familia bellicosa, è quâ Jacobus VI. Rex Scotorum creavit J. Baronem Parlamentarium regni Scotiæ.

Scott de Scotts-hall in Cantio, è quibus Marescalli & Capitanei Calisii in Picardiâ effloruerunt.

Johannes Scottus Prætor sive Major Civitatis London. 1458.

Thomas Scottus Cancellarius Angliæ 1474. & Archiepiscopus Eboracensis nomen mutavit, & à loco natali in comitatu Eboracensi se Rotheram appellavit: ubi nomini *Jesu* Collegium fundavit. Obiit 1500.

Scott de Leysom in comit. Suffolciæ, & de Stapleford de Essexiâ, è quâ familia J. Sacerdos supplicio affectus, regnante Jacobo, quod fidelitatis juramentum recusavit.

Scott de Camerwell in comitatu Surriæ, ex quibus Joannes Baro fuit Fiscalis, & obiit 1532.

Scott de Congerhust in comitatu Cantii.

Scott de cujus sede non constat.

Scott de Halden in comitatu Cantii.

2 Decemb. 1618.

CXCVIII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

J'Ay esté quelque jours aux champs, pendant lesquels votre paquet du 4. Juillet fut rendu à Monsieur Cramoisy, de qui je l'ay recouvré à mon retour; & ay receu tost aprés le dernier du 28. du même mois, avec les vieils registres en parchemin *de la description du pais de Caux*, fort bien conditionné. Lequel je vous renvoyeray fidelement, s'il plait à Dieu dans le tems de la St. Michel, qu'il vous plait me prescrire, & tascheray de me comporter avec vous en sorte, que vous n'ayez jamais de reproche à mon occasion. J'ay pris un grand plaisir de le voir, & principalement pour le mention, que vous avez remarquée de Charles d' Anjou, aprés le Duc d'Anjou, qui me fait juger du tems à peu prés que peut avoir esté faite cette compilation, outre la forme du caractere, qui s'y accorde aussy, c'est à sçavoir environ l'an 1440. que vivoit Charles d'Anjou, Comte du Mayne, frere puisné de René, Duc d'Anjou, Roy de Sicile: ensemble Philippe le Bon, Duc de Bourgogne, & Charles Comte de Charolois son fils. Nous avons trouvè en cette ville deux pieces de Tapisserie de laine & de soye d'or & d'argent, où est representée la reception faite à Nancy en l'an 1444. des Embassadeurs d'Angleterre, qui vinrent querir Marguerite fille de nôtre René d'Anjou, Roy de Sicile, Comte de Provence, en presence du Roy Charles VII. du Dauphin, de Charles d'Anjou, & autres grands Seigneurs, qui y sont tous representez au naturel, avec les habillements de ce tems la, ayants la plus part leurs noms escrits en lettre de fil d'or, les Anglois qui semblent estré conduits par ledit Charles d'Anjou, sont qualifiez [le Conte de Blavot, le Conte de Suffort, Messire Robert de Roz le Chancelier d'Angleterre] l'espousée, qui est aupres des Reines de France & de Sicile, n'a point d'autre nom que LA PLUS DU MONDE. Je les fairay portraire, & vous en envoyeray le dessein. Monstrelet & les vigiles de Charles VII. en font mention; si vous en sçavez d'avantage, vous nous fairez plaisir de nous en faire part. Je ne sçay, si le Registre des Heraulx ne pourroit

pourroit point lors avoir esté emporté en Angleterre, & transcrit sur quelque autre qui fust de pardeca : car la cour du Roy René estoit toute pleine de ces curiositez de Chevaleries & Armoiries. C'est grand dommage que les armoiries n'ayent esté peintes par tout le livre, en même tems qu'il fust escrit. Nous en avons rencontré un Exemplaire de celles de Normandie seulement, ou tous les écussons se trouvent representez à la plume sans couleur, & entre autres celles de Malherbe, avec les mémes mots, qui sont en vostre registre. Nous avions fait estat de le joindre a la fin de nôtre edition, mais nous le confererons avec le vôtre en cet endroit la de la Noblesse de Normandie, avant que le faire imprimer.

J'ay receu avec ce registre un Exemplaire de vos seaux & monnoyes d'Angleterre, que vous envoyez à Monsieur du Puy, lequel est allé en Hollande depuis un mois, en compagnie de Monsieur de Boissise; mais je le rendray en cette ville à Monsieur son frere, ayant pris cependant un grand plaisir d'y jetter les yeux: tandis que nous attendons l'exemplaire que vous me promettez pour moy, estant tres marry que le libraire en ait si peu tiré. Car je m'attendois bien d'en pouvoir faire part à quelqu'un de mes amis, si j'en eusse eu plus d'un. Nous attendons vostre grande Histoire Britannique : · · · · · m'asseure que nous les trouverons. Il semble que vous dites que vous m'envoyez par même moyen *l'Archaionomia*; Mais je ne l'ay pas trouvée dans le paquet, il faut que vôtre homme l'ait laissée sur votre table par mégarde. Nous ne faillirons point de mettre en nôtre edition de *l'histoire de Normandie* les rolles, que vous nous avez envoyez des Normands, qui furent en Angleterre tant auparavant la Conquete, que avec le Conquerant, dont nous vous avons de l'obligation, & voudrions bien sçavoir de quel Manuscrit sont tirez les noms de ceux, quy y fleurirent devant la conquete. En second lieu si l'histoire *de Jornal de Jean Brampton* est escrite en Latin, ou en Norman, ou en Anglois, & si elle est imprimée ou non. Et finallement qui est ce Guillaume Tailleur, qui a fait le rolle de la Noblesse Normande, inseré devant celuy de l'Abbaye de Bello. Et s'il s'y peut ajoûter foy, & si ce que vous nous en avez envoyé est complet, ou non. Par ce que les noms propres des Seigneurs, qui y sont desnommes, le rendent bien recommandable. Ce n'est que la page du livre cottée par le nombre 139. Et commence par [le Sire de Tony] finissant par [Almary de Touaers.]

Monsieur

Monsieur de Malherbe vous remercie infiniment du soin, que vous avez eu de ce qu'il desiroit, & je vous en demeure particulierement obligé, par ce qu'il est fort de mes amis.

L' Epistre de l'Archeveque de Lyon sera inserée en nôtre compilation: ensemble ce petit passage, que vous avez extrait de la fin du supplement de Robertus Montensis. Mais on voudroit bien sçavoir le catalogue, qu'y y est mentionné des Abbayes de Normandie. Voire si on trouvoit un bon Manuscrit dudit Robertus Montensis, on seroit bien aise de l'imprimer de par deca, parceque celuy qui se trouve est fort mal correct.

Nous tascherons de faire refaire la fueille ou est mentionné Monsieur Cotton, pour y ajoûter le mot Anglus, qui s'est oublié par inadvertance, en suivant les mots propres de vos oeuvres: mais en toute façon en faisant l'indice des pieces contenues en cette compilation apres la preface on le reïterera. Et mêmes desireroit on d'y ajouter un eloge en sa recommandation, pour lequel je vous avois prié de nous envoyer un peu d'instruction tant de ses qualitez que des affaires, ou il peut avoir esté employé pour le public, affin d'en faire la plus honnorable mention que nous pourrons. Vous l'avez oublié, mais je vous supplie de ne l'oublier plus. Entre les livres, que Monsieur du Chesne a recouvrez pour la compilation Normande, il y a un vieil autheur des gestes d'Estienne Roy d'Angleterre, qui contient de tres belles choses. Mais il voudroit bien sçavoir le nom de cet Autheurs, & s'il est complet ou non en la forme qu'il la. Il vous en envoye un peu de relation, sur laquelle vous jugeres facilement, si c'est chose que vous ayez déja veu. Il desire bien aussi que vous n'oubliez pas de continuer la recherche de ce livre de Cambrige; & que vous preniez la peine de le resoudre des doutes cottez en une fueille cy jointe concernant un CAULTHIER D'EVREUX, ou pour mieux dire DEDREUX. Je vous envoye une piece de Chiffletius, qui ne vous sera pas desagreable. Ensemble une de *Suburbicariis Regionibus*, & une des contentions de Bearn, & possible y aurez vous *les rivieres de Papyr Massonus*, si elles sont du tout achevées. Bien marry de me revancher si mal de vos honnetetez: sur quoy je demeureray,

Monsieur,

Vôtre tres humble Serviteur,

De Peiresc.

Paris. 21 Aoust. 1618.

J'oubliois

J'oubliois de vous dire, que je baillay autrefois à Monsieur Cotton l'empreinte d'un seau du Roy Offa ; j'avois tirée de St. Denys, ou estoit son visage bien representé ; le seau estoit grand comme un Jacobus d'or environ, la visage estoit sans barbe, & ressembloit aucunement a l'Empereur Trajan. Je ne sçay pas, comment il l'a oublié.

Le grand Conseil travaille au procez de Barbin, qui fust mis sur le bureau depuis hier au matin, nous ne sçavons encore quelle en sera l'issue, je vous en donneray avis en son tems.

CXCIX.

Cl. V. D. Guilielmo Camdeno Franc. Sweertius *S. D.*

POST suavissimum vitæ meæ solatium ademptum, langueo, mi Camdene. Magnus hic dolor est, quia à magno vulnere: sed solatium à necessitate, non à verbis sumendum est. Illam cogito, & simul hanc omnium conditionem esse, mori. Interim homines sumus. Jam sum accinctus itineri Parisiensi, brevi reversurus ; sit mihi Deus duxque comesque viæ. Gratias immortales agimus pro libris MSS. & genealogiâ Ducum Brabantiæ, quam nondum licuit perlustrare. Commendavit inclusas bonus ille Scottus, qui nocte dieque in libris. Spero, modò Deus vitam concedat, quod me mense Julio anni cIↃ IↃc xix. Londini videbis. Salutem Jacobo Colio. Vale, & nos ama. *Antuerpiæ* cIↃ IↃcxviii. primâ Septembr.

CC. D. Gul.

CC.

D. Gul. Becherus G. Camdeno.

SIR,

I Have lately received yours of the 20th of *August*, for which I acknowledge my ſelf infinitely beholden to you.

I thank you heartily for the good deſcription, which you made unto me of the *French* Agent: but to have made it more perfect, I would you had had the occaſion to have dined or ſupped with him. I ſhould much wonder at Sir *Walter Raleigh*'s fooliſh eſcape, if the whole tenour of the Voyage, continually purſued with misfortunes, did not prove to the world, that God did take pleaſure to confound the wiſdom of men. This King is now at *Leſigny*, and from thence he goeth to *Monceaux*, and from thence afterwards to *Soiſſons*, the government of *M. De Luyne.* The Duke of *Monteleon* is going from hence, and hath taken leave of this King already in great parade: he goeth firſt into *Flanders* to the Archdukes, and leaves here only a Secretary, till a Succeſſor do come, who by this Court is thought will be the Count of *Gondomar*, late Ambaſſadour in *England.* To me he made ſtrange of it: but others tell me, that to them he made no ſcruple to acknowledge it. Here is looked for ſhortly the Prince Cardinal of *Savoy*, of whoſe journey the ſpeech hath been a great while: but I think now it will be effected.

Monſieur *de la Noüe* is lately dead; being unfortunately cut of the ſtone: ſo likewiſe is the Cardinal of *Perron*, who died of the like diſeaſe, tho not cut.

The Duke of *Nevers* is ſhortly going hence into *Germany* with a brave Troop of Gentlemen with him, wherewith he intends to ſerve the Emperor againſt the *Bohemians*.

The Duke of *Guiſe* doth make ſo great a noiſe of his embarkment at *Marſeil'e*, as both the Duke of *Savoy*, and the *Genoueſi*, and divers other petty States thereabout have taken the alarm at it; but without any great ſubject: for that his Sea-forces, when all come together, are not great; and yet he wanteth two Ships, which he bought with all their furniture in *Holland*, which are the chief

ſtrength

ſtrength of his fleet. The Princeſs of *Conde* was very lately delivered before her time of two Sons dead, which is a great encreaſe of affliction to their impriſonment.

Thus for this preſent, beſeeching the Almighty to have you in his holy keeping, I reſt

Your moſt affectionate friend to do you ſervice,

From *Paris* this
5 Sept. S. V.

Will. Becher.

CCI.

Tho. Rivius G. Camdeno.

TUum, Cl. Camdene, de Patricio noſtro judicium quale ſit, ex tuis ad me literis, non illis doctrinæ magis quàm humanitatis plenis, intellexi: quibus me non ſolùm in re præſenti doctiorem, ſed etiam ad cætera in futurum æſtimanda prudentiorem factum eſſe ſentio. De quo quidem Patricio cum mihi quædam pro re dicenda eſſent, ita rem temperavi, ut eum virum pium magis quàm doctum ſuo tempore fuiſſe non negem; veramque ejus laudem à fictis quibuſdam fabulis injuriam pati doceam. Atque utinam, eruditiſſime Camdene, liber ille meus, priuſquam in forum prodeat, te domi tuæ conſulere, doctiſſimæque plumæ tuæ unam aut alteram lituram mereri poſſet: nullius enim ille cenſuram poſteà formidaret, ſi tuum judicium tutus ſemel ſubiiſſet. Neque verò ego, ſi Londinum nunc inviſere liceret, hanc tibi in tam provectâ ætate & incommodâ valetudine tuâ moleſtiam facere impudens dubitarem; quod quia non datur, ideò Jacobum Uſſerium noſtrum, virum, ut nôſti, hujus gentis longè doctiſſimum, & cum ſummis per univerſam Europam viris comparandum, ſedulus oravi, ut ſi libri illius mei, qui aliquot menſes in Rev. Archiepiſc. manibus jam fuit, copiam quoquo modo habere poſſit, eum tibi, ſi quid mihi apud te preces valent, perlegendum tradat; nec ego, quam ſit hoc audax & inverecundum poſtulatum, neſcio; ſed tua me humanitas toto orbe notiſſima audacem fecit. Vale, vir Cl. & me doctiſſimos tuos libros non ſegnitèr legere, te vero ipſum unicè colere & ſemper coluiſſe ſcias. Iterum vale. Dat. *Dublinii.* 1. Cal. Oct.

Tui amantiſſimus,

T. Rivius.

CCII.

Humanissimo & eruditissimo V. D. Gul. Camdeno, *M. F.* Limerius *S.*

ABsit, humanissime mi Camdene, ut hic communis noster ad vos sine meis ad te literis: id cultus tui, meum officium & studium haud siverint. Equidem in morâ fui: diu enim est, cùm responsum ad ultimas tuas meditabar; sed hæc militia litigatoria, quæ missionem hactenus nullam habuit, ita me distinuit, ut ne horula quidem nobis ab illis molestiis superfuerit. Nunc justitio indicto paulum respiramus, & ad officia amicitiæ læti lubentesque redimus. Hoc igitur primum dicam, mi colendissime Camdene, tuas literas, ut purum putum aurum me semper amplexari, & velut testimonia amicitiæ tuæ luculentissima revereri: mihi verò quod rependam ad manum esse nihil, apprime est quod remordet. Nam quod ad Remp. nostram attinet, nescio quo modo fit, ut de illâ scribere & loqui juxta sit periculosum. Quod omnes norunt, quod boni lugent, dicam tamen, Jesuitæ regnant, diruunt, ædificant ad nutum. Qui Regi & Reip. assident, nescio quo fato, quanquam illos maximè metuant, ferunt tamen & laudant: cæteri non hiscunt. Rex apud Suessionem urbem aliquandiu diversatus est, ut Luineo præfectura illorum locorum faciliùs demandaretur. Interea de reditu R. Matris multus sermo, nec opinor, vanus. Itidem de Cancellarii & Sigilli Custôdis abdicatione mussitabant; multæ præterea innovationes in Aulâ sperabantur sive metuebantur ad nutum Loyolitarum. At quod ad Protestantes attinet, res Bearnensis omnium oculos & animos suspensos habet. Illic enim, ni Deus respiciat, incendium toti regno. Ecclesiæ fermè omnes conventum ad Orthezium in Bearnensi agro indixerunt, consilia communicaturæ. Quod ad statum verò totius Regni attinet, Proceres ab aulâ absunt ferè omnes. Resp. nec ægrotat, nec valet, ægrotanti tamen propior, ut omnia senilia corpora. Hæc te scire fas fuit. Vale, V. Cl. & à Limerio tui cultore summo æternùm salve. 10 Octob. 1618. S. N.

CCIII. J.

CCIII.

J. Caſperius Gevartius G. Camdeno.

VIR Clariſſime, Cum jamdudum præſtantiſſima ingenii tui monumenta me in ſingularem tui amorem atque obſervantiam rapuiſſent, dici profecto non poteſt, quanta huic meo in te affectui acceſſio facta fuerit ex nuperis tuis ad clariſſimum virum Nic. Fabricium Peireſium literis, cum in iis adeò honorificum de *Electorum* noſtrorum commentariis, (quorum *ἀπανθισμάτιον* ille ad te miſerat) itemque de noſtris in ſtatuam Regiam verſibus judicium legi. Non contentus enim Poetices palmam nobis tribuiſſe, etiam Critices dictaturam nobis velut aſſignas. Quod quidem judicium à ſingulari domeſticæ virtutis nimis in me meaque pronæ affectu dictatum, quamvis ſalvâ fronte nullâ ratione admittere queam; fateor tamen nec levitèr me eo viſo exultaſſe, ac planè mihi perſuaſiſſe, æternum mihi, ex hoc tam illuſtri de opuſculis noſtris teſtimonio, & lumen ad gloriam, & calcar acceſſiſſe ad virtutem. Quocirca cum nuper mihi idem D. Peireſius ſeſe ad te ſcripturum indicaſſet, committere non potui, quin literis illius haſce noſtras comites adjungerem, quibus immortales tibi pro ſummâ tuâ in me benevolentiâ gratias agerem, perpetuamque meam in te obſervantiam declararem. Mitto etiam tibi de literariâ noſtrâ ſupellectile alios verſiculos, quibus novam dignitatem nuper gratulatus ſum illuſtri viro, Errico Memmio, Prætori Pariſienſi, in cujus contubernio hic ago. Videtur huic familiæ penè fatalitèr datum, ut literas & literatos ſummâ humanitate complectatur. Nota ſunt Err. Memmii ſenioris, hujus in Paſſeratium, Turnebum, Lambinum, alioſque officia. Electa mea his nundinis autumnalibus prodire geſtiebant; ſed cum in hoc ſcriptionis genere aliis aliiſque obſervatiunculis quotidiè ſubnaſcentibus vix finis unquam appareat, factum eſt, ut res longius protracta ſit. Abrumpam tamen hoc filum, & ſpero intra menſem atque alterum abſoluta fore omnia: & tum exemplar exactiſſimo caſtigatiſſimoque judicio tuo cenſendum tranſmittam.

Manilii Astronomicon notulis meis illustratum spero etiam sequentibus nundinis proditurum. Audio illius Poetæ exemplar manuscriptum asservari in Bibliothecâ vestrâ Oxoniensi. Beabis me, si beneficio tuo variantes lectiones illius codicis habere possim. Jamdiu est, quod Auctorem illum familiarem habeam, & in ætate illius & seculo quo floruit immane quantum à Josepho Scaligero aliisque eruditis abeam, qui omnes hactenus illum Auctorem ad Augusti ævum retulerunt: at ego irrefragabilibus argumentis in notis meis commonstravi, eum vixisse demum seculo Theodosiano & filiorum ejus Arcadii & Honorii: eundemque esse, qui *Manlius Theodorus* appellatur à Claudiano in eâ Panegyri, quam de Consulatu ejus edidit, ubi & *Astronomici* illius mentionem facit. Rationes meas hic non adscribo, quod epistolares limites excederent, & quod brevi (volente Deo) lucem visuræ sint. Vale immortalitate digne Senex, & de Gevartio tuo sic statuas velim, eum perpetuum fore clarissimarum virtutum tuarum admiratorem & præconem. Scribebam *Lutetiæ Parisiorum* v. Novembr. cIↃ. IↃC. xviii.

Dominationis tuæ observantissimus
& studiosissimus cultor,

J. Casperius Gevartius.

Clarissimis viris, Patricio Junio & Gul. Bosvello officiosam salutem meis verbis dicas, rogo.

CCIV.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

En revenant du voyage de Soissons, il m'en a fallu faire encore un autre petit en mon particulier, au retour duquel j'ay trouvé en cette ville Monsieur des Noeuds, qui m'a rendu vostre *Archaionomia*, & les monnoyes & seaux de vos Roys avec une douzaine de belles medailles Egyptiennes. Et en même tems Monsieur Cramoisy

moiſy m'a rendu vôtre paquet du 5 du mois paſsé, avec les papiers y contenus tant de l'eſtat des feifs du Roy Guillaume, que de la genealogie d'Evreux. Dont je vous ſuis infiniment redevable, & à Monſieur Cotton, & ſur tout des faveurs, que ledit Sieur des Noeuds a receu tant de l'un que de l'autre. Je taſcheray de m'en revancher de tout mon pouvoir. Ces voyages me ſurprindrent avant que j'euſſe achevé de tirer tout ce que je deſirois de vôtre livre du païs de Caux, je laiſſay charge à un mien intime amy de l'achever, & apres vous renvoyer vôtre livre par le même voye ordinaire, par laquelle il eſtoit venu ; affin qu'il fuſt la avant le terme expiré. Mais il luy ſurvint une maladie, qui interrompit le tout, de ſorte que j'ay eſté bien honteux de trouver à mon arrivée, que le livre fuſt encore icy, je ne ſçay comment vous me pardonnerez cette faute. Je le vous envoye maintenant bien & deuement conditionné, & vous remercie par un million de fois de la communication, qu'il vous a pleu m'en faire, dont nous nous prevaudrons, non ſeulement pour le païs de Caux, mais auſſi pour quelque autre choſe concernant noſtre recueil des Tournoys & Chevaleries. Recevez ſeulement, je vous ſupplie, mon excuſe de ce retardement.

Quant à la *Geneſe* Manuſcrite, je ne la renvoyeray point ſans l'accompagner du jugement du P. Fronton ſur l'antiquité de l'exemplaire. Je commence bien à avoir beaucoup de regret de le garder ſi long tems, & aurois preſsé d'avantage le bon homme du P. Fronton, ſi je n'eſtois bien aſſeuré de la ſurabondante courtoiſie de Monſieur Cotton, & que le bon homme n'a pas encore bien achevé tout ce qu'il en veut tirer, encore qu'il euſt promis d'en eſtre hors long tems y a. Je tiendray la main à le retirer au pluſtot & à le faire ſeurement rapporter en vos quartiers. Nous vous renvoyerons auſſi ſeurement avec l'ayde de Dieu vôtre Cayer des fiefs de Guillaume, & vôtre *Archaionomia* auſſi toſt que nous en aurons pris ce qu'ils nous faut. Cependant nous attendrons ce que vous aurez peu apprendre de l'autheur de l'hiſtoire du Roy Eſtienne, du Manuſcrit de Cambrige *de jure Gulielmi Baſtardi*, & du *Robertus Montenſis*. Que ſi vous jugés à propos, que nous puiſſions inſerer en noſtre compilation Normande cette portion de l'hiſtoire de voſtre *Abbas Jornallenſis*, (puis qu'elle eſt en Latin) laquelle concerne les Normands, ou les choſes arrivées depuis leur paſſage d'outremer juſques au tems qu'il ecrivoit; nous le ferions volontiers, en cas que Monſieur Cotton l'euſt

agreable.

agreable. Voire si le reste de la premiere partie de son histoire estoit chose bien bonne, & qu'elle ne fust pas trop longue, nous mettrions la piece toute entiere pour l'empecher de perir, puis qu'elle n'a jamais esté imprimée, & qu'il ny en a que cet exemplaire tout seul. Sur le sujet de nos Chevaleries & Tournoys, quelqu'un ma faict feste de vieilles Armoiries des Chevaliers de la Table ronde, peintes en une veille Tour de Grenwich ou de Gravesin. Je vous supplie de me dire, si c'est rien qui vaille, & de quel tems vous pensez, que cela ayt esté peint, & s'il meriteroit qu'on en eust la copie. Je suis bien aise, que les livrets, que je vous ay envoyez, ayent esté de vôtre goust; vous en recevrez maintenant quelques autres, & ensemble des nouveaux vers de Monsieur Gevartius avec une sienne lettre. C'est un tres gallant homme, & qui vous honore infiniment, & a une extreme passion, que vous le mettiez au nombre de vos serviteurs. Je vous en supplie & de me tenir, pour,

Monsieur,

De Paris ce 12. Novemb. 1618.

Vôtre trez humble & trez-obligé serviteur,

De Peiresc.

Je n'ay point trouvé de mention en vostre catalogue des Fiefs de Guillaume d'aucun du nom de Malerbe; je ne sçay, s'il est echappé â celuy, qui en a fait la collection, ou si Malopra n'y appartiendroit point, par transposition corrumpüe & abusive, puis que les catalogues de Bello & de Jornal n'ont aucun Malobra.

Mais j'y ay trouvé un *Albericus de Ver*, sous les nombres 79. 132. 137. 234. & 260. dont je voudrois bien avoir les actes, si ce n'estoit chose trop difficile: & apprendre encore de vous ce qui se pourroit sçavoir tant des armoiries que de la genealogie de cette famille de Ver, & de la famille de Courtenay d'Angleterre.

Je desirerois sçavoir aussi, si ce *liber Censualis* de Guillaume est en langue Latin ou Angloise, & s'il s'en pourroit avoir le titre & prefaces du Registre pour les joindre à vostre catalogue.

On me presse tant, que je ne pense pas pouvoir ecrire pour ce coup à Monsieur Cotton, ny à Monsieur Seldenus, comme j'avois deliberé;

liberé ; ce sera pour le prochain ordinaire ; si vous les voyez, cependant je vous supplie de leur faire mes excuses & mes recommandations tres humbles.

CCV.

Petrus Puteanus *Cl. V.* Gul. Camdeno *S. P.*

NUmos antiquos Anglo-Saxonum & Regum vestrorum sigilla accepi lubens, eoque nomine & tibi & nobilissimo D. Cottono grates habeo gratissimas: opus sanè accuratum & vobis dignum. Absolvit scriptum suum Jacobus Sirmundus adversus Jac. Gothofredum, sed nondum publicavit ; propediem & Sirmundi & Guterii & Leschasserii scripta hâc de re ad te mittam. Disputatio est sanè nobilis, sed implexa & obscura nimis, quippe Geographica. Aveo videre Historiam Anglicam, cum illis nummis & sigillis tam elegantèr & curiosè delineatis : sed vereor ne Anglicè scripta nullo usui mihi esse possit ; vestram enim linguam penitùs ignoro. Quid in adversariis tuis de Corteniacâ familiâ tam Anglicâ quàm nostrâ habeas, oro te & obtestor, ut mihi brevi communices : seorsim habes petitiones meas, quibus si satisfacis, ut potes, & confido, multum me beabis. D. Peiresc. utriusque nostrum amicissimus tuas mihi tradet. D. Cottonum, nisi grave est, meo nomine salutes velim. Vale, vir clarissime, & me ama, qui te plurimùm colo. *Lut. Paris.* xvi Kl. xbris, cIↃ. IↃc. xviii.

CCVI J.

CCVI.

J. Hotmannus G. Camdeno.

Monsieur,

IL y a long tems, qu'il ne m'estoit arrivé un deplaisir semblable a la perte, que nous faisons d'un si digne gentilhomme que Monsieur Becher, lequel nous est non revoqué, mais comme ravy inopinem.nt. Il a rendu par deça tant de preuves de sa probité, prudence, & modestie, qu'il en a acquis de la louange beaucoup, & laissé aux gens de bien un regret extreme de son depart, & un souhait de le revoir bien tôt, si le Roy son Maistre nous le veut rendre icy en la même qualité. Mêmes la pluspart des Seigneurs de ce conseil ont conceu une si bonne opinion de luy, qu'ils apprehendent d'en voir un autre, qui ne luy soit semblable de mœurs & de retenue. Vous voyez, que plusieurs sages patissent pour l'indiscretion d'un seul; & bien souvent par telles fautes les Princes & les Estats viennent à une rupture. Dieu vueille, qu'elle n'arrive jamais entre ces deux Couronnes, qui depuis cinquante ans ont esté liées d'un respect & amitié mutuelle; & malheur à ceux, qui mettent noise entre les freres. Ce sujet est trop peu agreable pour vous en entretenir trop longuement, & le porteur trop suffisant & bien informé des occurrences presentes de cest estat, pour le vouloir charger de d'avantage d'escriture. Seulement je vous prie me continuer l'honneur de vôtre amitié, & me mander, quand vous voudres donner au public *le reste de la vie* de ceste grande & incomparable Princesse vôtre Reine *Elizabeth*; vous avez donné tel goust de ce que vous en avez fait voir, que chacun desire de vous y voir mettre la derniere main. Je croy, que Messieurs du Puy, l'Abbé, & Godefroy vous ecriront: du moins je vous fais les recommandations de Monsieur l'Abbé, & les miennes bien humbles, avec priere à Dieu pour vôtre santé, en qualité,

Monsieur,

Paris 17 Novemb. 1618.

De vostre plus humble & tres affectionné ancien amy & serviteur,

Hotman.

CCVII. Janus

CCVII.

Janus Gruterus G. Camdeno.

BOne Deus! quanta est literas perferentium negligentia. Amabilissimas tuas, quibus additus dies xx Julii, fine demum Decembris recepi, jam à nundinis Francfurtensibus redux. Absque eo, statim tibi, mi Domine, rescripsissem per Billianos. Et verò ut invitus legi te non longè fuisse ab Orci cancellis, ita libens intellexi sanitatem tecum rediisse in gratiam: quâ uti adhuc diu utaris fruarisque, Deum opt. maxim. animitùs precor. Quod dum facio, non tam tibi faveo & mihi quàm publico, cujus es solidum decus. De odario in obitum Thuani amo exosculorque affectûs tui teneritudinem: cæterùm nihil ibi erat, quod ullam mereretur laudem, nisi amicitiæ ac pietatis. Interim plurimum tibi debeo ob communicatum natalem tuum, atque amplissimi D. Cottoni. Junior es quàm putaram annis aliquot septem; quos, ut & plures alios, vives sanus corpore ac mente, si votis nostris divina faverit prudentia. De excudendis aliquot pagellis seorsim, ita ut publicari non debeant, conveni typographum illustrissimi nostri: quid responderit habes heic in schedâ insertâ. Si ego vel heic vel aliis locis studium meum operamque locare possum, impera tantum quod vis & impetras. Adeo enim de me meisque studiis publicè privatimque meritus es, ut nihil non tibi debeam. Itaque hac in re, si lubet, fac periculum: approbabo fidem & diligentiam modis omnibus. Vale & salve, virorum amicorumque præstantissime. Sed & per occasionem officiosas meas salutes nobilissimo D. Cottono, uti insinuare ne graveris, plurimum te quæso. Idem si præstiteris erga D. Savilium, rem feceris animo meo acceptissimam. At vester D. Gul. Lake aulicis immersus fluctibus non potest puto amplius meminisse mei: si tamen, me omnia ei fausta ac felicia optare sciat. Scrib. festinantèr xx Novembris cIↃ. IↃC. xviii. *Heidelbergæ.*

Omni officio atque obsequio vester,

Janus Gruterus.

CCVIII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

VOstre lettre du 8 du passé m'a tenu en grand peine jusques à ce que le Commis du Bureau des Courriers d'Angleterre m'a osté l'opinion, que j'avois conceüe du retardement, qu'ils avoient faict de vous rendre mes paquets ; & par consequent le Manuscrit de Caux, dont je vois que vous aves un si juste regret, lequel est enfagotté avec certains autres livrets pour le bien conserver, & lequel fut consigné avec un autre paquet plus gros (du Themistius & de l'Origene) au même Commis, qui se chargea il y a plus d'un mois de le vous faire seurement rendre dans huit jours au plus tard. Et pensant mieux faire, je luy en payay le port en cette ville pour vous decharger d'autant, de sorte qu'a cette heure je craignois que le payement de la voiture n'eust rendu les courriers plus negligents de vous rendre le tout. Mais ce Commis m'a asseuré, que le manquement vient d'une autre chose. C'est, dit il, que suivant leur ordre, ayant envoyé mes paquets à Rouen, au courrier qui y est domicilié pour les vous porter, ledit courrier fit difficulté de s'en charger, disant qu'il ne vouloit pas repondre, qu'ils ne fussent ouverts par les officiers du Roy d'Angleterre en ce tems la, que les ports y avoient esté fermez, & qu'il s'y estoit usé de quelques pareilles rigueurs, surquoy il se resolut de differer la voiture d'iceux jusques à son prochain voyage, pour attendre que la saison en fust plus propre & plus libre. Que maintenant qu'il avoit esté asseuré du retablissement du commerce, il avoit donné charge à un courrier, qui partit la semaine passée nommé Isaac Vacandare, de les prendre en passant par Rouen : & m'asseure qu'infalliblement il les aura prins, & vous les aura rendus avant l'arrivée du present courrier nommé Marguerin de Mathieu, avec lequel j'ay fait un pache, qu'il portera toujours mes fagots de livres pour quinze sols la livre pesant, & pour commencer l'execution de nostre traité je luy ay baillé un exemplaire de l'edition, que le P. Caussin a fait de l'*Orus Apollo*, & autres de même matiere, avec ce qu'il y a ajouté du sien ; deliberant de ne le laisser point retourner

ner de pardela ſans le charger toujours de quelque livre nouveau, puis qu'il s'accommode ſi bien à la raiſon. Et s'il ſe preſente occaſion de quelque livre que vous me veuillies communiquer, comme pourroit eſtre ce *Robertus Montenſis* Manuſcrit, ou ce *Jornallenſis*, ou autre, je crois que ce porteur les m'apportera ſoigneuſement, & les vous rapportera par apres à vous auſſi fidelement que les autres, Dieu aydant. Et je ſeray aſſeuré de ne luy payer icy aucun plus grand port que de quinze ſols la livre, qui ſera un grand ſoulagement: car ſans cela, ces gens nous rançonnoient bien ſouvent; & je n'oſois vous envoyer des livres auſſi ſouvent que j'euſſe fait crainte, qu'ils ne vous rançonnaſſent vous auſſi de pardela. Celuy ci fait un voyage tous les mois, de ſorte que par cette voye nous aurons bonne commodité de nous communiquer aiſement tout ce que nous voudrons.

Quant à la *Geneſe* Manuſcrite, vous verres par mes precedentes ce qui me la fait retenir, depuis que le Pere Fronton me la reſtituée. Si Monſieur Cotton en a du regret, je l'envoyeray auſſi toſt ſans laiſſer achever la copie des figures, laquelle ne ſe peut faire que bien lentement en ce tems d'hyver, que le froid ne laiſſe pas travailler le peintre à ſon aiſe; & que les jours ſont ſi petits, qu'on n'a quaſi point de tems à y employer. Car la nuit ces vielles choſes paroiſſent beaucoup moins & autrement que le jour.

Le P. Fronton avance fort ſon travail ſur la Bible, & attend en bonne devotion une copie, que Monſieur Patricius Junius luy a promis pour cet effet du Theodoret ſur les Pſeaumes. Je vous ſupplie de l'en faire ſouvenir pour accelerer un ſi bon œuvre. Et s'il ſe trouvoit de pardela aucun exemplaire du *Theodoret ſur Eſaie*, ce qui luy ſeroit un grand ſecours pour l'entiere reſtitution du Texte Grec de la Bible: car on luy en a promis un de Rome, qui tarde deja trop à venir, & arreſte quaſi par force tout l'ouvrage, qui ſeroit desja bien avancé.

Le P. Sirmond fait imprimer *les Chroniques d'Idacius*, de *Proſper*, & de pluſieurs autres pareils; il deſireroit grandement quelque exemplaire Manuſcrit du *Marcellinus*. Si Monſieur Cotton en avoit point, ou quelque autre de vos amis, obligez ce grand perſonnage en cette occaſion de le luy faire voir. Je vous en ſupplie de tout mon cœur, & de me tenir aux bonnes graces dudit Sieur Cotton & aux votres, Monſieur, comme *Vôtre tres humble & tres obligé ſerviteur*,

De *Paris* ce 14 Decemb. 1618. De Peireſc.

Vôtre bon amy, dont vous esties en peine, vous aura veu des dela, Vous aurez encor de beaux vers de Monsieur Gevartius, sur le deces de feu Monsieur du Thou. Monsieur du Hajan, qui avoit le maniment de toutes les plus grandes affaires de ce Royaume, a esté depuis peu en quelque petit mauvais menage, qui la en fin reculé d'une grande partie de ce grand employ, qu'il avoit. Ce sont des vicissitudes bien ordinaires aux courts des grands Princes.

CCIX.

V. Cl. & eruditissimo D. G. Camdeno, *M. F.* Limerius *S.*

V. Cl. D. Hotmannus communis noster me novissimè literis tuis participavit, humanissime mi Camdene; in iis, quæ de me erant, amorem & memoriam nostri lætus annotavi. Utrumque gratissimum; nonnihil tamen remordet, quod de tuarum ad me interceptione significas. Illa enim, mi Camdene, quæ à te tanto viro, ipsi auro prætulerim. Nubila hæc temporum silentium quoque mihi indixerant; rem duram, ita me Deus, inter sic amantes: sed quid vetat tamen, modò ne in Principum consilia & facta curiosulè inquiramus, amicitiam literulis excolere? Faciam igitur, & nisi quæ norunt Mauri atque Indi, abstinebo scribere. Nos autem vobiscum reconciliatum iri, cum hæc scriberem, fama erat. Fiat, fiat, mi Camdene; non etenim è re utriusque Regni, si inter se Reges iras gerant. Certè si benè novi nostrum, vellet infecta quæ facta: sed pluribus supersedeo. Nostræ Protestantium res semper in salo; nec enim adhuc de re Bearnensi transactum. Conventus, qui ad Orthezium in Bearnensibus, Rupellam se contulit; & inde varii & sinistri adversus nostros rumores quatuor integros dies invaluerunt; sed jam videntur remisisse, eorum, qui ad clavum, curâ, qui nihil ad nos talia spectare obfirmatissimè adseverant. Plura non addo. Vale, V. humanissime & eruditissime, & a tuo Limerio plurimùm salve. III eidus novi anni 1619. quem tibi faustum, felicem, fortunatumque ex animo precor.

CCX.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

A Cette heure même qu'on me vient de rendre votre lettre du 23. du passé, on me vient d'avertir aussy, qu'il y avoit moyen de vous rescrire en envoyant mes lettres tout presentement. Je n'ay donc pas voulu faillir de vous remercier de l'avis, que vous me donnez de la reception du livre de Caux, dont j'estois deja bien en peyne pour la longueur du tems, qu'il a esté en chemin, mêmes ayant receu la vôtre du 12 du passé, portant que vous ne l'aviez pas receu. Je suis bien aise qu'il soit allé a bon port. Je ne vous diray autre chose avec cette haste, si ce n'est que je vous supplie de nous envoyer, s'il y a moyen, quelque fragment de *la Genealogie* de vos Messieurs *de Courtenay* d'Angleterre, dont nous ne vous alleguerons point, si vous ne voulez, affin que n'y ayez aucun regret. Je suis bien marry, que les papiers de Monsieur Bongars ne soient en estat & en bon ordre; car nous y ferions chercher ce que vous luy en aviez envoyé. Il faudra s'il vous plait, que vous ayez encore cette courvé, pour l'amour de nous, & nous vous servirons en revanche, si nous pouvons.

Je donneray bonne esperance au P. Fronton de Theodoret sur les Pseaumes, que Monsieur Junius luy a promis & à vous. Mais puis que Monsieur Cotton a de la satisfaction de son jugement sur la Genese, je vous supplie de moyenner en toute façon, que ledit sieur Cotton prenne la peyne descrire un mot de reponce audit P. Fronton pour l'amour de moy, quand il n'y auroit que trois lignes. Sa lettre ne sera point montrée à personne, s'il ne le veut. J'attendray avec quelque impatience le dessein que vous me promettes du Mars de bronze avec l'inscription MARTI NODONTI: ensemble la monomachie antique de Monsieur Seldenus, a qui je dois escrire long tems y a, & en suis bien honteux. Si Margarin de Mathieu Courrier, avec qui j'ay accordé du port de mes paquets, estoit icy, je luy en donrois un ou, vous auries les Commentaires de Monsieur Saumaise sur les *Inscriptions Grecques d'Herodes*, & autres pieces gentiles;

tiles ; ensemble les *Chroniques* & *Fastes d'Idacius*, & de *Marcellinus Comes*, que le P. Sirmond a fait imprimer tout fraichement : car de les laisser a discretion des Courriers, je crains qu'ils vous ranҫonnent de pardela, comme il nous font a nous. Au surplus on nous fait à croire, que lors des retraites des Anglois de France en Angleterre ils ont emporte quant & eux afforce titres & chartres anciennes tant des Eglises que des Seigneurs, & que dans la Tour des Londres il s'en est conservé tout plein jusques à present. Je desirerois bien de sҫavoir si cela est vray ou non ; & en cas qu'il y en eust, de sҫavoir s'il y auroit rien, qui concernast l'Eveque ou l'Eglise de Lisieux en Normandie. Excusez moy de tant de peyne, que je vous donne, & me tenez,

Monsieur,

Pour vôtre tres humble & tres obligé serviteur,

De Peiresc.

Si dans le *Jornallensis* il y a de si belles & anciennes loix, nous nous en prevaudrions bien peut estre mieux que de l'*Archaionomia*.

De *Paris* ce 17 Janvier.
1619.

CCXI.

Andreas Schottus G. Camdeno χαίρειν.

QUam Schottis nostris gratum munus tuum, doctissime Camdene, dici vix potest, eritque testis Sweertius noster, cui tradidimus ad te vicissim perferendum in tapetibus, ut aiebat, in Britanniam mittendis opus nostrum, quando meas esse aliquid solebas existimare nugas, *Observationum humanarum*, honestè compactum ; etsi juveniles eæ sint vigiliæ, quas tamen intercidere Schotti iidem, quibus inscribuntur, noluerunt. Optant iidem tuos *Annales Britanniæ* venales videre, ut legant, qui sunt, quam in Francofurtensi editione, quam possideo,

possideo, longè facti copiosiores. Nos quoque, tuâ si non indignos amicitiâ existimabis, magis magisque tenebis obstrictos. Vale in Domino, annosque ineunte anno apprecor plurimos faustosque. *Antuerpiæ* xx. Januarii. cIↄ Iↄc xix.

CCXII.

D. Guilielmo Camdeno Franc. Sweertius. *S. D.*

SI vales, bene est, ego quoque jam valeo, laus superis. Maledicta febris aliquot septimanas me vexavit. Rotulum R. P. Andreæ Schotto tradidi cum epistola, cui respondit. Thomas Fienus Antuerpiensis, alter Æsculapius, scripsit *de cometâ* dissertationes, quas tibi nunc mitto, & judicium tuum expectabo. Primo latius, nunc occupatissimus in Mercurio. Bruxellâ ad nos Imperatorem Matthiam abiisse ad meliores sedes, item Reginam vestram. Vale mi Camdene, & Sweertium tuum ama. *Antuerpiæ* cIↄ Iↄc xix. xxx. Martii.

CCXIII.

D. G. Camdeno, *amico suo colendissimo*, *M. F.* Limerius *S.*

JAmdiu est, doctissime & humanissime Camdene, ex quo accepi tuas mense Decembri scriptas; necnon, qui circa miserum Raleghum & Cometem, libellos, pro quibus ingentes ago gratias. Invaletudo, quæ hos duos integros fermè menses me exercuit, & à charissimi avunculi mei fato nuper inflictum vulnus responsum interceperant, certè distulerant. Nunc cum ab utroque respirare incipiam, ad amicitiæ munia redeo; tuque inprimis occurris, cui meum maximè officium & cultum delatum cupiam, & in cujus fidum pectus tam privatæ quàm publicæ rei tœdia nostra egeram. Certè etiam nunc publica me magis tangunt, cum videam ventos & maria conspirasse videri in hujus cymbæ interitum. Iterum etenim nos in altum novi eoque periculosiores fluctus referunt, quo sub

specie

ſpecie officii erga Regem & Patriam arma induimus, dum omnes hoc unum ſatagunt, ut privatæ rei ſtudeant. Tamen cum hæc ſcriberem, his motibus componendis miſſitabantur à Rege ad Reginam matrem; ſed quinam illi? Sacrifici, ſi Deo placet, & Jeſuitis addictiſſimi: ut inde inferas, in ſpeciem illa omnia, dum paulò vires obfirmant, ut majori impetu quiſque adverſarium petant. Quod ſi inter ſe tandem convenerint, quá fini niſi ut in miſellos Proteſtantes faba cudatur? Certè quanquam Regi obſequium, quod debent, noviſſimè unanimi obtulerint, tantum abeſt, ut inde aliquid gratiæ à Gubernatoribus reportarint, quin obfirmatiori animo juſta & olim illis à Regibus conceſſa denegent. Quo conſilio ipſi viderint. Cæterùm nobis vobiſcum tandem conveniſſe gaudeo ex animo, hucque præcipuè deſtinatum Legatum, nobilem virum, Edwardum Herbertum, quem Doveri me vidiſſe olim memini: prudentem virum, & noſtrarum rerum callentem; quem hanc provinciam è re utriuſque Regni adminiſtraturum non dubito. Vobis itidem de D. Calvertii in Secretarium ſupremum electione apprimè gratulor: virum acris ingenii & juxta prudentem, quem, ſi fortè interviſas, à me ſalutes, mi Camdene: illum etenim Londini viſitaſſe, & me amicitiâ ſuâ ornaſſe memini. Vale humaniſſime virorum, & à tuo Limerio æternùm ſalve. *Lut. Paris.* x. Kal. Maias. 1619. N. S.

CCXIV.

P. Puteanus Gul. Camdeno. *V. Cl.*

ACcepi literas tuas, vir amiciſſime, quæ mihi fuerunt jucundiſſimæ, cum propter uſum neceſſitudinis noſtræ, tum quia quid ſentis de *Corteniacis*, tam noſtris quam Anglis, diligentèr perſcribis: vera certè tua cum Titio noſtro de utriſque eſt opinio. Sed in hoc non hæremus: ſunt enim hæc πάρεργα. Hoc opus, hic labor, ut probetur narratio Titii, cum de his agitur poſt tempus S. Ludovici: multis enim non immeritò ſuſpecta eſt. Becheri veſtri reditum ad ſuos dolui, ſed ut ſpero redibit, nam ut vides, omnia ſunt compoſita. Mirum quantum apud nos agitatur etiamnum quæſtio *de Suburbicariis*: tot capita, tot ſenſus. *Cenſuram Sirmondi* vidiſti in *conje-*

cturam

ſuram Godofredi, accuratum ſanè opus & caſtigatè ſcriptum; ſed non ſine acerbitate verborum. His nundinis prodierunt *vindiciæ Godofredi* adverſus cenſuram, eas nondum vidi: ſed nunc habes *epiſtolam cenſoriam*, quæ perbellè Cenſorem noſtrum excipit; hujus auctor Cl. Salmaſius Divionenſis, vir magni judicii. Audio M. Ant. de Dominis Archiepiſcopum Spalatenſem ſcripſiſſe *Hiſtoriam Concilii Tridentini.* Si tuo beneficio hoc opuſculum habere poſſum, humanitati tuæ plurimum debebo. Hiſtoria ſat paucis nota. Si penes te ſint *Joſ. Scaligeri epiſtolæ*, ad te vel ad alios ſcriptæ, nondum editæ, quæſo apographa ad me mittas: talium rerum ſum curioſulus, certè non mediocritèr me obligabis. Velſerus, Freherus, Lingelſhemius, Gruterus, alii, ſuas libentiſſimè communicarunt. Habeo autographa earum, quæ ad Caſaubonum ſcripſit, numero cxx. eſt ſanè theſaurus. Intereà vale, & me ama, V. CL. *Lutet. Paris.* April. xxvi. CIↃ IↃC XIX.

CCXV.

D. Tho. Brudnellus Gul. Camdeno.

VIS tibi ut ſcribam, perperite Camdene, vel certiorem te faciendi, vel in viſceribus *Margiduni* tui ſcrutandi causâ, quam curam mihi commendaſti. Materiam, non modum, laborem, non linguam præſcripſiſti: ideoque ſicut te ſcientèr agnoſco non vulgivagè eruditum, ita tibi linguam vulgarem ſcribendo decentèr effugi. Sed ad rem. Quare in poſtremâ Britanniæ tuæ editione *Margidunum* prætermittis, cum in eâ A. 1600. impreſsâ optimo jure inſertum eſſe video, neſcire poſſim; conſilio enim fui tam aliquibus incolis quam obtuitu meo, à quibus nummos hos denarioſve recepi; (quos tanquam ſigna veritatis inſignis una cum chartâ meâ tibi recommendo.) In locis atque duobus quaſi rudera oppidi tempore & aratro diruti planè perſpexi, quorum unus non procul à *Marget-Overton* in agri ſeptentrionali parte videtur, alter ad ortum inter *Marget-Overton* prædictam & *Tiſletonam* meam (ſic antiquiſſimè ſcriptam) in collimitio cernitur, ille major, hic minor, ille propior, hic longior à *Marget-Overton*; nec reſtat quicquid aliud quod vicinitate vivaci, propinquitate probabili, vel ſimilitudine ſignata cum Anto-

nino consentire potest. Scriptum hoc inclusum, (à quo ad me transmissum ignorans) ut tuum tibi reddo, omnia omnesque in ea tam argumenta quàm inductiones quasi præstantissima & efficaces mecum ratè teneo. Jam enimvero cum licentia deflectam, quia persuasum habeo, (nisi me fragilis mea traducat opinio) nec malum nec dedecus tibi velim, cum precor à te alteram post postremam Britanniæ tuæ editionem emittere. Voluminibus enim ipsis auctoritatem quandam & pulchritudinem adjicit magnitudo, ut Plinius, & plenitudo, ut ego inquam: cujusmodi decorationem, etsi non necesse, attamen (quia nil tuis indigere velim) ut rem commodè consentaneam consuadeo. Nec aliud me magis movet, quàm quia recentissima Britanniæ tuæ non tui ut Authoris, sed alterius ut Interpretis esse videtur; & quid citius famam laboremque debitè tibi digneque arrogatum catenatè dilacerat, quàm meritum tuum per eclipsin alterius promulgationem caliginosè lustrare. Britannia dum tua, & Britanniæ gloria & Europæ opes, quin Anglicè traducta vulgos solummodo nostros salutat, & alterum quasi agnoscit Authorem, cui merito exiguum honoris attribui, aut nullum decoris vendicari potest. Ni me fallit augurium, vel ut filium auguror eandem mundanè esse immortalem: etenim nunc ut filiam & hæredem tantummodo in familiam Hollandorum enuptam esse censetur: sed hæc mea est. Ego tibi, tu orbi scripsisti; optimè scis aliud Historiam, aliud amico scribere: hoc uni, illud omnibus apertum. Veruntamen ignoscat mihi amplitudo tua, etsi talem dem tibi lineam, vel additioni addam, qualem aut tuam aut inter tuas non recontare dedigneris: quocirca utinam felicitate meâ & amicitiâ tuâ diu maximeque gauderes. Melius est enim ex Regulo, quàm ex Milite vel Baronetto progerminari; idcirco hanc peragam in Proseuchâ precans, quod Jacobus, ut Rex supra nos, & Camdenus, ut Regulus inter nos, longævè regnetis. Vale. Has cape à me amico, & virtutis tuæ servo,

Deene pridie fest. S. Barnabæ Apostoli. 1619.

Tho. Brudenel.

CCXVI. Janus

CCXVI.

Janus Gruterus G. Camdeno.

QUÆ illa humanitas! in limine mortis constitutus, adhuc curam habes decori; excusasque quod non scripseris superioribus nundinis Francfurtensibus. At tantum abest, ut tale quid merear, ut contra erubeam ad hanc insignem naturæ tuæ bonitatem; quâ utinam diu uti fruique queat Europa cultior. Votis sanè meis si locus esset, serissimus reviseres locum, unde nobis mutuatus es. Imo vel usurpem versum animo,

De nostris annis tibi Jupiter augeat annos.

Non scribis, an receperis meas ad te, quibus indicâram tibi rationem aliquid hisce locis privatim excudendi: arbitror tamen tibi traditas. Transmiseram enim super eâ re ipsam Vogelini manum, & si quippiam possumus, quod tibi usui esse queat aut voluptati, impera & impetras. Quantum enim licet colligere ex dexteræ tuæ firmitudine, tam constanti calamo omnes literas exprimentis, non obibis ex illo morbo; revidebisque lætus amplissimum D. Wottonum, quem ne semel quidem vidi aut salutavi, perosus pompam illam aulicam, cui se heic commendare debet. Et alioquin Alexander magnus ad Diogenem accessit, non hic ad ipsum. Cur autem sperem sanitatem tecum redituram in gratiam, est & inter alia, quia id merentur labores tui exantlati in re literariâ. Diutius ergo intereris famæ tuæ ac gloriæ, hoc est, immortalitati. Quod si sequius fuerit, ac ne sic quidem tecum malè agetur, qui à caducis istis transfereris ad solida illa & perennia: ad quæ anhelantem voce ac plausu prosequor; faxitque Deus, ut eâdem mentis fiduciâ ac constantiâ paulò post te sequar! Interim vale ac salve, carum mihi, carum Minervæ atque Mnemes caput, ab omnibus modis tuo Jano Grutero hæc præcipitante. xxi. Junii Juliani cIↄ.Iↄc.xix. *Heidelbergæ.*

CCXVII.

Scævola & Ludovicus Sammarthani G. Camdeno.

Monsieur,

TAnt de beaux ouvrages, dont vous avez obligé le public, & le bon recit, que nous avons souvent ouy faire de votre merite à defunct Monsieur de Thou, à Messieurs de Peiresc, Godefroy, & plusieurs autres personnes d'honneur, nous ont fait desirer l'heur de votre connoissance, & qu'il se presentast quelque occasion de vous offrir nôtre service, comme nous faisons à present avec humble supplication, de recevoir, s'il vous plait, de bonne part cette *Histoire Genealogique de la maison de France.* Si vous perdez quelques heures de vostre loisir en la lecture, vous acquererez sur nous une etroite obligation, qui sera augmenteé, en prenant la peine de remarquer & nous donner avis des fautes, si non de toutes (car nous reconnoissons, que le nombre en est grand) pour le moins des plus importantes; mesmément de ce que concerne l'Angleterre & l'Ecosse, & la descente des illustres familles par Princesses du sang de France: affin que par une seconde impression nous puissions suppleer les defauts de la premiere. Dans la fin de l'année prochaine nous esperons, Dieu aydant, mettre aussi au jour le second volume. Par même moyen nous vous envoyons *les oeuvres Latines de Monsieur de Sainte Marthe*, Thresorier de France nostre pere, lesquelles ont esté asses bien receuës tant par deça qu'aux pays estrangers. On nous a fait entendre, que dans peu de tems vous acheveriez de publier *la vie de la Reine Elizabeth.* Ce que vous en avez deja donné à esté trouvé si excellent, qu'il fait desirer impatiemment le reste, singulierement par nous, qui desirons demeurer toute notre vie,

Monsieur,

A *Paris* ce 7. jour de Juillet. *1619.*

Vos tres-humbles & tres-affectionnés serviteurs,

Scevole & Louys de S. Marthe.

CCXVIII. P.

CCXVIII.

P. Puteanus *Cl. Viro* Guil. Camdeno *S. P.*

ACcepi unà cum literis tuis *Historiam Concilii Tridentini*, Cl. Camdene, donum eximium ab eximio profectum amico, proque tam insigni munere, si tibi gratias agere seriùs videar, hoc ipso quod eas in hoc tempus distuli, accipe auctiores. Librum avidè legi summâ cum voluptate, & maximo cum fructu: narratio dilucida, elegans, nec minus jucunda. Utinam, utinam abesset Præfatio, & etiam pars ultima tituli. Præjudicia apud nos multùm valent, omnia possunt. Tam mihi certum est, Archiepiscopum Spalatensem auctorem non esse hujus historiæ, quàm certum illam scribere non potuisse sine frequentibus digressionibus in Pontificem & ritus Ecclesiæ, quæ plerumque narrationem turbant, involvunt, & quod caput est, librum utilem è manibus multorum excutiunt. Præfatio tamen, si non eadem planè efficiet, inutilem tamen & nullius ferè momenti librum apud multos reddet. Bergerii conatus in *Antonini Itinerarium* non sunt ita absoluti, ut tam citò publicari possint: audio hominem angustiâ rei familiaris valdè premi, & in patriâ latere obscurissimè. *Corteniacorum* negotium adhuc in incerto est; nihil usque adhuc probaverunt. Desines aliquando mirari, cur Titii fides hac in re nobis sit suspecta. Nondum vidi D. Herbertum; in comitatu Regis est. D. Hotmanus te salutat. D. Cottono quæso verbis salutem impertias. Sirmundus scribit in Salmasium, & in authorem vindiciarum. Interea vale, V. Cl. & me ama. *Lutetiæ Parisiorum*, iii Id. Julii cIↃ.IↃC.xix.

CCXIX.

N. N. Clarissimo Viro Gulielmo Camdeno *suo.*

AD serena sapientiæ ex turbidis vitæ jam diu contendens, hos duos cursus in bonæ mentis stadio pertentatos qualitercumque expedivi. Tibi autem, cui abundè est gloriæ ex *Britanniâ* descriptâ & assertâ è situ & rudetis suis, gratos futuros persuasissimum habeo, primùm bonæ mentis nomine, deinde meo; cui toties benefeceris. Joannes Sarisburiensis è nostris penè solus est, qui rimatus arcana Ethices & Philologiæ puriora, monimentum reliquit mentis Philosophicæ in libris *de nugis Curialium*; nuperrimè verò magnus ille Franciscus Baconus in tentamentis suis Ethico-politicis, quæ ex Anglico sermone ad correctissimum, Italicè editum, exemplar, in Latinum transtuli. Ut autem summa gloria est recte sapere, ita ad instar magnitudinis gloriæ, arduum est, & ultrà. Morum certè ea esse cura debet cunctis, ut in illis excolendis multi simus, cum non excultis illis laus omnis reliqua sordeat. Paratur nomen literis, paratur rebus gestis, sed vera gloria non nisi ex virtute solâ. Omnes tuam eruditionem, mi Camdene, industriam, & judicium admirantur, nec quidem immeritò, at quod ego in te amo, mores tui sunt, quos habes candidissimos, tuam verò cultricem sapientiæ mentem medullitùs suspicio venerorque. Morum probitas ubique audit honorificè apud Christianos, apud Judæos, apud Turcas, apud omnes; & habent suum decus literæ pro usuum qualitate. *Eruditus est Moyses omni sapientiâ Ægyptiorum.* Nec abhorruit beatus Paulus ab Ethnicorum lectione. Imo eorum antiquitates & superstitiones haud contempsit, qui Aræ inscriptionem ansam concionis arripuit Athenis. In Phalero autem, uno è portubus urbis, aræ illæ erant, quæ Θεῶν ἀγνώστων vocabantur, docet Pausanias. Propterea si sapientiæ & scientiarum in Britannia nondum cœlitus edocta lineamenta enucleatiùs exposuero in Historiis meis, qualia apud priscos cum Druydes, tum Saxones (parentes nostros) ea extitisse comperero, haud perperam ego aut inutilitèr bonas horas trivisse judicer, utpotè quæ ad bonam mentem suo more fecerint. Sed cur hæc ego apud te quasi rationem consilii

consilii redditurus, qui vel maximè laudabis atque promovebis illud? Te verò Philosophiæ antistitem & vitâ Philosophum, quà philosophor, destino defensorem: quem semper expertus sum amicissimum. Cum enim potentium amicitiæ (non tamen eorum culpâ perpetuò, sed infelicitate potius) tam ardua & operosa captatio sit, tam lubrica ejusdem, & malè fida plerumque statio, ut nihil ferè propius absit ab extremâ insaniâ, quàm tuta diligentibus ultrò ambire eam; ad hoc, cum ipsi etiam, qui *clausi* dicuntur, non adeo claudantur fluvio suo Sabbatico, *Judæi*, ac viri magni à suis undique ambactis & familiaribus, quorum in studiis atque votis hoc summum est, aut ut soli gaudeant Domino suo, aut ut eo nisi per illos nemo; vapidâ mortalium libertate, dignitate perditâ, ad mentis bona festinus convolavi, illorum ope (duce & auctore Deo) instauraturus in me quicquid res extrà positæ labefactaverant. Et sanè fausta hora. Protinus enim didici captivos mortales ductos, secundum illud Esaiæ capite quarto, *Captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam*, & fortunæ plus æquo obnoxios & sequaces dignitatis humanæ decus prodidisse. In literis porrò, quæ ad sapientiam non ducunt, nescio quid infantilis inesse perspexi, ut impurus ille Petronius haud inscitè dixerit, *Ego adolescentulos existimo in* * *scholis stultissimos fieri, quia nihil ex iis, quæ in usu habeamus, aut audiunt, aut vident:* adeo (quod proximè observaram) ut *cùm in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos.* Nec injuriâ querimoniam instituit postea, *quod umbraticus doctor ingenia deleverat.* Nequicquam tamen à Petronio aut ejus similibus mens bona petitur. Tu (Domine, cui maturavit senectutem bono patriæ impensus labor) securus de immortalitate nominis maximè curas meliorem illam animæ. Quippe qui Philosophiæ peritissimus, scias quæri in nostrâ (quod Tertullianus doctissimè notavit) non vitæ solùm regulam, sed salutem. Vale. *Londini* xiv Julii Anglorum CIↃ. DC. XIX.

*Intelligit declamatoriis.

CCXX. Gul.

CCXX.

Gul. Boſwellus G. Camdeno.

SIR,

THE other day Meſſieurs *du Puy* and *Limery* acquainted me, how it pleaſed you to honour me in your letters to them : and be aſſured, that howſoever I was theirs before, yet your recommendation trebleth my devotion and ſtudy to ſerve them in whatſoever they ſhall command. I have ſent you two pacquets of books by *Margram* the Poſt from Monſ. *du Puy*, and would accept it as a favour and eſpecial argument of your love, to be employed unto him, or in any other kind by you ; for no man living more religiouſly reſpecteth your admirable worth, nor can with greater ambition deſire to be accounted one of yours ; with which and my prayers for continuance of your perfect health, I remain,

At your command,

Will. Boſwell.

My Lord Ambaſſador, with his brother Mr. *Henry Herbert*, willed me to remember their beſt affections to you.

From *Paris*,
July $\frac{25}{15}$. 1619.

CCXXI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

JE me rejouis infiniment à la reception de vostre paquet du mois passé, pour les bonnes nouvelles qu'il vous pleust me donner de vostre reconvalescence, apres un si long silence, dont j'estois deja bien en peine; & apres une grande maladie comme a esté celle que vous me dites, dont Dieu vous a fait la grace d'echapper: lequel je prie vous vouloir confirmer en aussi bonne santé & aussi longue & heureuse vie, que tous vos amis & serviteurs vous souhaitent. Je receus veritablement un paquet vôtre il y a bien quatre moys, avec un livret d'*Armoiries*, & des *portraits* en taille douce fort curieux, dont je vous remerciay tres humblement à l'heure mêmes, comme de chose, dont je me sentois grandement vôtre obligé. Et suis bien marry maintenant de voir, que mes lettres & tout plein de petits livrets du tems que j'y avois joint, ayent esté perdües, ne sçachant à quoy l'attribüer, si ce n'est, que le bruit de vostre maladie ayt fait que quelqu'un se soit licentié de retenir vôtre paquet. Ce ne fut pas Margarin, qui le me rendit, ains un autre, & plus de deux moys & demi aprés la datte d'iceluy, dont je me plaignois à vous, & en fis tant de reproche à celuy qui me le rendit, que j'entre en soupçon que ce n'ayt esté possible l'occasion de faire perdre ma responce. Tant y qu'il ny a pas grande perte Dieu mercy, & qui ne se puisse aisement reparer, & de fait je vous renvoye un autre recueil, un peu plus ample, que celuy qui s'est perdu, & assorty de ce qui est arrivé depuis. Je ny ay pas remis l'epistre de Monsieur Saumaise *de Suburbicariis*, parce que Monsieur du Puy m'a dit vous en avoir envoyé un exemplaire: je ne sçay, s'il aura esté plus fortuné que le mien à vous tomber en main. Il s'en imprime un autre du Sieur Aleander, que je vous envoyeray aussi tost, qu'il sera achevé. Il ne me souvient plus des autres livres, que j'y pouvois avoir mis pour les remplacer; mais ce ne peut pas estre chose, qui importe beaucoup. En revanche je vous envoye maintenant *L: Ceremonial de Monsieur Godefroy*, avec son *Bayard* refait & melioré. Et comme j'acheptois le livre de Monsieur de S. Marthe pour le vous envoyer, aussi tost qu'ils

s'en apperceurent, ils me prierent de le vous envoyer à leur nom, & le voulurent accompagner de la lettre qui ſera cy jointe tellement, que c'eſt a eux & non à moy, que vous en pouvez ſçavoir le gré.

Au ſurplus, ſi toſt que j'eus vôtre paquet, j'envoyay à Monſieur du Puy ſon exemplaire de l'*Hiſtoria Tridentina*. C'eſt à dire, celuy qui eſtoit le mieux relié, dont il fuſt bien aise, & vous en fait reponce. Et garday l'autre pour moy, dont veritablement je vous ſuis infiniment redevable ; car ſur le bruit qui en eſtoit desja icy, j'en avois grandiſſime envie, & vous aſſeure que j'ay bien pris du plaiſir à le voir, & ne penſe pas, que le nom de l'Autheur ſoit fidele, ains incline fort a croire ce qu'aucuns diſent, qu'il eſt de *Fra. Paulo Servita.*

C'eſt une tres belle piece, & laquelle eſtoit capable d'un grand effet, & d'avoir un grand cours, ſi celuy qui l'a fait imprimer, euſt peu ſe contenir dans la même moderation de l'Autheur, & s'abſtenir non ſeulement de l'arraiſonnement qu'il a ajouré au titre, & des mots piquants & partiaux, qu'il a entrelaſſez en l'indice des matieres: mais auſſi de ſon epitre liminaire, & de ſon nom tout a fait ; puis qu'il eſt deja ſi deſcrié parmy ceux, qui ne ſont pas de ſon avis, qu'il décreditera ce grand ouvrage icy, & l'empechera d'avoir cours, comme il euſt poſſible eu entre les mains des Catholiques mêmes, voire juſques dans l'Italie. On a eu grand toit ſous correction de n'avoir cet égard à la premiere edition Car il eſtoit bien aiſe par aprés a une ſeconde d'y adjoûter ce qu'il euſt voulu pour s'accommoder à ceux de ſon partie. Et cependant l'ouvrage euſt eſté beaucoup mieux receu deça la mer.

Ce fuſt Monſieur du Cheſne, qui vous envoya les deux exemplaires *Rerum Normannicarum*, & qui les avoit accompagnez d'une lettre, qui s'eſt perdue dans mon paquet. L'un eſtoit pour vous, & l'autre pour Monſieur Cotton ; & pour les cayers du commencement & de la fin, vous les aurez eu depuis par la même voye que les livres. Ils eſtoient en grand papiere tous deux, & l'aſſortiment des premiers & derniers cayers eſt de meme grandeur de papier. Monſieur du Cheſne ſera bien marry de la perte de ſa lettre, & du retardement des cayers, & m'aſſeure, qu'il vous reſcrira ſi toſt, qu'il ſera de retour d'un petit voyage, qu'il eſt allé faire en Champagne. Sur quoy je finiray aprez avoir renouvellé mes tres humbles prieres a Dieu pour vòtre ſanté & longue vie, & vous avoir ſupplié de m'entretenir aux bonnes graces de Monſieur Cotton, à qui j'eſpere renvoyer ſa Geneſe

au

au premier jour : mais ce ne ſera pas que je ne ſois bien aſſeuré de la ſeurté de celuy, qui s'en chargera. Car j'ay cela trop a cœur, demeurant,

Monſieur,

De *Paris* ce 15. Juillet *1619.*

Vôtre tres humble & tres obligé ſerviteur,

De Peireſc.

Le P. Fronton attend bien impatiemment pour l'edition de ſa Bible, que ce Monſieur Patricius Junius luy a promis long tems y a *des commentaires de Theodoret ſur les Pſeaumes*, ſeulement depuis le Pſeaume XLIV. juſques au LIV. & depuis le centieſme juſques au CXXXVI. qui eſt ce qui luy defaut en ſon exemplaire, ayant d'ailleurs tout le reſte. Je vous ſupplie de l'en faire ſouvenir.

Ce paquet doit aller par voye d'un de vos amys de chez Monſieur voſtre Ambaſſadeur, que vous avez recommandé à Monſieur du Puy, & qui ſe charge d'en faire retirer votre réponce, & de la nous faire tenir.

N'oubliez pas, je vous ſupplie, la recherche *des titres de Liſieux*, dont je vous ay prié ſi ſouvent.

Il y aura deux paquets ſeparez pour la commodité des porteurs.

CCXXII.

D. Henricus Bourgchierus G. Camdeno.

Worthy Sir,

IN the time of my being in *Devonſhire* with my honourable kinſman, the Earl of *Bath*, I was ſometimes by my letters troubleſom unto you, as I was often by my ſelf when I was there with you. Once ſince my coming into this Kingdom I ſaluted you, and would ofter, if this place had afforded me ought to write of worthy your knowledge. Whatſoever falls out here memorable, flows from that fountain, and we have it but as a ſtream. Our kind friend Maſter Dr. *Uſher*, the Phœnix of this kingdom, is ſo wholly employed in

exercising his function by preaching and reading, that he hath not one spare hour to apply himself to write in, which he much desireth. Here are many, that desire much to see their Countrey story more exactly written than it hath hitherto been: but none dare adventure to undertake it. There will something shortly be published concerning *the antient Religion of Ireland*, and the *Succession of the Bishops* thereof. If you have any thing concerning the first erection of Bishopricks here, or the succession of Bishops, I pray you, according to your wonted candor and favour to Antiquities, communicate it with your friends. We envy the glory of *England* in that kind, and will attempt somewhat in our own. I hope you shall shortly see a volume of *Irish Writers*, which yet never saw light. I hope towards Winter to see you in *England*: I am now going into *Munster* about some of my private affairs. How outragious the element of Fire hath been in some Towns of that Province, cannot be news to you. In *Limerick* 800 houses consumed with fire about the 10th of *May* last; in *Kilkenny* about the same time 200; in *Clonmel*, *Corke*, and *Fedarte* not a few. God send you many and happy days, that your friends may long enjoy you; and among the rest

Dublin 15 July 1619.

Your true affectionate friend,

Will. Bourgchier.

I pray you present my love and service to my Lord *Carew* in your next visitation. *Iterum vale.*

CCXXIII.

P. Puteanus G. Camdeno.

Monsieur,

PUis que vous trouverez dans ce paquet quelque discours en nostre langue, j'ay pensé vous devoir encor faire celle cy en François en continuant, sçachant bien, que vous l'entendez sans peine. Je vous envoye donc un extraict de la Preface du livre de Monsieur Berger avec la lettre, qu'il m'a escrit sur ce suject, ou vous verrez son desfein.

sein. Je croy qu'il fera bien, & le jugerez ainsi par l'eschantillon de ce que je vous envoye; il m'a envoyé sa Preface entiere, mais j'ay creu estre superflu de la vous envoyer. Je vous ay fait tenir deux gros pacquets, que Monsieur de Peresc nostre commun amy m'avoit baillé pour vous faire tenir. Monsieur Boswel Secretaire de vôtre Ambassadeur, qui est de mes amis, s'en est chargé tres volontiers; vous l'en remercierez, s'il vous plait, prenant plaisir de vous servir. Vale, Vir clarissime & amicissime, & me ama, qui te plurimum colo. Datum Lut. Paris. 2. Augusti cIɔ. Iɔc. xix.

Tuus,

P. Puteanus.

Mes recommandations, s'il vous plait, à Monsieur le Chevalier Cotton.

CCXXIV.

V. Cl. & optimo, D. Guil. Camdeno, *M. F.* Limerius *S.*

COmmodùm è prædiolo nostro revertebar, mi Camdene, cum ego accepi tuas, solitâ tuâ benevolentiâ & humanitate plenissimas, eoque gratissimas, quod de restauratâ valetudine tuâ abundè nunciabant. In domesticis nostris tricis etiamnum versamur, vixque illigatum huic triformi Pegasus aliquis me expediet Chimæræ. Fero tamen, & Deum sic de me statuentem volens sequor. At resp. sollicitum habet me magis. In novos identidem fluctus revolvitur hæc navis, & inter partes subnascentia suspicionum germina fidem interturbant, nec scissuram animorum coalescere sinunt. Hæc tamen cum scriberem, venturam in aulam Reginam matrem sperabant. Quin ut illi præparatior & gratior præiretur via, Deageantium Luinii præcipuum consiliarium, hominem Reginæ maximè invisum, ab aulâ & negotiis Jesuitarum maximè artibus summotum dicebant. Cæterùm Picardiâ se abdicat Longavillæ Dux in gratiam Luinii, eique

eique compensationis ergô Neustria regenda demandatur, & CCCC. M. librarum Turonensium numerantur: quin & acceptis aureorum C. M. Villarsius Hodeneus Diepæ præfecturam eidem Longavillano tradit. Rex post longas & Parisiensibus nimium molestas moras huc tandem reversurus creditur: nisi quæ hîc incipit grassari contagiosa lues iter præpediat, & in Fontebellaquense secretum compellat. In re Bearnensi jam altum silentium, & nisi quid Jesuitæ & id genus homines turbent, ad pacem inclinat. Cæterum D. Edvardum Herbertum Legatum M. B. Regis, & Bosvillium ejus Secretarium invisi, & utrumque tuo nomine, sicut jusseras, quam officiosissimè salutavi; te resalutant. Quod autem ad Avunculorum meorum olim in Angliâ legationes attinet, mi Camdene, humanissimè facis, qui illas summâ fide & integritate ab optimis viris initas silentio minimè prætermittendas duxeris, ideoque me tibi devinctissimum libens profiteor. Antonius & Franciscus Moreti Reavii fratres fuere, amore & moribus integerrimis inter se conjunctissimi. Ille quidem, qui missus ad R. Elizabetham ab Henrico IV. de auxiliis summittendis acturus, anno M. D. XC. aut sequentibus fuit, qui & biennio post in Carnutibus vivere desiit. Hic, qui apud eandem Reginam eidem Regi anno M. D. XCVI. Legatus assiduus, fidelem & strenuam operam præstitit: quem & novissimè fatum explesse audiisti. Si quid autem in utriusque schedis, quas plurimas reliquerunt, lucubrationibus tuis dignum occurrit, mi humanissime Camdene, non negligam mittere. Vale interea, candidorum & doctorum candidissime & doctissime, & me & te & tua suspicientem amore quo soles prosequere. *Lut. Paris.* III eid. VItiles. 1619.

CCXXV. N.

CCXXV.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

J'ay fait à Monsieur Spelman les offres que je devois de mon service, en suitte de ce qu'il vous pleut m'en écrire par luy. Et luy ay baillé neuf ou dix lettres d'Addresse, à cez Messieurs de nôtre Province, qui portent les armes & le nom si semblables à vos Frowics d'Angleterre, lesquels luy feront je m'asseure aussi favorable accueil, & autant de caresses & de bon traitement, comme ils doivent à un personnage de sa qualité & de son merité. Vous en pouvez asseurer Monsieur Spelman son pere. Il me bailla un cayer d'epreuve d'un excellent ouvrage de Monsieur son pere, intitulé *Glossarium Archaiologicum*, & me dit que bien que l'ouvrage fut achevé de composer, ce neantmoins Monsieur son pere estoit fort irresolu, sçavoir s'il le laisseroit imprimer ou non ; si ce n'est qu'il apprist, que les curieux de pardeça l'en trouvassent digne : qui est une modestie merveilleusement grande, apres un si grand travail que celuy la. Je le fis donc voir à Messieurs Rigault, Bignon, Maussac, & Gaulmin, comme gens qui avoient esté curieux de Glossaires, lesquels furent scandalizez de voir le scrupule de l'Autheur, & m'en envoyerent leur avis par escrit, dont je fus tres aise pour les pouvoir faire tomber en main de Monsieur Spelman mêmes, & luy donner le courage de ne point frustrer le public du fruit, qu'il doit attendre de l'usage d'une si belle oeuvre. Je vous envoye leurs lettres pour les luy montrer, si le trouvez à propos ; & ne puis que vous conjurer d'y aider de vostre coté, pour animer ce personnage à publier ce beau recueil. Vous verrez entre autres particularitez, l'ingenuité de Monsieur Bignon à advoüer une faute qui luy estoit echappée en son Marculse, & les jolies observations dont il me faisoit part à propos de celles de Monsieur Spelman : ensemble les lieux difficiles, dont il desireroit avoir l'avis de M. Spelman. Je vous supplie de se rendre son intercesseur, pour luy faire obtenir cette gratification par avance en attendant l'edition de l'oeuvre entiere. Vous l'obligerez infiniment & moy quant & quant luy, qui participeray aussi bien au plaisir de voir l'éclarcissement des

choses

choses si curieuses & si difficiles, comme à l'obligation. J'en escris moy même un mot à Monsieur Spelman, que je vous supplie accompagner de la recommandation, qu'il luy faut pour le faire recevoir en bonne part, comme d'une personne, qui a un grandissime desir de le servir luy & tous les siens, ainsin que j'ay commencé de le temoigner à Monsieur son fils. Et crois qu'il ne tardera pas d'en ressentir des effets, puis qu'il s'en va droit en Provence, comme il m'a dit, ou je m'asseure que mes parens & amis le serviront possible mieux, que je n'ay peu faire icy. Au surplus je suis bien aise, qu'ayez receu les fagots de livres, que je vous avois envoyé. J'en ay apprelté deux autres long tems y a, mais l'absence de Monsieur Boswel en a retardé le partement. Il y a entre autres un recueil des *seaux & monnoyes de France* depuis St. Louys, comme celuy que vous envoyastes l'année passée de celles d'Angleterre. Vous aurez le tout au premier jour, Dieu aidant, & je demeureray,

De Paris ce 11. Septembre. 1618.

Monsieur,

Vostre tres humble serviteur,

De Peiresc.

Vous aurez sçeu l'entrevüe du Roy & de la Reine mere, & comme toutes choses se vont, Dieu mercy, r'habillant petit à petit.

CCXXVI.

D. Henricus Spelmannus G. Camdeno.

SIR,

THough I thanked you before for your letters in behalf of my son into *France*, yet I must now double them; for he hath found singular courtesie at the hands of the Gentleman, to whom you commended him, and hath received from him nine letters of commendation to the Gentlemen in *Provence*, that enquire after the race of our *Frowicks* in *England*. I pray take notice of it, that if your occasion be to write again to that Gentleman, you pass it not un-

unremembred; though I purpose, God willing, to signify my own thankfulness also by my own letters, when I have received a note from him, which, as my Son informeth me, he enclosed in some letters directed to you. If any such either be, or come to your hand, I pray direct it to be left for me at *M. Heathers* in *Westminster*, whither I will send to enquire after it: for I would gladly receive it before *Monday* come sevennight, being then to take my journey into *Norfolk*.

My Son also writeth to me, that he found much courtesie at the hand of my Lord Embassadour's Secretary, Mr. *Boswell.* I thank him heartily for it, and would willingly requite it either by my self or by my friends. So not expecting to see you before my return, I commend you to the chiefest protection, resting

Your ancient and assured Friend,

Henry Spelman.

CCXXVII.

Janus Gruterus G. Camdeno.

VIrorum amicorumque candidissime! Exilui gaudio visis tuis datis vii. Augusti; etsi non omnino indices restitutæ valetudinis, at quæ eam spem mihi facerent, paulò pòst fieri posse quiete & dietâ. Certè precor supremam Providentiam te diu tibi, tuis, nobis, Britanniæ toti, imò adeò Reip. literariæ sospitet mente sanâ in corpore sano: quandoquidem juxta proverbium, *non est vivere sed valere vita.* Fetherstonum tuum non vidi quidem, sed rectè tuas curavit. Acetum veritatis non nostro demum seculo nimium dolet ulceribus eorum, quibus adhibetur, sed idem omnis ætas vidit; quare non est, quod ideò desistas à proposito. Posteritas judicabit sine odio, sine studio: ea tibi sit, mi Domine, ante oculos animi. Nescio an meas receperis, quâ Vogelinus typographus rationem modumque præscribebat, si aliquid apud nos edere velles, receptis ad te exemplaribus omnibus. Hac in re aut aliâ quavis, si tibi aut usui esse possum aut voluptati, tanquam pater impera filio: nulla in re deerimus deside-

rio tuo. Electore nostro electo in Bohemiæ Regem, heic omnia fluctuant: quo res evasura sit, Dei est in manu. Nos interim quieti & solitudini nos involventes, suetâ reverentiâ musas prosequemur ac gratias: quorum & contubernium scio animo tuo acceptissimum. Plura volebam, debebam etiam: sed Francfurti in nundinis nullius minus sum quàm mei ipsius. Itaque ignosces, Vir summe, brevitati; nosque habebis porro pro eis, qui virtuti, doctrinæ, famæque tuæ devotissimè favent. Salve igitur diu, ac vale à Grutero tuo. 23 Septemb. 1619.

CCXXVIII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

J'avois le pied à l'etrier pour m'en aller voir Monsieur le Garde des seaux a trois lieües d'icy, quand le sieur Cramoisy m'a apporté vostre lettre du 24. Aoust avec le livre des *oeuvres du Roy de la grand Bretagne* en grand papier, disant que l'on demandoit la réponce dans demain. J'ay esté bien marry d'estre surpris en si mauvaise commodité, parceque je vous eusse envoyé un petit fagot de livres, qui est tout prest long tems y a, si j'eusse peu parler au porteur: mais il faudra attendre mon retour. Cependant je vous remercie par un million de fois de cette rare piece, qui est grandement precieuse & digne d'un si grand Autheur; nous avions en icy par le commis du sieur Bill, mais ils n'estoient qu'en petit papier, plus court de trois doigts. De sorte que je seray bien jaloux de cet exemplaire, n'en estant venu aucun autre en cette ville de si beau que cela. Je ne regrette que l'incommodité que ce vous est, & que je ne vous sçaurois envoyer rien qui vaille. Je vous remercie encore tres humblement de la recherche, que vous avez faicte, *des titres de Normandie*, & vous renvoye l'inventaire, que vous m'en aviez envoyé, lequel j'ay fort heureusément rencontré, nonobstant la presse, où je suis presentement. Monsieur Seldenus a grande raison de se plaindre de moy, s'il n'a point eu de mes lettres depuis les siennes dernieres; car je luy ay escrit par deux fois, & à mon retour luy ecriray derechef, & vous prieray de les luy faire rendre vous même, pour eviter

eviter, qu'elles ne s'egarent. Je laisseray à Monsieur Cramoisy le fagot, pour voir s'il le pourroit faire prendre à Marguerin, qui me fuit, & n'ose se venir presenter à moy, parce qu'il n'a pas bien tenu sa promesse. S'il le porte, vous y trouverez quelques pieces, que j'ay remplacées au lieu de celles du fagot, qui s'egara le carême dernier, & avec icelles un exemplaire *des monnoyes de France* recueillies par feu Monsieur l'Autier, General des Monnoyes, que je vous supplie faire bailler de ma part à Monsieur Cotton avec mes tres humbles recommendations : & luy dire que si tost que le mal cessera un peu en cette ville, & que Monsieur Vostre Ambassadeur, qui s'est retiré aux champs, y reviendra, je tacheray d'apprendre de Monsieur son secretaire quelque commodité bien asseurée pour luy renvoyer sa Genese. Car je ne la veux hazarder legerement par simples Courriers, qui ne soient de connoissance. J'estois apres à recouvrer un autre exemplaire des mesmes monnoyes pour vous ; mais Monsieur du Puy veut, que vous ayez le sien : & m'a asseuré, qu'il le vous envoyeroit, s'il ne la desja fait. C'est Monsieur Autin Conseiller au Chastelet de cette ville, qui les a fait imprimer seulement pour luy & pour quelqu'un de ses plus familiers, n'en ayant fait tirer qu'une ventaine d'exemplaires, qui luy sont presque aussi tost echappez des mains. Il auroit grande envie de recouvrer un Exemplaire des votres d'Angleterre, pareil à celuy que vous m'envoyastes l'année derniere, s'il s'en pouvoit avoir. Mais je luy ay dit, que n'ayants esté tirées que pour l'usage particulier de Monsieur Cotton, difficilement s'en trouvera t'il d'avantage ; toutesfois il me luy a fallu promettre de vous en ecrire un mot : excusez m'en s'il vous plait. J'ay envoyé votre lettre chez Monsieur du Puy pour la luy faire tenir aux champs, où il est allé pour un mois ou deux ; & feray semblablement tenir celles de Messieurs de Sancte Marthe qui sont en Poictou. Il y a quelques jours, que je vous ecrivis par le fils de Monsieur Spelman. Vous aurez sçeu le succez de l'entreveüe de Roy & de la Reine sa mere. Elle est depuis allée à Angers, & le Roy est venu à Chartres, & s'en vient à Fontainebleau. Madame sa soeur est partie pour s'en aller embarquer à Marseille sur les galleres, & aller à Nice passer l'hyver. Il se parle bien maintenant de l'election du Prince Palatin à la Royauté de Boheme ; ce qui ne sera pas mal receu à mon avis en vos Cartiers. Il faudra voir le succez. Cependant je demeureray, Monsieur, *Vôtre tres humble serviteur,*

De Paris ce dernier Septembre. 1619. De Peiresc.

 CCXXIX.

CCXXIX.

Janus Gruterus G. Camdeno.

Salve plurimum Senex venerande, Amice primarie.

ROgatus ab Chamberlano vestro, nunquid vellem in Angliam ? tu solus statim occurristi, quem sine singulari salute dimittere neque poteram neque debebam. Nuperas meas accepisti, spero, Francfurto raptim exaratas per Billianos. Ut eæ valetudinem tibi vovebant integriorem diuturnioremque, ita & idem istæ confirmant geminantque. Jam vel operæ pretium erit vivere, quei videamus rerum motarum catastrophen. Fati enim merâ vi & rationis omnimodæ, illustrissimus noster sese accinxit ad coronam Bohemiæ ultro ipsi oblatam. Conatus is in duas partes abripiet totam Europam. Et, aut omnia me fallunt, aut certamen ibi certabitur, utrum Pontifex Romanus iterum fiat *servorum servus*, aut maneat *dominorum dominus*. Si concordia & ambitio nostra non interturbant, rem factam habemus, auspice & duce Jesu Christo: qui ne sic quidem causam suam negliget. In summâ, ver proximum habebimus tumultuosissimum. O si Henricus IV. Galliarum Rex aliquantulum tollere posset caput è sepulchro ! quam avidis auribus, quam propensione vehementi inclinasset in nostrum, infensissimus domui Austriacæ, cui cometa nuper aliquid minatur narrandum populis, dum sol, dum luna tenebunt suum cœlum. Ego interim Diogenis more volvam dolium meum literarium. At tu etiam non adeò avelleris scio à musis, à gratiis, quietissima numina amantium otium & tranquillitatem, quam tibi, mi Domine, unaque nobis opto voveoque longùm, longùm. Perofficiosissimè saluto viros primarios, D. Wottonum, D. Cottonum, D. Lesierium, D. Savilium, item, si adhuc in aulâ aut circa eam, D. Aitonum, D. Lakium. xvii Octobris stilo Juliano 1619. *Heidelbergæ.*

Doctrinæ, virtuti, gloriæque Camdenianæ faventissimus,

Janus Gruterus.

CCXXX. Pe-

CCXXX.

Petrus Puteanus *Cl. V.* Gul. Camdeno *S.*

LIteras tuas Chesilhursti xxviii. Aug. datas jampridem accepi, amicissime virorum; responsum diu distuli fateor; in causâ fuit Bosvilii nostri absentia, & etiam nostra, qui pestis vitandæ causâ, citò, ut volunt medici, fugimus. Interea Bergerium urgere non distuli, ut opus suum Geographicum absolvat, & in publicum edat: responsum expecto. Vidi *opera Regia* Lat. à Billio hîc allata: opus verè Regium. Avidè expecto *Historiam Concilii Tridentini* Latinam propter appendicem solam, erutam ex Bibliotheca nobilissimi R. Cottoni. Nam Italica editio valdè mihi perplacet: nativa enim quædam gratia in eâ elucet, quam frustrà, ut puto, exprimere tentabit Newtonus vester: narratio item facilis, jucunda, perspicua, quæ Lectores suos rapit & suadet. Vale, eruditissime amice, & tui amantem ama. Sed quando reliqua *Elizabethæ* videbimus? & quam præclarè de omnibus merebere, si nos diu eâ nobilissimâ parte Historiæ carere non patiare! Iterum vale, & nobilissimum Cottonum, nisi grave est, meo nomine saluta. *Lutetiæ Paris.* Non. Decembris. cIↃ. IↃc. xix.

CCXXXI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

J'ay estè quelques semaines diverti en certains petits voyages, qui m'ont empeché de m'acquitter de mon devoir en vôtre endroit. Je pense, que vous aurez cependant receu le fagot, qui vous fut envoyé si long tems y a, où est le livre des monnoyes. Et que Monsieur Spelman sera de retour de son voyage des champs, ne cessez point, je vous supplie, de l'exhorter à l'edition de son Glossaire. J'ay communiqué à Messieurs de Maussac & Bignon vôtre observation sur la

la mesure ADA pro HIDA : lesquels approuvent entierement votre conjecture comme chose tres apparente. Ils desireroient bien de sçavoir à peu pres la contenance moderne de cette mesure HIDA, dont l'usage est demeuré en vos quartiers, s'il est possible de le sçavoir. Ils se tiennent grandement obligez à Monsieur Spelman des complements, que je leur ay faits de sa part, & sont fort serviteurs, & fort desdiez à ce grand personnage. Monsieur son fils a esté en Provence ou il a veu la plus part de ces Messieurs de Fourbin ; mais il les a desobligez d'y vouloir faire si peu de sejour : il s'est embarqué à Toulon pour aller à son voyage en tres bonne disposition de sa santé.

Je vous supplie de vous souvenir de la priere, que je vous avois faite dernierement pour le fait des traitez entre les deux Royaumes de France & d'Angleterre, desquels je voudrois bien avoir un indice exacte selon l'ordre des tems de tous ceux qui se trouvent, seulement la datte & les noms des Roys, qui les ont faits entr'eux.

Au surplus, il ne se parle à present en cette Cour, que de la Creation nouvelle, que le Roy va faire le dernier jour de ce mois, de soixante quatre Chevaliers de l'ordre du St. Esprit tout d'un coup, dont vous aurez maintenant le rolle ; & aprez l'affaire achevée je vous en envoyeray la ceremonie, Dieu aydant. Nous avons de nouveau un gros volume in folio de *l'histoire medisante du sieur d'Aubigné*, que je vous feray tenir par la premiere commodité. Cependant Je vous supplie de me continuer l'honneur de vos bonnes graces, & de m'entretenir en celles de Monsieur Cotton : sa Genese est toute empacquetée, mais je ne suis pas resolu de la commettre a personne, qui ne soit de bonne connoissance. Et suis toujours,

Monsieur,

De *Paris* ce 24 Decembre. *1619.*

Vôtre tres humble & tres obligé serviteur,

De Peiresc.

CCXXXII. D.

CCXXXII.

D. G. Camdeno, *V. C. & eruditissimo*, *M. F.* Limerius *S.*

CEssationem à scribendo non excuso, mi colendissime Camdene, absentiam potius accuso, quæ curriculum literarum mearum hactenus interturbavit. Nunc ad Urbem & ad officium reversus, tu mihi inter primos salutandus occurris. Quid autem potius hoc anno novo, quam novum tibi obsequium & observantiam deferam? Nam quod te nostrarum rerum participem expetas, mi Camdene, privatæ nonnihil salvæ portum videntur legere: publicæ non item; hujus etenim Regni æternùm tumultuaturi fato, in novos identidem fluctus revolvimur. Occurrunt autem hæc solemnia. Conventus Protestantium ad Lodunum in Andegavis autoritate & licentiâ Regiâ indictus Edicti pacificatorii leges impleri summississimis precibus petit, nec prius, quàm quæ sibi olim & ab hoc Rege concessa observentur, & pacta malitiâ temporum & adversariorum perfidiâ violata resarciantur, prorsus dissolvi negat. Dissolutionem urget Rex, antequam ad petita respondeat. At si id faciant, res, ut præteritis Conventibus accidit, incassum cadit; & frustra posthac Edicta observari petant, cum qui eos funditùs eradicatos velint, ad clavum sedeant. Præsentia futurorum fidem faciunt; in singulis enim fermè Provinciis res ad apertam persecutionem tendunt, quibus nisi prompta & severa remedia maturiùs adhibeantur, horror animum subit, quibus propediem simus involvendi miseriis. Lodunum Mainum quendam ex gratiæ asseclis Rex misit: at quibus cum mandatis, adhuc nescitur. Sunt tamen, qui non è re Gratiosorum bellum futurum dicunt; ideoque pacata & tuta quam turbida & infida consilia potius secururos. Sed caveant sibi à Loyolitis regnantibus, qui salutis Regni omninò incuriosi, omnem movebunt lapidem, ut jam seminecem hunc ægrum vel æternæ morti addicant. Rex à creatione novorum Equitum annum novum inchoavit, quos in demortuorum locum sexaginta & amplius torque & insignibus *ordinis S. Spiri-*

tus

tus honestavit. Ad Augustini peractæ cæremoniæ magnâ pompâ. Haut desunt tamen, qui rem invidiosè suggillent, cum plus gratiæ eligentium quàm electorum meritis concessum putent. Albinius, Mallezæi in Pictonibus Præses, qui *vitam & bella Henrici* IV. Gallicè uno volumine contexuit, cum minus ad Jesuitarum palatum scripsisset, ipsorum artibus tandem effectum est, ut sententiâ latâ ignibus liber damnatus, & publicè crematus novissimè fuerit; quin Auctori dies dicta, cui, ni pareat, pœna, quæ in contumaces cadit, irroganda. Verum, ait prudentissimus Scriptor, *longè falluntur qui præsenti potentiâ credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam; cum contrà punitis ingeniis gliscat autoritas.* De Germanis autem adversus Austriacos progressibus stupendi erant rumores. Fustembergius Imperatoris Legatus auxilium petebat; sed cum res apud nos instabiles admodùm sint, vix erit, ut Rex alienis negotiis implicetur. Regem itidem M. B. quanquam naturalitèr obstrictum, iisdem negotiis immisceri recusare dicebant. Vix credam tamen non plus naturæ tribuere optimum Principem. Sed talibus supersedeo. Deus Ecclesiæ & gloriæ suæ prospiciat, & te, virorum optime, sanum & incolumem quàm diutissimè servet. *Lut. Paris.* Nonis Januarii. 1620. S. N.

CCXXXIII.

Clarissimo Viro & celeberrimo Gulielmo Camdeno, Hieronymus Bignonius *S.*

IGnoto longè ignotior salutem defero, eruditissime Camdene. Ut id auderem, fecit tum humanitas tua notissima, tum Nic. Fabricii Pereschii communis amicitia: fecit nominis tui celebritas, amor denique, à quo modestia in omnibus consilia exigi non solent. Sanè diu est, ex quo Camdenum meliore sui parte, quaque superstes posteris vivit, mihi cognitum amo, colo, veneror. Gestiebat posthæc animus teipsum, si Britanniam invisere daretur, compellare, & oculos tandem optatis vultibus pascere. Cujus rei cum nondum spes omnis exciderit, interim literis præire statui, moræ quippe impatiens, & peregrinationis non certus, quæ variis ex causis differri, aut

in

in totum omitti potest; nolui diutiùs tanto bono privari; præsertim cum nomen meum tuis literis ad Fabricium datis insertum cognoverim, occasione viri doctissimi Henrici Spelmanni tui, & quia per illum licet, audeo jam dicere, nostri. Agendæ siquidem fuerunt gratiæ tam honorificæ mentionis; & quia prima ferè votorum (hoc est, ut tibi innotescerem) successerant, ulteriùs progredi cupio, & solâ mihi suffragante humanitate tuâ, amicitiam ultro expetere. Preces suas addet, ut existimo, Fabricius noster, vir & doctrinâ eximius, & singulari humanitate prædicandus: cujus contemplatione non negabis, ut spero, aditum viro dare, qui literas amat, literatos colit, viros magnos suspicit, & inter eos Camdeni nomen propriâ inclinatione supra cæteros observat. Quod si non displicuisse hunc conatum animadvertero, tecum in posterum de studiis agam, quibus jam nesciens operam commodasti, misso *Archæonomiæ libro*, quem meâ causâ & rogatu Fabricius à te petiit & impetravit. Quo etiam nomine multum me tibi debere fateor, cum hîc quæsitum reperire non potuerim. Ejus etenim generis plurima conquiro, cum jam diu *de Juris nostri originibus* aliquid scribere statuerim. Sospitet te Deus opt. max. & incolumem diutissimè conservet. Vale, vir maxime. *Lutet. Parisiorum* vii eid. Januar. M.DC.XX.

CCXXXIV.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

CE mot n'est que pour accompagner le livre, que je vous envoye de Monsieur Aleandro, ou il y a tout plein de jolies observations; je n'y regrette qu'un peu trop d'aigreur. Mais outre que l'Anonyme avoit commencé à maltraiter Baronius & Bellarmin, & a insulter sur eux en sorte, dont il se seroit bien passé: le lieu ou reside l'autheur, l'obligeoit à une partie de ces termes. J'y ay joint certaines autres petites pieces courantes, attendant de vous envoyer quelque chose de mieux. On imprime en taille douce la ceremonie de la promotion de nos *Chevaliers du St. Esprit*, je vous en envoyeray aussi tost que tout sera achevé: comme de tout ce qui me pourra tomber en main, que je jugeray de vostre curiosité. Je vous supplie

plie de vous ressouvenir de la priere, que je vous ay faite pour avoir *un rolle des traitez de paix entre la France & Angleterre*, s'il est possible de l'avoir, & de me tenir toujours,

Monsieur,

De *Paris* ce 14. Janvier 1620.

Pour vôtre tres humble serviteur,

De Peiresc.

Monsieur Bignon vous escrit & vous offre son service ; vous connoissez sa vertu, en sorte qu'il n'a pas besoin de recommandation en vostre endroit.

CCXXXV.

Fridericus Lindenbrogius G. Camdeno.

Vir clarissime doctissimeque,

JAM olim animus fuit literis ad te meis invisere, & amicitiæ nostræ sanctè adeo atque sincerè initæ dextram, novâ subinde, ut jam retro factum, velut contesseratione renovare. Sed occasio & argumentum lectione tuâ dignum defuit : quod equidem etiam nunc melius intervenire optarem. Nunc fati inevitabilis necessitas hanc à me scriptionem exprimit ; cujus impetum nimium quantum amici mei, viri integerrimi, & jam antè meâ commendatione tibi noti, Georgius Stampelius & Hermannus Richelmannus sentiunt, qui malevolorum quorundam, ut autumo, alienis commodis insidiantium falsâ insimulatione rei sub hoc elogio delati, ac si in Regii Edicti fraudem auri vim non exiguam clàm extra Regnum evexerint : ac propterea in eâ nunc causâ sunt, ni maturè veri fides eos exoneret, ut vegrandi mulctâ plectantur. Is sanè perquam tristis casus, cum ad amplissimi hujus Reip. Senatûs notitiam pervenisset, justâ commiseratione motus statim pro optimis honestissimisque civibus suis, & ab hâc culpâ omninò liberis, non tantùm apud ipsam Regiam Majestatem ejusque illustrissimos nobilissimosque Consiliarios, sed & alios nominis magni viros per literas intercessit, eo, quo par est, cultu obsecrans,

ſecrans, ne malorum calumniæ plus poſſint, quam aliorum vita innocentèr acta. Quæ ſola etſi ſufficere videatur, ne deprecatoris ullius indigeat; tamen quàm ſæpe inſidiis ſubnervata ſuccumbat, ex quotidianis atque in frontem incurrentibus exemplis conſtat. Quas ut modò laudati amici mei tutiùs evitent, corroganda undique auxilia, atque idpropter ad te quoque accedere neceſſarium. Per amicitiæ igitur noſtræ fidem te rogo quæſoque, ut quâ apud Conſiliarios Regios Regnique proceres gratiâ polles, operam hanc mihi favorabilem dare, ac pro viris innocentiſſimis (quippe qui nullo ſatis idoneo teſte hujus criminis rei convinci poſſint: contra autem illud longiſſimè à ſe amoliri, & innocentiam rationum mercimoniorumque ſuorum libris, atque inſuper juramento ſacroſanctè approbare parati ſunt) ubi id maximè proficuum fore duxeris, benevolè intercedere ne grave putes. Id ſi feceris, ut omnino pro ſingulari tuâ humanitate te facturum confido, immenſo me beneficio devincies, atque ad omnia viciſſim officia promptum paratumque invenies. Vale, Vir clariſſime doctiſſimeque, & me amare perge. Dat. *Hamburgi* xv. Januarii A. Ch. CIↃ. IↃC. XX.

Nobiliſſimum amiciſſimumq; D. Henricum Spelmannum, ubi ubi erit occaſio, meo nomine officiosè ſalutes rogo. De alterâ tuâ parte vitæ Reginæ Eliſabethæ quid fiet, ſcire expeto.

CCXXXVI.

Eruditiſſimo Viro D. Hieronymo Bignonio Gul. Camdenus *S. D.*

CUM poſtremis communis amici noſtri D. Peireſcii literis etiam tuas accepi, comites longè gratiſſimas, quibus me tanto honore dignatus es, quantum ſperare haud potuerim. Bignonius vir tantus, de Republicâ literariâ optimè meritus, cujus eruditionem multiplicem antea in editione *Marculphi*, notiſque ad eundem, venerabar, & nuper in doctiſſimis ad Spelmannum literis exoſculabar, mihi amicitiæ fores ultro aperuit. Quantus, quantus hic erga me immerentem honor! quantus igitur meus viciſſim erga te amor eſſe debeat! Ecce lubens libenſque ingredior, & te obviis ulnis ample-

ctor, valvasque amoris & amicitiæ meæ etiam bipatentes tibi pando, & omnia officia, quæ à sene valetudinario expectari possunt, sanctissimè voveo. *Londini.* xxvi. Jan. 1620.

CCXXXVII.

M. F. Limerio G. Camdenus.

Literæ, quas anno inchoante ad me dedisti, mi Limeri observandissime, instar strenæ longè jucundissimæ fuerunt, quod à te, quod amoris plenissimæ, & quod innuunt res tuas jam vento secundiore littus legere. Utinam & publicæ apud vos! quas fluctuare doleo; utque fluctus omnes componantur ad Dei gloriam & Regni salutem, ex animo comprecor. Nos festis natalitiis Hilaria egimus. De novo Bohemiæ Rege Rex noster animi sui recessus nondum recludit, Baronem à Donaw ejus Legatum hic detinet, Comitem de Gondimara ex Hispaniâ exspectat, & nihil magis in votis habere videtur, quam ut Princeps matrimonium contrahat cum Hispanâ. Suffolcio Ex-Thesaurario faventior esse incipit: imperavit enim, ut diligentèr in ejus bona, possessiones, & debita inquireretur, ne mulcta inflicta major esset, quàm ille solvendo par sit. Liberi ejus in gratiam recepti: permisitque, ut Waldenius præfecturâ nobilium Satellitum, & Thomas præfecturâ equorum Principis denuò utantur, fruantur. Thomas Lakus Ex-Secretarius, mulctâ inflictâ persolutâ, publicè in Camerâ Stellatâ agnovit, sententiam in se superiore anno prolatam fuisse justam, eo quod crimen turpe, odiosum, & scandalosum in Exoniæ Comitissam admiserat: se autem ex crassâ credulitate, indulgentiâ, & ignorantiâ, caussæ Dominæ Roos filiæ patrocinatum esse. Præterea agnovit se in Regem & Regni leges gravitèr peccasse, incarcerando unum & alterum in rem suam; professusque se ex animo dolere caussæ tam turpi, odiosæ, & scandalosæ patrocinatum esse, Dominos rogavit, ut apud Regem pro gratiâ intercederent. Vale. viii. Febr. 1620.

CCXXXVIII.

CCXXXVIII.

Andreas Schottus G. Camdeno.

MItto ad te, clarissime Domine, Philotheum *de mundi contemptu*, duplici nomine, cum quia Anglicus, ut equidem nullus dubito, scriptor est; tum quia de Auctore semel iterumque te consului; quod in catalogo MSS. Britanniæ observassem istic esse, sed etiam, ut in meo codice, è Bataviâ ad me allato, ἀνώνυμος esset Rogerium Londinensem Episcopum, intereà dum ad verum per te evaderem, appellare ac Philotheum, Salviani Massiliensis exemplo, placuit. Quamobrem majorem in modum iterum atque iterum te rogo, ut si legendo in senili nostrâ hâc ætate, atque amicis suggerentibus verum auctoris nomen nancisci poteris, nobiscum, quâ es humanitate, communices, ut soles, perbenignè. Certè hoc verè possum affirmare, non mihi modò sed & amicis omnibus impensè legendo audiendoque in tricliniis Religiosorum comprobatum Philotheum: optasseque non semel vel decem tales Nestoras in meas manus ad edendum publico commodo venire: qui nunc in *Isidori Pelusiotæ* χρυσοῤῥήμονος illius Auditoris epistolis sacris ἀνεκδότοις prope sexcentis vertendis Latinè versor: atque utinam magnâ vestrâ in Britanniâ plures latere cognoscam, beneficio magnorum virorum D. Savilii & Ric. Montacuti; quibus à me salutem, quia abes propiùs, commodo quod fiat tuo, velim nuncies, nosque amabis. *Antuerpiæ* vi. Kal. Martias CIↃ. IↃC. XX. quem vobis annum apprecor felicem.

And. Schottus.

CCXXXIX.

D. Guilielmo Camdeno Franc. Sweertius. *S. D.*

HUnc fasciculum commendavit mihi bonus pater Schottus, qui te ex animo salutat. Sumus hìc in maximo frigore. Coloniæ sunt

sunt sub prælo *Flores Justi Lipsii* auctiores; est quinta editio: brevi quoque videbunt lucem *Epitaphia* nostra *joco-seria*, inter primos exemplar habebis faventibus Superis. Salutem D. Colio, cui scribam, ubi nos reliquerit frigus. Quantus ubique apparatus bellicus pro Imperatore & contra Imperatorem! Nihil hic de Rege vestro audimus; credimus literis intentum. Palatinus meâ opinione duram suscepit provinciam. Vale, mi Camdene, & tui amantem redama. Ex ocello urbium cIↃ. IↃc. xx. i Martii.

CCXL.

V. Cl. & doctissimo, D. G. Camdeno M. F. Limerius.

LIteras tuas, eisque adjunctum munus accepi, suavissime & doctissime Camdene, utrumque gratissimum. Sic enim soles tuas literas condire, ut mel merum sapiant. De libro verò verè Regio, jam à Bellocæo nostro Anglicanum receperam: felices vos tali Rege, quem curæ Regni terrestris non avocant à solâ & solidâ curâ Regni cœlorum, quin aliquid semper doctrinâ suâ & educatione dignum pangat. Quod autem ad res nostras, conventus Lodunensis imperata fecerat Mayennensis, ut aiunt, saluti suæ fugâ prospexerat, & in Aquitaniam ad præfecturam se receperat. Rex Fontebellaqueo Aurelianum, Blesas, Ambosiam cogitabat, illic matrem venturam præstolaturus. De Luinio novo magistro Equitum novissimè creato rumor erat, sed ἀδέσποτος. De his omnibus disputabant, ut quisque animatus erat. Engolismensis in Germaniam Legatus pergebat, bellis scilicet illis componendis, adnitente præcipuè vestro Rege, qui jure agi quam armis potius consulit. Cætera Regni ad quietem spectabant. Cæterùm Bosvillus communis noster me nuper salutavit tuo nomine. Benè sit tibi, mi Camdene, qui mei tam humanitèr & amantèr memineris, pro quo carissimum amoris pignus tibi repono, hoc cor integrum. *Annales* tuos avidè expectamus. Thuani reliquos historiarum libros ad annum 1607. sperare jubemur. Vale mi observandissime Camdene, ama te redamantem & suspicientem Limerium. Lutet. Paris. iv. eid. April. 1620.

CCXLI.

Janus Gruterus G. Camdeno.

GRatius nihil à multis mensibus insonuit auri, quam Billianorum dictum, quod adseveraret adhuc vivere ac valere illud primarium magnæ Britanniæ sidus, Camdenum. Exilui sanè gaudio ; nam etsi omnia meliora vovissem super valetudine tuâ, à nemine tamen exinde quidquam de te intellexeram. Ergo soteria tibi debemus, faxitque divina providentia, aliquot adhuc annos, & mente integra & corpore sano præsis ornando orbem istum literarium, legitima musarum charitumque proles. Arbitrabar futurum, ut modò te participem facerem *Plauti* mei : sed typographicæ operæ diffugerunt ab erganâ Minervâ ad Bellonam, sono classici ejus quasi lymphati. Prodiit tamen istud contra discipulum meum ingratissimum, qui me famosissimo libello impetierat palam : qui quamvis à Senatu interiore confiscatus fuerit, tamen cum infinita exempla clam palamve dispersisset, Typographus & lucro suo consulendum putavit, unâque fideliâ etiam famæ meæ consuluit. Scilicet cometa iste nuperus ubique inter omnes omnium studiorum ordines rixas jurgiaque excitat. Utinam tantùm Bohemiâ ejectus esset hostis! optio quidem isthæc mea est, sed irritam faciet disciplina seculi nostri : ubi militiæ præfecti rapinas tantum sequuntur & lucrum longum : eaque propter quod expediri posset uno anno, different in tertium & quartum : similes scil. rabulis forensibus, quibus nihil antiquius quàm lites reddere perpetuas, suo attenti commodo, non partium. Hactenus militem in proximo nostro vidimus. Det Deus, ne videamus porro deinceps, velitque pœnitentiâ nostrâ esse contentus, remissâ pœnâ. Nihil tamen mali est, quod non meruimus. Verum parum supplicii pro grandi peccato sufficit Patri, cujus clementiæ canos tuos, mi Domine, commendo.

devotus famæ gloriæque tuæ.

xiv Aprilis cIↄ Iↄc xx.
Francfurti ad Mœnum.

Janus Gruterus.

Saluto

Saluto quàm officiosè amplissimos dominos, Wottonum, Cottonum, Lesierium, Aidium, Lacium, item ubi in eum incides, D. Savillum.

CCXLII.

D. G. Camdeno *V. Cl. & Eruditissimo M. F.* Limerius *S.*

VIdesis, mi Camdene, ne te sæpiusculè appellando molestus sim, neve obviâ & solitâ tuâ humanitate ad scribendum audacior factus, me in posterum garrulum & obstreperum nimis amicum experiâre: præcipuè cum me nunc otiosulum fortuna, & ab importunissimarum litium tricis explicatum præstet. At illa, ut tibi nostrarum rerum summam edictem, missa facio. Rex post Aurelianense diverticulum Lutetiam tandem rediit, ibi totam fermè æstatem, nisi quid aliud res ferat, commoraturus. Reginam matrem animus erat & etiam nunc est accersere, sed renuit illa, & adversam valetudinem causatur. Mayennensis nihil, nisi sibi ut fugâ prospiceret, meditatus videtur, neque de illo in aulâ aliquid inclementiùs dictum aut statutum est. Virum generosum & cujusvis injuriæ vel levissimæ impatientissimum offendisse fortunæ albæ pulli ægrè ferunt, & sibi quibusvis artibus reconciliatum volunt. Secundum Protestantium conventûs Lodunensis rogata à sanctiori Regis consilio pronunciatum iri spes erat: sed cum quæ ad manum & impletu facillima promissa non exequantur, remotiora secutura quis credat? *Albinii historiam* igni damnatam & mandatam nupèr scripsi, sed post illa scriptum aliud ab illo emanavit, quod non paucorum calculis comprobatum in paucularum horarum oblectamentum tibi mitto. Cæterum rerum Germanicarum prosperos successus læti audiebamus, & ut eodem pede semper procederent, numen comprecabamur. Interim vale optime & doctissime Camdene, & me æternùm tui amantissimum & observantissimum habe. *Lutet. Paris.* 4. Eid. Maias. 1620.

CCXLIII.

CCXLIII.

D. J. Metellanus G. Camdeno.

Clarissime Domine,

HIsce diebus dum *Elizabethæ Annales* perlegerem, in loca quædam incidi, in quibus parentis mei mentio non satis honesta facta est; jure factum nullo modo mihi possum persuadere. Quare loca quædam, de quibus maximè ambigebam, excerpsi, vestræque Dominationi censui mittenda, certiora, si fieri possit, exploraturus, quorum aliqua propriâ scientiâ, cætera literarum authoritate nixa videntur. Quare & authoritatem vestram & animum meum dubio plenissimè exemeritis, si subsequentes hasce literas conspiciendas mihi transmiseritis:

scilicet,

Epistolam illam à Parente meo, ut vos dicitis, conscriptam; de quâ pag. 67.

Item,

Autographum ab Huntilei & Argatheliæ Comitibus Elizabethæ missum, de quo pag. 115, 116.

Item,

Diplomata Delegatorum & acta conventûs Eboracensis; de quibus pag. 139.

Item,

Libellum illum, *Cameleon* nomine, de quo pag. 241. Scriptorum horum ipsa Originalia, si fieri possit, lubenti animo conspicerem, cum pollicitatione me integra conservaturum, restituendaque curaturum; sin minus, exemplaria saltem ad amussim summâ fidelitate transcripta, una cum subscriptionibus, superscriptionibus, loci temporisque annotationibus, cæterisque circumstantiis, & demum absque ullâ abbreviatione. Aliis quibusdam locis ejusdem facta est mentio, sed nullo, vel suppresso auctore, ut non alienâ sed propriâ scientiâ niti videamini. Quare gratiæ loco sum habiturus, si subsequentium locorum horum rationes à vobis pleniùs fuero edoctus:

Scilicet, pag. 94.

Delegati verò Scoti suis rationibus consulentes, ad suam apud Reginam potentiam tuendam, quasvis nuptias quovis modo interturbare statuerant.

Item, pag. 97.

Lidingtonius inter hæc in Angliâ agens, subinde Reginæ matrimonium simulatè Leicestrio proposuerat, nec non Norfolcio Duci.

Item, pag. 139.

Et hos comitabatur Lidingtonius, pollicitationibus Moravii pellectus.

Item pag. 143, & 144.

Et Lidingtonius clam innuisset, se sæpius Reginæ characteres ementitum esse.

Item pag. 241.

Si minus versatili.

Hæc præcipua sunt loca, de quibus pleniùs cuperem edoceri, quâ demum ratione quâve authoritate impulsi, libro vestro ea inserenda censueritis. Si tamen alia quædam sint, quæ nominis ejus integritati possint esse præjudicio, existimationi vestræ consulueritis, si unâ cum ulteriore eorum approbatione mihi transmiseritis, & hoc eo solummodo fine, ut veritas excussa magis enitescat.

Pag. 241.

Varia ex libello quodam famoso à Buchanano, ut vos dicitis, in parentem meum composito adducitis; Buchananum ejus æmulum appellatis, & postremo demum loco additis, *quo nomine eum viventem*, &c. quasi in verbo illo *vivente* mysterii aliquid esset collocatum. Horum omnium rationes cuperem novisse. Neque dissimulabo quorumdam sermonibus certiorem me factum, nomen vestrum Annalibus illis præfixum, quo illis major authoritas accederet, varia autem iisdem, pro aliorum arbitratu, contra historiæ libertatem inserta. Hæc si ita sint, quid æquius quam ut quisque laudis vituperiique partem pro meritis referat? Sed de his omnibus certiora à dominatione tua expecto, optimâ spe fretus, desiderio hoc meo tam pio, plenissimè & quam fieri poterit citissimè, à vobis satisfactum iri, paratus vicissim, si qua in re potero, gratiam hancce obsequiis demereri.

Bruxellis 8 Junii. 1620.

Clarissimæ Dominationis vestræ ad obsequia.

J. Maitland.

CCXLIV.

CCXLIV.

Janus Gruterus G. Camdeno.

VIrorum celeberrime, amicorum optime, Cum ob intuta viarum non excurram Francfurtum, imò cum ob belli præsentem metum Heidelbergam mutarim Brettâ, patriâ Melancthonis, quod unum restat, literario sermone convenio Camdenum meum, velut Pharum, aut veriùs Cynosuram. Et verò animus omninò fuerat per has studiorum ingratas ferias concedere in Belgium, aut etiam in Britanniam vestram; inhibuit consilium Mars Spinolæ, qui plura jam nunc obtinet in Palatinatu quàm metueram. Quare necesse est, si sævior idem ingruerit, vel Norimbergam petere, vel Schafhusiam Helvetiorum, & in hunc locum magis propendeo, quamvis & non longè indè turbæ nostris pares. Comitatus, qui aliàs mihi futurus fuerat gratissimus, nunc tantum angit, filiæ inquam binæ & nepos: cujus pater hujus loci & vicinorum Prætor ob munus suum deserere suos cogitur. Verum de his viderit stultorum magister, eventus. Nos quod possumus & debemus, hæc humana feremus, si non constantèr, at saltem patientèr; tanto quidem magis, quia novimus nos castigari à Deo, qui idem sit noster parens: eaque propter id agat in nostrum bonum: plura merueramus. Interim quicquid de me fiet, Camdenum in ore, in oculis, in corde feram assiduus. Ipsum, ut memoriam nostri comitèr servet, si rogem, peccem in naturæ ejus insignem constantiam; potius venerabor oraboque supremum Numen, vitam ei diu diuque perseveret Reip. literariæ bono. Vale & salve, O aurei seculi reliquum germen! O animo nostro senum acceptissime! Saluto perofficiosè amplissimos viros, D. Wottonum, D. Cottonum, D. Aitonum, D. Saviliùm, D. Lesieurium, D. Overallium, amicos jam veteres, ideoquè seriò colendos. Scribebam xxi. Septembr. CIↃ. IↃC. XX.

CCXLV.

Franciscus Herefordensis G. Camdeno.

LAst *Easter* Term I was in *London*, and sought you, but had not the good hap to find you. It discontented me not a little, I had no other errand but to see you. I love you, nay I honour you. We now grow old and sickly. I am afraid we shall never meet. *Fiat voluntas Domini.* But what becomes of your second part of *Elizabetha?* How fain would I see it out? Let it not die. Live you long. Faxit. You shall live the longer, if the World may see it, if perchance the World hath not already seen that of you, which shall make you immortal even in this World, except so far forth, as the World it self is mortal. Although, why do I put in that *perhaps* of that which is extra aleam? you see how delighting to talk with you, I had rather to talk idle, than to say nothing. Camdeno meo salutem plurimam. Vale. Whitborne Octob. 9. 1620.

Fr. Hereford.

CCXLVI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

J'ay receu la vôtre du huitiéme d'Aoust depuis la semaine passée par les mains de Monsieur du Puy, avec l'exemplaire d'*Aristote*, dont je vous remercie tres humblement, bien marry de ne rien avoir à cette heure digne de vous estre envoyé en revanche. J'ay esté extremément affligé de la mauvaise nouvelle, que vous m'avez donnée de la perte, que Monsieur Spelman a faite de tant de personnes, qui luy estoient si cheres tout en un coup. Je prie Dieu, qu'il le vueille bien consoler, croyant qu'il en a eu bon besoin en telle occasion. Je

l'avois

l'avois prié de me faire avoir quelque acte authentique, s'il s'en trouve, concernant l'inſtitution des Chevaliers de l'ordre de la Jarretiere : car je n'ay veu perſonne, qui en ecrive rien de bien certain. Si la Chartre du Roy qui la inſtitué ſe trouvoit, ce ſeroit principalement ce que je deſirerois de voir, m'imaginant qu'elle ſe devroit trouver dans les Archives de la Tour du Threſor, ou bien dans les Regiſtres des Rois d'armes. Quant à la *Geneſe* Manuſcrite de Monſieur Cotton, il l'auroit deja receüe long tems y a, ſans le deſir que jay eu de ne l'envoyer, que par voye de bonne connoiſſance. Monſieur Boſuel m'avoit promis pour cet effet de m'avertir, quand il s'en preſenteroit quelqu'une ; mais il ne l'a jamais fait : maintenant il eſt à la cour, mais J'eſpere qu'il ſera bientot de retour. Car on a nouvelles, que le Roy s'en revient, & que desja le train eſtoit parti de Bordeaux, pour revenir vers Poictiers. Je n'ay jamais osé hazarder un paquet ſi precieux à la diſcretion de ces Meſſagers ordinairés, parceque j'ay eſprouvé en eux tout plein d'infidelité & de mauvaiſe foy, temoin les procedures de Margarin, & les paquets qu'ils ont retenus long tems tant de vous que de moy. Monſieur Boſuel connoiſſoit une perſonne d'honneur, qui minutoit ſon retour par dela, par qui j'euſſe eſté bien plus aiſe de renvoyer une ſi rare piece. Toutefois ſi Monſieur Cotton ayme mieux, que je la confie aux meſſagers ordinaires, il ne faut que m'en écrire un petit mot, s'il vous plait, & auſſi toſt cela ſera executé : & j'y apporteray neantmoins toutes les precautions, dont je me pourray aviſer. Cependant à quelque choſe malheur a eſté bon ; car pendant ce retardement Monſieur Saumaiſe a deſiré d'en avoir communication,& y a fait de bonnes obſervations ; autant en ont fait Monſieur de Cordes, & Monſieur Bertius. Et qui plus eſt, le P. Fronton s'eſt r'avisé de quelques paſſages, qu'il avoit regret de n'avoir pas aſſez bien examinéz, depuis qu'il a fait ſon Theodoret pour preparatif à ſa Bible, & a eſté infiniment aiſe, que le livre n'euſt pas encores repaſsé la mer, & de fait il a encor entre ſes mains. Que Monſieur Cotton n'y ayt aucun regret, je vous ſupplie : Je perdrois auſſi toſt une prunelle de mes yeux, que de rien laiſſer du ſoin neceſſaire pour le luy faire rapporter fidellement, en ſorte qu'il en ayt toute ſorte de ſatisfaction. Je vous ſupplie de l'en aſſurer de ma part.

Au ſurplus,nos venons d'apprendre qu'on a imprimé en Allemagne toute l'hiſtoire entiere de feu Monſieur de Thou, il me tarde bien de voir que c'eſt. Cela m'a fait ſouvenir de la votre, & deſirer qu'elle puiſſe

puiſſe ſortir de vos mains pour le bien du public. Si celle de Monſieur de Thou ne ſe fuſt trouvée que chez luy, elle couroit fortune d'eſtre ſupprimée, car ſes executeurs teſtamentaires, tuteurs des enfants, la vouloient faire mettre dans le feu pour des interets particuliers ; Monſieur Linghelſein, à qui feu Monſieur de Thou en avoit confie une copie, a tout ſauvé. Si Monſieur Grotius nous euſt creu plus de ſix mois avant ſon malheur, il y auroit une copie de ſon hiſtoire en ce Royaume, qui ne ſeroit plus à la diſcretion de ſes ennemis ou envieux. Pour l'honneur de Dieu ſongez à la votre, & ſi durant voſtre vie vous faites difficulté de la mettre ſur la preſſe, qu'il y en ayt plus d'une copie, & qu'elles ne ſoient pas toutes de dela la mer. Je vous en conjure de toute mon affection, demeurant,

De *Paris* ce 14 Octobre. 1620.

Monſieur,

Votre tres humble ſerviteur,

De Peireſc.

CCXLVII.

P. Puteanus Gul. Camdeno. *V. Cl.*

Tuis ultimis jamdiu eſt, quod ſatisfeci ; ſed neſcio quâ malâ meâ ſorte in itinere interciderunt incuriâ ſervuli amici cujuſdam, qui apud vos peregrinandi causâ proficiſcebatur. Gratias iterum tibi ago de *Rhetoricâ Ariſtotelis* ; exemplar unum, ut juſſiſti, D. Peireſius habet. Cum de Hiſtoriâ tuâ agis, & de me depoſitario cogitas, non malè certè cogitas : fidelem enim & verè amicum hac in re experieris : tantum effice, ut tutò ad me perferatur. *Bergerii* opus abſolutum penè eſt, in tertio *Peutingeri tabulam* explicat, & cum *Antonini Itinerario* confert non injucundè, uſum utriuſque docet antehac à multis incognitum. Nondum quartum librum vidi, quia non abſolvit ; multis magis quàm magnis negotiolis diſtrahitur ; ideò ſtudia ejus protrahuntur. Si ad me ſcribere deſideras, dabis literas tuas ad D. de Beaulieu, qui ſuis ad D. Hotmannum adjunget, & ſic

& sic tutò ad me proferantur. Interea de deposito seriò cogita, & me ama, qui te colo plurimum. Vale vir clarissime & amicissime. *Lutet. Paris.* x. Kal. Decembr. cIↄ. Iↄc. xx.

CCXLVIII.

N. de Thouars G. Camdeno.

Monsieur,

JE prens la hardiesse de vous escrire ceste, non pas que je m'abuze que ne me departirés de votre bon vouloir a me favoriser & assister en ce que vous prieray & assisteray dautant que faites profession, qu'est une vertu qui regne par tout le monde ; & que par cy devant en l'an mil quatre cent dix vingt, ou trente, plus ou moins, que un Jehan de Thouars, Seigneur de Mortaigne en Poictou en France, a esté donné par le Prince de Galles aisné fils du Roy d'Angleterre, un Leopard d'or, que sont les armoiries d'Aquitaine, pour mettre au milieu de ses armoiries, qui estoient de gueule semé de travaines d'or. Parquoy il vous plaite me tant favoriser & m'honorer de me faire avoir acte & verification & eclaircissement en tel forme & maniere que vous semblera, que un tel Jehan de Thouars auroit esté beneficié d'un tel Prince de Galle, qui estoit aisné fils du Roy d'Angleterre ; & s'il y a quelques recherches ou recueil de la maison de Thouars, qui soit en vestre pouvoir à decouvrir, Je vous prie & supplie de me faire part, & m'envoyer par le porteur ou courier de ceste, lequel vous donnera toute satisfaction, & me fairez un singulier plaisir, & prieray le bon Dieu vous avoir en sa sainte grace. En haste de Bruxelles le xviii. de Janvier mil six cent & vingt & un.

Votre bien bon amy a vous servir,

Nicolas de Thouars.

CCXLIX.

N. de Thouars G. Camdeno.

Monsieur,

IL y a cinq six semaines que J'y escrit à votre Signeurie, esperant que de votre bon vouloir me favoriseres & assisterez en ce que Je vous ay prié & supplié, comme par ceste je vous supplie encore derechef a vous ramentevoir. Et comme par cidevant en l'an mil quatre cent vint ou trente plus ou moins, que un Jehan de Thouars, Seigneur de Mortaigne sur la mer en Poictou en France, a esté donné par le Prince de Galle fils aisné du Roy d'Angleterre un Leopard d'or, que sont les armoiries, qui estoient de gueules semé de travaines d'or. Parquoy il vous plaise me tant favoriser & m'honorer me faire avoir acte & verification de vostre signature ou autrement en tel forme & maniere que vous semblera, que un tel Jean de Thouars auroit esté beneficié d'un tel Prince ou Roy d'Angleterre. Comme aussi de la maison Derbye allié avecque un Reymont ou Reynart de Thouars, & s'il y a quelques recherches ou recueil touchant la descente ou vaillance de Thouars, qui soit en vostre pouvoir, de me sera part de tout recherches, que pourrez trouver. Suppliant de me faire part & m'envoyer par le pourteur de ceste, qui vous fera ramentevoir. Et le porteur de ceste vous donnera tout contentement en vous reconnoissant & en me faisant un singulier plaisir & favour, & prie le bon Dieu vous avoir en la sainte grace, me recommandant en vos bonnes graces. De *Bruxelles* le 24 de Fevrier. 1621.

Votre bien affectionné & humble a vous faire service,

Nicolas de Thouars.

CCL.

G. Camdenus Nicolao de Thouars.

Nobilissime Domine,

DE armis, quæ descripsisti, diligentèr inquisivi, & in Regiis Archivis inveni hæc verba:

Henricus Sextus Angliæ Rex concessit Bernardo Angevin uni consiliariorum Regis in ducatu Aquitaniæ, cui Rex prius dederat castra, terras, & dominia de Roasan, de Periol, & de Blasamont, in patriâ & diœcesi de Basadioz, nunc ipsum nobilitat, & eos de se legitimè procreatos, & ipsis damus arma subsequentia, quorum campus est de Azure cum uno leone de auro ungulato & linguato de gueles, ac cum decem floribus per circuitum vocatos Angevines de argento. Teste Rege apud Palatium suum Westmonasterii, 8 die Martii anno xxiii. Henrici sexti.

Hæc te scire volui: quomodo verò tu ab hoc Bernardo genus ducis, tu optimè nosti, & pro prudentiâ videris. Hoc novi, desultoriam esse levitatem apud Gallos in nominibus mutandis. 9 Martii. 1621.

CCLI.

D. Henricus Savilius G. Camdeno.

SIR,

I Have half a quarrel to you, that being lately so long together, and in so good leisure, you did not impart to me that, which it seems you have declared at large to my good Lord *Paget*, concerning your worthy purpose of founding an Humanity-Lecture in *Oxford*. Surely if you had, as he said, *aut re aut consilio aut opera juvero:* I have trod the path before you, and know the rubbs in such a business to my great pains and charge, I mean, in the means of

 setling

ſetling it upon the Univerſity in a perpetuity. I know it well to my coſt, and can give you good direction how to diſpatch it with ſmall ado, if you need my counſel. If not, I can do no more but wiſh a happy end to your honourable endeavour, and reſt always, as I have, and for ever will be,

Your aſſured Friend to diſpoſe of, and admirer of your rare virtues,

Eton 25 Octob. 1621.

Henry Savile.

Not forgetting to put you in mind of my requeſt to you, which under correction I know no reaſon you have to deny. I am ſure you might make me a happy man in my old age without any diſcontent, I hope, to your ſelf. I dare ſay we would all do our beſt that you ſhould not repent of your living here. *Iterum vale*, H. S.

CCLII.

D. Henricus Savilius G. Camdeno.

SIR,

I Send you by this Bearer, my ſervant, the Original of the Covenants between the Univerſity and me under both our Seals. I think I ſhewed you a firſt draught of them before, and even in theſe there is nothing worthy of your imitation; of ſomething perchance it may put you in remembrance, further not.

I think not amiſs to advertiſe you, that by plain Will without a Deed executed in life-time, no land will paſs to a College or Corporation, as I have heard by my Counſel. I am ſure *Merton* College hath felt it: for Doctor *Huicke*, Queen *Elizabeth*'s Phyſician, whom you may have heard on, or peradventure known, by Will left all his land of good value to his two daughters and their heirs; and for lack of heirs (as we underſtood they died without any children both) all his ſaid lands to *Merton* College, whereof he was Fellow: but Doctor *Bickley* laboured, as I have heard, much in it, and could

recover

recover nothing. So that you must fly to some such course, as I advertised you in my last, or leave it upon Feoffees, men of sincerity and judgment, that your death do not frustrate your good intention.

One thing more I will be bold to persuade you, that to the use of your Readers you would bequeath your Books of that faculty. I for my part have cleared my study of all the Mathematical Books, which I had gathered in so many years and Countreys, Greek and Latin, printed and manuscripts, even to the very raw Notes, that I have ever made in that argument, but with express charge, that they may make use of them, if there be any thing of worth in them, but never to set out any of mine in print. Many of them are as old as your acquaintance and mine, when I read in the Schools as Regent-master. The Schools now are very large and fair, and place there may be conveniently found to set up a press with locks capable of them. But that, as the rest, I leave to your better judgment, and the advice of your friends. And so with my best wishes I leave you to the protection of the Almighty, and remain

Eton 3 Nov. 1621. *Your assured loving friend to do you all service,*

Henry Savile.

CCLIII.

Tho. Allenus G. Camdeno.

SIR,

THere is a report in *Oxford* of your noble intention toward the University for the erecting of an History-Lecture with a large endowment for the perpetual maintenance of the same. If you have not already in your resolutions designed some more eminent and able person unto the place, I shall be bold to commend unto you with earnest entreaty an acquaintance of mine, one Mr. *Whear*, sometimes Fellow of *Exeter* College, and now resident in *Glocester-hall*, a Master of Arts of twenty years standing, and a man who, besides his abilities of learning sufficient for such a place, is known to be of

good experience, (having ſometimes travelled) and of very honeſt and diſcreet converſation, Of all which I make no doubt (if you pleaſe to incline toward him) but you ſhall receive ſuch ample teſtimony from the Univerſity, that you ſhall think him not unworthy of your reſpect, and ſo to be made happy by that your bounty. In the accompliſhment whereof, though the obligation ſhall principally be his, yet will I alſo account it a ſpecial fruit of our ancient friendſhip, and ſo will continue to be ever

From *Glocester Hall* this 19th of November. 1621.

Your aſſured loving friend,

Tho. Allen.

CCLIV.

Cuſtos & Scholares Coll. Novi Oxon. G. Camdeno.

Clariſſime Vir,

EManavit nuper in vulgus quidam (ut confidimus) haud incertus ſermo de tuis in Academiâ noſtrâ Oxonienſi cœptis planè heroicis, quibus id agis, ut *hiſtoriæ* non *Scriptor* ampliùs, ſed *Fundator* audias; illique immortalitatis pronubæ, quæ nomen tuum jam olim faſtis inſeruit, quaſi paria referens, ipſam viciſſim facias immortalem. Id opus quàm ſit gratum poſteris, tuoque hoc nomine & exiſtimatione dignum, & literati omnes ſentiunt, & ſuo tempore gratulabunda loquetur Academia. Nos interim minimè dubii, te in tam præclaro molimine id imprimis agitare animo, & geſtire, ut nova hæc profeſſio homini quàm ſcientiſſimo totius hiſtoriæ demandetur, doctiſſimum virum, Danielem Gardiner, noſtrum olim conſocium, ipſo muſarum nomine tibi commendandum duximus. In quo (niſi noſtrum nos fallit judicium, apud quos multos ille annos ſalem comedit Wicchamicum) reperies hiſtoriæ veteris paritèr ac modernæ cognitionem inſignem, ingenium acre, ſtudium indefeſſum, memoriam rerum omnium, quæ uſpiam geſtæ ſunt, tenaciſſimam; adhæc orationis vim & facultatem hiſce omnibus pertractandis explicandiſque parem & idoneam. At de hiis quidem omnibus

tute

tute ipse multò exactiùs judicabis, si hominem modestissimum, nec magna de se pollicentem, tuo dignari velis alloquio & familiaritate: quod ut facias, tua profectò te impellet humanitas & studiorum similitudo. Nam (quicquid hac in re facturus sis) certè virum πολυΐστορα, ubicunque terrarum degat, istius seculi ἱστοριογράφῳ Camdeno ignotum esse non convenit. Vale literarum decus & ornamentum, nostrasque has literas, ut à bono rei literariæ promovendæ studio profectas, æqui bonique consule.

Dat. è Collegio nostro Oxoniæ xiv. Kal. Jan. MDCXXI.

Dignitatis tuæ studiosissimi,

Custos & Scholares Collegii B. Mariæ Winton. in Oxon.

CCLV.

Degor. Whearus G. Camdeno.

V. Clarissimo, Gulielmo Camdeno *Clarentio*, *salutem nuncio & obsequium*,

AUdebo sane, clarissime Clarenti; & quandoquidem nomen meum tibi noscendum doctissimus Allenus tuus, promptus commendator, insinuaverit, enitar ipse stylo ulteriùs tibi innotescere. Olim, fateor, hæc me invasit ambitio, (& quem non politioris literaturæ & antiquitatis amatorem?) sed deerat occasio, vel obstitit potius mihi mea verecundia, propriæque immerentiæ conscientia: nunc autem ecce! supra votum abs te ipso benignissimè quasi invitatus videor, dùm salutationis honore, literis nuper ad optimum Allenum tuum datis, me quoque es dignatus. Has ubi mihi legendas communicaverat integerrimus ille, (non mentiar) impendiò mihi gaudebat animus; & ô, inquiebam, si daretur adspectu colloquioque ejus defrui, sive alitèr fidem facere, quantâ ego jamdudum reverentiâ doctissimi Pausaniæ nostri Britannici nomen prosecutus sum? Interea loci, vir ornatissime, non potui abstinere manum, quin literarium hoc obsequium porrigerem, commeante præsertim & operam suam humanitèr offerente Professore Regio Medico, exquisi-

tæ

tæ eruditionis & probitatis viro, quique teipsum juxta colit amatque. Neque hoc qualecunque officium ex spe munificentiæ, (quam mihi spondere videbantur illæ tuæ literæ) depromptum arbitreris, sed ex intimo potius adfectu venerationis pleno. Quare, ne tibi sim tœdio, brevitèr hujus paginæ imò votorum præsentium summa hæc esto, ut certò scias tibi notum esse, & inter tuos adscribi, apud me pro eximio honore, pro summo beneficio censeri. Atque ita salve vir ornatissime.

Oxon. 6 Kal. Jan.
1621.

CCLVI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

VOyant que je n'avois aucune réponse vôtre à mes deux dernieres despéches, je n'avois osé hazarder le roulleau de parchemin, qu'il vous pleut m'envoyer concernant *l'institution de l'ordre de la Jarretiere*, jusques a present, que celuy qui m'a rendu la lettre de Monsieur Bosuel s'est offert de le vous faire tenir par voye tres asseurée. Vous le recevrez donc avec les remerciements tres humbles, que je vous en fais, comme de chose tres rare, ou j'ay appris une infinité de bonnes origines, qui m'ont bien donné du plaisir, de tant plus grand que c'a esté sur un extrait ancien; car sans doute une copie recente m'eust laisśé beaucoup plus de scrupule que ce qui m'en reste; & de tout je vous supplie me vouloir éclaircir à vôtre commodité s'il vous plait. Principalement sur l'omonymie des paroles ESTAL, & ESTAT, lesquelles semblent avoir esté promiscuement employées l'une pour l'autre, en l'article XIX. de l'ordonnance inserée au dit roulleau, ou il est parlé de la difference du Chevalier nouvellement élu [MIS EN SON ESTAL] avec celuy, qui n'a receu que la livrée du JARRETIER, & est decedé avant la [PLEINE POSSESSION DE SON ESTAT.] En l'article X. ou il est parlé des peines de celuy, qui manquera de se trouver à la Chappele aux heures de l'Eglise le jour de la feste, [*qu'il n'entrera son* ESTAIL *la prochain feste aprés.*]

après.] Et de celuy qui manquera encore à la ſeconde feſte, lequel [*N'entrera ſon* ESTAT *de lors en avant juſques à ce qu'il ayt offert un jouel.*] Et encores en l'article III. ou il eſt parlé du ſervice, que doivent leſdits Chevaliers [*Tant que le Souverain ou ſon deputé aura* TENU ESTAT.] le comparant à l'article XXI. ou il eſt dit, que le ſucceſſeur d'un Chevalier deffunt [*Tiendra le meme* ESTAT *que ſon ſucceſſeur*] & que [*un Conte* TIENDRA *l'*ESTAL *d'un Bachelier*, *&* *un Bachelier d'un Conte.*] Car ſi bien en pluſieurs autres endroits de cette Charte la parole ESTAT ſe trouve employée en autre ſens que celuy d'ESTAL, ſi eſt ce qu'en quelqu'un de ces lieux la, il pourroit bien y avoir de l'equivoque de l'ecrivain : ce que je deſirerois bien, que vous peuſſies verifier ſur les regiſtres du Threſor de Windſor, ou autres Chartres plus autentiques, qui s'en pourront trouver pour voir, ſi en aucun deſdits lieux il ne ſe trouveroit point eſcrit ESTAL au lieu d'ESTAT ; principalement en celuy de l'article III. touchant le Prince qui tient ESTAT : parce qu'il s'en pourroit tirer de tres belles conſequences. Je vous ſupplie donc de vouloir faire exactement conferer cette parole dans les anciennes Chartres & Regiſtres du tems, & me mander, s'il vous plait, ſi les ſieges tant des Prelats à maine droite, que des Barons à la gauche du Roy aux aſſemblées du grand Parlement d'Angleterre, ne ſont pas encores appelles ESTAILLES, ou en language moderne, ou en ancien ; & ſi les ſieges des gents de Juſtice, qui ſont au milieu de la ſalle en telles aſſemblées, ont auſſi pareille denomination d'ESTAILLES en diverſe.

Je voudrois bien ſçavoir par même moyen, ſi dans l'adminiſtration de la Juſtice faite dans les Provinces d'Angleterre, vous n'avez pas eu autrefois, comme nous avons en ce Royaume, certaines eſpeces de Parlements ambulatoires, qui s'aſſembloient à certain jours annuellement dans les Provinces & Bailliages, qu'on appelloit les Aſſiſes, ou bien la Cour du Bailliage, ou ſi trouvoit le Prince, ou bien ſon Bailly, ou Seneſchal, avec les Prelats, Barons, & Deputez des bonnes villes du reſſort, tant pour la preſtation des homages pour tenir la cour, que pour rendre la juſtice aux caſes d'appel interjecte des Barons ou de leurs officiers. Ce qui n'eſt plus en uſage en cet eſtat icy (comme poſſible il eſt encores chez vous) pour le moins en cette forme ancienne, ains ſeulement les Bailliffs & Senechaux ou leurs Lieutenans vont faire leurs Chevauchées dans l'eſtendüe de leur reſſort, & ſejournans par les Bourgs pour rendre la juſtice, ils appellent

lent leurs jugements les jugements des Aſſiſes, pour marque deſdites anciennes Aſſiſes, qui ſe faiſoient plus ſolemnellement. Vous avez ſi religieuſement maintenu en vos quartiers les anciennes formes, que je tiens quaſi pour aſſeuré, que vous n'aurez pas entierement aboly celle-la, ou pour le moins la memoire n'en ſera pas entierement éteinte dans les Chartres & Regiſtres du tems paſsé, deſquelles je voudrois apprendre, comment eſtoient nommées telles Aſſiſes, ſi on ne ſe ſervoit point du mot d'*Eſtalles* ou autre, qui en approchaſt, ou ſi on ne s'en ſert pas encore. Car cela nous donneroit une grande ouverture pour penetrer a d'autres choſes, qui nous ſont bien inconnües pour ce jourd'huy, à faute de ſçavoir les etymologies & origines des mots, qui ſont demeurés des langues Septentrionales parmy la noſtre. Je voudrois apprendre par même moyen, ſi vous n'avez jamais eu de mot approchant du nôtre pour denoter les *aſſemblées des Trois Eſtats* (que vous appellez *Grand Parlement* plus communement) ou le tiers Eſtat n'a pas de voix deliberative. Comme les Flamans, qui les appellent *Staten*, & les Allemans, qui les appellent *Stenden*, & ſi telles nominations ſont anciennes ou bien recentes en vos regiſtres. Vous m'obligerez infiniment de faire cette recherche pour l'amour de moy, ſoit par vous ou par vos amys, (entr'autres Monſieur Spelman, ſi vous trouvez à propos d'en conferer avec luy, comme je vous en ſupplie & luy auſſi) par les mains deſquels peuvent eſtre paſsées des anciennes Chartres.

A quoy je vous ſupplie d'ajouter, qu'eſt ce que ſignifie proprement en vôtre langue ancienne ou recente le mot de (*Garnir*) employé (dans le XVIII. article de la ſuſdite ordonnance du Jarretiere) plus tôt s'il ſemble pour celuy de (convoquer ou mander) que pour celuy de (remplir) en laquelle derniere ſignification il eſt demeuré en uſage parmy nous.

S'il ſe trovoit encore quelque etymologie en vôtre ancienne langue du mot de *Lict* autre que celle du Latin, vous me faiſſez plaiſir de me l'eſcrire, principalement, ſi c'eſtoit choſe qui approchaſt de la ſignification de *Throſne Royal* pour revenir au *Lict de Juſtice*, que tiennent encores nos Roys.

Pour le ſurplus de vôtre charte ſuſdite, elle ſemble veritablement de prim'abord avoir eſté faite lors de l'inſtitution ; mais en l'examinant de pres ſur toutes articles XII. & XVIII. il eſt aisé a voir qu'elle ne peut avoir eſté redigée par eſcrit que quelque tems apres ladite inſtitution, puis que les peines & amandes y ſont reglées ſelon l'u-

ſage

ſage obſervé juſqu'alors ; & qu'on y parle des Roys eſtrangers,dont aucun n'avoit encore eſté admis à l'ordre lors de l'inſtitution premiere. Je crois bien,qu'elle ne peut pas eſtre de long tems poſterieure à ladite inſtitution, puis qu'en l'article XXIII. il y eſt parlé des premiers Fondateurs, comme encore vivants. Tant y a qu'il faut qu'il y ait eu quelque autre ordonnance anterieure, & toujours eſt il indubitable, qu'il y avoit des Statuts de l'ordre autres que cette ordonnances, dans leſquels poſſible apprendrions nous quelque choſe de plus, s'il y avoit moyen d'en voir, comme je vous en ſupplie, puis que vous avez tant fait juſqu'a preſent.

Il me reſte encore à vous faire une autre ſupplication : un de mes intimes amys a voulu dreſſer les quartiers du Roy & de la Reyne, il a de beſoin de ſçavoir les noms & les armes du Comte de Suffolk, & de ſa femme, qui maria ſa fille au Comte de Candale, fils d'Archambau de Grailly, Captal de Buech. Vous nous en pourrez eſclaircir mieux que tout autre, & je vous en demeureray a jamais redevable. Si vous nous commandiez plus librement que vous ne faites, nous vous ſervirions plus volontiers & plus fidelement, que vous ne pourriez penſer ; eſſayez le, je vous en ſupplie de tout mon coeur ; & apres vous avoir derechef conjuré de me pardonner, & d'eſtre mon interceſſeur à meſmes fins envers Monſieur le Chevalier Cotton, à qui je ſeray tres humble ſerviteur tout le tems de ma vie, & à qui des à preſent j'envoyerois ſon Manuſcrit, ſi je ne craignois, (ſçachant qu'il aime le public) qu'il euſt regret, que la commodité ſe fuſt perdüe, ſi tant eſt qu'elle puiſſe reüſſir d'imprimer en taille douce les anciennes figures de ſon livre, leſquelles ne courront plus de fortune de perir de ce jour la en avant, comme elles ſont à preſent, qu'elles ſont uniques, & qu'elles ſont à la mercy de tant d'accidents, qui en peuvent priver la poſterité. Je demeureray disje à jamais,

De *Paris* ce 14. Janvier 1622.

Monſieur,

Vôtre tres humble & fidele ſerviteur,

De Peireſc.

Lors de l'inſtitution de l'ordre de Jarretier, il n'y avoit que le Jarretier & le Manteau, qui fuſſent des marques eſſentielles ; on y a depuis ajouté le Collier de roſes rouges & blanches, & en

dernier lieu le Roy d'a present y a ajouté, ce dit-on, des chardons d'Ecosse avec les roses d'Angleterre. Cela n'aura pas esté fait sans ordonnance des Princes, qui auront fait cette addition à l'ordre, ou bien sans quelque deliberation du Chapitre des Chevaliers du dit ordre. S'il se pouvoit avoir copie de tels actes, vous nous feries un singulier plaisir de les nous communiquer, affin que donnant le recueil des Chevaleries, qui sera joint a celuy des Tournois, qu'on va mettre sous la presse, nous puissions dire de cet ordre la quelque chose, qui ne soit pas si commune, comme ce que les autres en ont escrit. Et s'il se pouvoit avoir un rolle entier de tous les Chevaliers dudit ordre depuis la premiere institution jusques a present, nous l'insererions par meme moyen, comme nous insererons au même recueil les rolles des autres Chevaleries, que nous pourrons recouvrer.

CCLVII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

J'ay esté bien aise du passage de Monsieur de Valles en Angleterre pour avoir moyen de vous faire tenir le fagot de livres, dont il s'est voulu charger pour l'amour de vous, lequel j'avois fait apprester long tems y a pour Monsieur Boswel; mais il estoit demeuré en arriere pour estre trop gros : & je l'ay fait depacqueter pour y ajoûter quelque livret sorti depuis en lumiere. Si nous eussions eu quelque chose de meilleur, je vous en eusse fait part tres volontiers. Vous prendrez cependant en gré ce peu de livres qu'il y a : & recevrez mes excuses de ce que je les vous envoye si tard. Car il ne tint pas à moy, que vous n'eussies le plus gros plus de 15. jours, avant qu'il en fust sorti aucun exemplaire de chez l'imprimeur. Mais la commodité n'en fut pas convenable. Monsieur Boswel, à qui je le montrai des lors, me dit d'en faire divers paquets, & qu'il me feroit advertir des occasions; mais il fit depuis de grands voyages, qui interrompirent ce commerce, & je me suis trouvé quasi accablé de tant d'affaires & occupations venües les unes sur les autres, que je ne sçavois

ou

ou donner de la teſte avec la debilité de ma ſanté ; & les gros procez, que j'avois à conduire contre Monſieur le Mareſchal Deſdiguieres & Monſieur de Crequi, leſquels me vouloient oſter la Baronnie de Rieus, dont je ne ſuis pas encore du tout quitté. Meſmes depuis ſix mois ença la mort de Monſieur le Garde de Seaux du Vair, que Dieu abſolve, & de pluſieurs autres de mes amis, qui l'ont ſuivy de pres, m'avoit mis en tres mauvais eſtat ſans l'aſſiſtance de Dieu, qui m'a daigné fortifier à meſure que mes afflictions ſe rengregeoint. A cette heure que je commence à recouvrer un peu relaſche, j'auray plus de moyens de vous ſervir, & en embraſſeray tres volontiers les occaſions. Cependant ſi vous pouvez deſpartir quelque favorable aſſiſtance audit Sieur de Valles, vous m'obligerez, & ne prendres pas poſſible à deplaiſir la communication de ſes curioſitez en matiere d'Armoiries & de Chevalerie, dont il a fait un grand recueil, ayant montre un grand deſir d'acquerir l'honneur de voſtre bienvueillance, & de vous ſervir de ſon coſté, comme je feray du mien avec toute affection, demeurant,

De Paris ce 22. Janvier. 1618.

Monſieur,

Voſtre tres humble & tres obligé ſerviteur,

De Peireſc.

Je vous eſcrivis la ſemaine paſſée par le Sieur Minturn, Maiſtre de l'hoſtel de l'Ambaſſadeur ſuivant l'addreſſe de Monſieur Boſwel, & vous envoyay le roulleau de parchemin concernant *l'inſtitution de l'ordre de la Jarretiere.*

J'ay mis dans le Fagot un exemplaire delle *memoire Breſciane*, ou il y a quelque choſe, qui n'eſt pas du tout a mépriſer parmy d'autres plus communes & moins digerées ; que ſi c'eſt choſe, dont vous ne vous ſouciez pas, & que vous penſiez, que Monſieur le Chevalier Cotton ne l'euſt pas deſagreable, je ſeray bien aiſe, que vous le luy donniez da ma part ; ſi non, vous en diſpoſerez, comme il vous plaira.

CCLVIII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

JE vous escrivis assez amplement touchant le manuscrit de Monsieur le Chevalier Cotton des le 14. du mois de Janvier dernier, & mon paquet fut baillé au Sieur Minturne, maistre d'hostel de Monsieur l'Ambassadeur, suivant un billet, qu'il m'avoit apporté de Monsieur Bosuel, ne doutant pas, qu'il ne vous ayt fait tenir mon paquet, dans lequel j'avois inseré le parchemin ancien, que vous m'avies envoyé quelque tems auparavant. Je vous ecrivis encore du 21. du même mois de Janvier dernier par le Sieur de Vales homme curieux, qui s'en alloit faire un voyage en vos quartiers, & lequel se chargea de tout plein de livres, que je fus bien aise vous pouvoir envoyer; dont j'attendois réponce en bonne devotion, pour estre resolu, si Monsieur Cotton agreeroit l'edition en taille douce des figures anciennes de sa *Genese*, que nous faisions entreprendre à Jaques de Brié.

Quand Monseigneur le *my Lord Heys* Ambassadeur Extraordinaire a pris la peine d'envoyer vers moy un gentilhomme des siens, pour me dire, que vous estiés grandement en peine de ce livre: si ce n'eust esté de nuit lorsque ce gentilhomme m'estoit venu voir, je m'en fusse allé quant & quant luy reporter le livre à l'heure même, entre les mains dudit Seigneur; mais j'y satisfairay ce matin Dieu aydant, & vous le recevrez avec la presente. Je m'estois jusques a cette heure tellement confié à ma bonne foy, (que je pensois vous estre plus connüe qu'elle n'est) que je ne me serois jamais imaginé, que vous l'eussies peu revoquer en doute, ne pensant point y avoir commis d'autre faute, qu'en ce que je ne vous ay possible pas visité avec d'assez frequentes lettres, principalement Monsieur Cotton, en quoy je ne veux pas excuser ma faute s'il y en a. Mais outre qu'il s'en est asseurement esgaré quelques unes, je ne me serois pas facilement persuadé, que Monsieur Cotton eust pris cela en mauvaise part, veu que comme vous sçavez, il a si peu fait de reponces à tant de miennes lettres, que vous luy avez rendües de ma part, ce que je n'avois jamais

mais interpreté a manquement de bien-vueillance de ſa part en mon endroit ; (comme d'autres euſſent poſſible fait) ains au contraire à ſurabondance de candeur & de franchiſe, compagnes de la vraye amitié des gens d'honneur, qui me faiſoit juger, qu'il uſaſt de cette liberté en mon endroit ; pour ne ſembler s'abſtraindre qu'a de ſimples apparences de complimens & courtoiſies de parolle, qui ont tant de vogue au ſiecle preſent ; puis qu'il ne laiſſoit pas d'aquerir tous les jours de nouvelles obligations ſur moy par les faveurs, dont il me combloit de plus en plus, & par les compliments, qu'il me faiſoit faire par votre organe, dont je taſchois luy rendre le reciproque au moins mal qu'il m'eſtoit poſſible, dont les lettres, que vous avez receües de moy, peuvent faire foy. Je ſeray infiniment aiſe, que vous & luy ſoyez hors du regret, ou je voy que vous eſtes, & s'il y a de ma faute, j'auray ce contentement de m'en ſortir innocent, & qu'elle ſera parvenüe de plus de malheur, que de deffaut de bonnes & ſaintes intentions de mon coſté. Vous ſçaves, combien de tems le P. Fronton a retenu le livre avant qu'avoir peu achever les conferences & extraits, qu'il en faiſoit pour l'edition de ſa Bible, laquelle eſt enfin preſte a mettre ſur la preſſe. Vous avez ſçeu auſſi le fruit, qu'en ont tiré depuis peu Monſieur Saumaiſe & quelques autres perſonnes fort celebres entre les gens de lettres. Vous aviez encores ſçeu depuis le project d'imprimer les figures auſſi bien que le texte, & les delays du peintre, qui les deſſignoit. Et vous avois donné avis des traitez, que nous faiſions avec Jaques de Brie pour en entreprendre l'edition ; mais voyant que je n'en avois pas de réponce de vous, je craignis que vous euſſiez conceu quelque ſiniſtre opinion, & vous fis la depéche, dont ſe chargea ledit Sieur Minturne, & celle dudit Sieur du Vales ; depuis leſquelles J'avois receu lettre dudit Jaques de Brie dattée de Bruſſelles du 15 Janvier, portant que ſans le froid ſi rigoureux il ſe feroit mis en chemin, mais qu'il le feroit auſſi toſt qu'il ſe feroit adoucy, & qu'il ſe venoit retirer tout a fait en cette ville pour l'amour de nous. Mais lorſque j'euſſe deu recevoir vôtre reponſe à mes lettres, au lieu de cela, on m'eſt venu faire des plaintes, dont je ſuis bien marry, que vous ayez creu avoir juſte occaſion, mais je me conſole en ce, que le tems vous fera voir à l'un & à l'autre mon ingenuité & ſincerité, laquelle je ne ſcache jamais avoir laiſsé breſcher tant ſoit peu, en plus grandes affaires que celles cy, auſſi bien que en de moindres. Tant y a que ſi jamais ces rares reliques d'Antiquité, qui s'eſtoient

ſauvées

ſauvées durant tant de ſiecles en ce livre, venoient à ſe perdre & perir ſans qu'elles ayant eſté imprimées, & communiquées au public, le tort en ſera plus grand ſur vous autres Meſſieurs que ſur nous, & la juſte plainte, qu'en pourroit faire la poſterité d'en eſtre privée, vous chargera plus que nous. Et quelque opinion que vous puiſſiez jamais concevoir de moy, l'un & l'autre n'empéchera pas, que je ne ſois, & que je ne me publie tout le tems de ma vie tres redevable & à l'un & à l'autre : & que je ne vous ſerve en toutes les occaſions, que je pourray trouver de tout mon coeur, comme je ſuis de toute mon affection,

Monſieur,

De *Paris* ce 16 Fevrier. 1622.

Vôtre tres humble & tres affectionné ſerviteur,

De Peireſc.

CCLIX.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monſieur,

J'apprins ces jours paſſez par voſtre lettre de Monſieur de Valles, que vous luy aviez dit de m'avoir fait reponce à mes lettres ſans que je l'aye receüe : dont j'ay eſté en peyne pour l'eſtime de tout ce qui vient de vous, & voudrois bien ſçavoir ſous quelle addreſſe & par quelle voye vous l'avez envoyée pour tacher de la faire retirer. J'ay depuis receu une autre ſienne depeſche, ou j'ay trouvé un petit billet de vôtre main, qui m'a eſté infiniment agreable, trouvant qu'il contenoit l'arrivée depardela de la *Geneſe* Manuſcrite de Monſieur Cotton, dont j'eſtois un peu en ſoucy pour n'en avoir aucun avis, bien que je tinſe la voye tres aſſeurée, par laquelle je l'avois envoyée : & ne doute pas que Monſieur le Chevalier Cotton ne le retire au bout du conte des mains de celuy, à qui vous dites qu'elle a eſté remiſe. Je voudrois ſeulement ſçavoir ſi vous avez receu une mienne lettre qui accompagnoit le livre. Et ſur ce attendant de vos nouvelles,

velles, je prieray Dieu, qu'il vous conſerve en bonne ſanté longue & heureuſe vie: demeurant,

Monſieur,

De *Paris* ce 1 Avril. 1622.

Votre tres humble & obligé ſerviteur,

De Peireſc.

CCLX.

G. Peirſius G. Camdeno.

Moſt worthy Sir,

GIve me leave to ſalute you in a few lines, and to be, perhaps, an unmannerly and unſeaſonable remembrancer unto you, touching the founding and eſtabliſhing of your Hiſtory-lecture in *Oxon.* I pray you ſee all things well done your ſelf in your life-time; make you your own hands your Executors in this thing, and your own eyes your Overſeers of ſo great and ſo good a work. I received a meſſage lately from Sir *John Walter*, that he had drawn your conveyance, which when you pleaſe to ſend down to the Univerſity, all things ſhall be done according to your mind and directions. I muſt ſtill commend Mr. *Whear* unto you for your firſt Lecturer; a very worthy man, and fit to be your Reader: he ſhall come commended to you by many hands; and if I may perſuade with you, let him begin to read preſently: if you allow him but twenty pounds a year till after your deceaſe, it will be a great encouragement unto him, who will, I aſſure you, take as much pains, as if you allowed him your whole ſtipend; he deſires but to be ſetled in your favour and Lecture. And ſo praying, that you may live many years to ſee the fruit and bleſſing of your excellent work intended, I reſt

Oxon. this 10 April. 1622.

Yours ever to be commanded,

William Peirs.

CCLXII.

CCLXI.

Deg. Whearus G. Camdeno.

Clarissime & colendissime Clarenti,

HEatheri tui justas moras novimus, & expectationem nostram non illibentèr paululum protelamus : interim ego ad opus destinatum sedulò memet accingo, & materiem Spartæ meæ ornandæ idoneam diligentèr cogito: neque tamen salutem, quam tibi tacitis assiduè comprecor votis, scriptâ paginâ hodiè nunciare piget, nec pigebit unquam posthac, dummodo tibi cultus hujusmodi molestiam non facessat : & ne facessat, ecce! modicus verborum ero ; tantum constet, obtestor, amorem te tuum & munificentiam in ignavum aut ingratum neutiquam locasse. Ita salve,

28. April. 1622. *Vir clarissime, ab eo, qui est tibi omni obsequio devinctus,*

Degoreus Whear.

CCLXII.

Deg. Whearus G. Camdeno.

Doctissime virorum, & mihi imprimis colende,

PRæclaram tuam munificentiam erga matrem Academiam, ut & amorem dignationemque singularem erga meipsum, hodiè frequenti in Senatu publicavit dignissimus Procancellarius noster. Quàm gratus accesserit ad nos beneficii tui nuncius, Academia indicabit, aut (si possit) ipse indicet, & matris Academiæ interpres fiet, titulo jam auctus, & Academico honore decoratus. De me, fateor necesse est, vir clarissime, non invenire quid dicam quidve rependam : quin igitur ad vota confugio, & ad vicem meæ gratiæ favorem tibi cœlestis præsidii quotidiè exopto, facio, & porro faciam,

am, *dum spiritus hos regit artus.* Tu interim, vir Colendissime, conscientiæ bonæ præmio, quod facis, lætare, inde solummodò magna præstantibus satisfieri posse præ cæteris nosti. Ita salve ab eo, qui est

Æternum tibi divinctissimus,

Oxon. 16 Calend. Jun. 1622.

Degoreus Whear.

CCLXIII.

G. Peirsius G. Camdeno.

Worthy Sir,

THE University returns her humble thanks to you with this Letter. We pray for your health and long life, that you may see the fruits of your bounty. We have made Mr. *Heather* a Doctor in Musick, so that now he is no more Master, but Doctor *Heather.* The like honour for your sake we have conferred upon Mr. *Orlando Gibbons*, and made him a Doctor too to accompany Doctor *Heather.* We have paid Mr. D. *Heather*'s charges for this journey, and likewise given him the *Oxford* courtesie, a pair of Gloves for himself, and another for his wife. Your honour is far above all these things. And so desiring the continuance of your loving favour to the University, and to me your Servant, I take my leave,

Oxen. 18 May. 1622.

Yours ever to be commanded,

William Peirs.

Mr. *Whear* shall make his Oration this term; and I shall write to you from time to time, what orders the University will commend unto your wisdom concerning your History-lecture.

CCLXIV.

Collegium Ædis Chriſti Oxon. G. Camdeno.

O Verè te Clarentium, & Fecialium principem! qui nos omnes tuo nomine reddis Feciales, qui muſas noſtras in Charites commigrare facis, & Clio illam hiſtoriarum præſidem, non ad annorum geſta, ſed ad Annales gratiarum revocas. Nec nos pudet penitùs theſauri hujus noſtri, ſcil. gratiarum, quas licet minima merentur beneficia, tamen maximis impendimus. Matronalis illa ſcientia & incorrupta geſtorum caduceatrix Hiſtoria te unum & nobiliſſimum Exemplar habet & Patronum, quod auguſtiſſimam calami tui filiam, non nudam, non indotatam exponeres. Calvitium temporis novum iſtud beneficium ſupplevit, & nulli revocabile tempus folius incantamento hiſtoriæ repubeſcit. Ecce orbis decrepiti ſenectus & matutina infantia nexu contiguo exoſculantur invicem; manus cum Priamo junguntur, & mundi primogenitis velut coætanei jam ſumus: atque adeò immenſo gratiarum fragore non Academia ſolùm intonat, ſed ſopiti Abavorum manes: quippe & illis ætatem noſtram & nobis illorum tempora fœcundo munificentiæ miraculo contuliſti. Si quem laudet fidelis illa Buccinatrix, in illo te laudat vel maximè, per quem unum reliqui quidem omnes laudantur. Cum ergo magnificentiæ tuæ amplitudo nobis æternitatis partem priorem addiderit, quid reſtat, niſi ut partem illius poſteriorem tibi gratulabundæ retribuant muſæ?

Dignitati tuæ multis nominibus devinctiſſimum,

Collegium Ædi-Chriſtianum.

Ita teſtor, Rich. Corbet.

CCLXV.

CCLXV.

Deg. Whearus G. Camdeno.

ITinerarii *Antonini* exemplar aliquod vetustum te desiderare, si benè memini, significasti, cum manus osculandi gratiâ haud ita pridem apud te visebam. Ecce! post nonnullam disquisitionem, unum, ni fallor, è cusorum vetustissimis nuper inveni, quod ad te confestim mittere gestio. Simul rogans, ut meum in te adfectum & observantiam, non ex parum frequenti aut paucâ scriptione metiaris, (quorsum enim literis rerum planè vacuis & inanibus te toties interpellarem?) sed pro candore illo tibi innato, tui supra omnes mortales, sicut de me es meritus, apprimè colentem censeas. Id ut magis seriò & publicè probem, posthac, uti spero & voveo, fiet. Interim Deum veneror, ut largo ætatis excursu felicique porro valetudine senectutem tuam donet. Raptim *Oxon.* 12 Augusti 1622.

CCLXVI.

Deg. Whearus G. Camdeno.

OPerarium mercede dignum ipsa dictat & ratio & religio: sed quotus quisque est, qui operam pretio prævenit? Id tu facis, Clarissime Vir, quæ summa tua est munificentia & benignitas: dumque ego memet ad opus accingo tantùm, stipendium persolvis, (quod nudius septimus accepi) scilicet ut alacriùs munere perfungar meo, & pro virili operam studiumque navem: spondeo, divinus modò favor salutem, ingenium, & vires largiatur. Id primum meum votum; dein ut te longùm mihi præstet incolumem, & tandem hanc tuam in me benignitatem cœlesti mercede, sed seriùs, muneretur. Ita salve, Benefactor optime,

Octob. 12. 1622. *A tuo Beneficiario devinctissimo,*

Degoreo Whear.

CCLXVII.

S. Fellus G. Camdeno.

Clarissime Camdene,

DUO sunt, quæ prosperè admodum mihi contigisse sæpius apud me recolo, & quod te habuerim juventutis meæ Informatorem, & confirmatâ jam ætate ejus Academiæ alumnus extiterim, cujus tu Patronus singularis. Gestit animus, cum inter *Bodleios, Savilios, Sidleios*, reliquosque Heroas (quos musæ unquam mori vetabunt) *Camdenum* quoque numerari audiam. Tua enim munificentia eo major ac clarior, quod emortua jam & languida Historiæ ac Critices studia civitate iterum quasi postliminio donaveris, ipse posteris teipsum historiæ materiam suppeditaturus, quodque virum gravem ac solertem, linguarum atque historiæ peritissimum, natum apud nos, & uterinum fratrem, è tenebris, quibus latebat, in publicum eduxeris, ut facem præferat Oxoniensibus tuis. Vale vir clarissime, & nos ama.

Ex *Æde Christi*, *Verè tuus*,
Decemb. 20.

Samuel Fell.

CCLXVIII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

IL y a si long tems, que je ne reçois plus de vos lettres, que si je n'estois bien asseuré de vôtre bon naturel, & de votre bien vueillance en mon endroit, j'aurois sujet de craindre, qu'il n'y eust du mal entendu. Mais je pense que vos lettres ont esté baillées à des gens, qui vont plus loin, & qui n'ont pas le soin de les laisser en passant par icy; tant y a que je n'ay pas voulu ecrire à Monsieur Spelman sans

ſans vous ſalüer, & vous recommander le paquet que je luy envoye, ou il y a un manuſcrit, que vous ne ſerez pas poſſible marry de parcourir, dont je luy envoye l'original & une copie toute faite, laquelle il ne faut que conferer, s'il veut, affin que retenant la copie, il me puiſſe renvoyer tant plus toſt l'original, & que je le puiſſe rendre à ceux qui me l'ont preſté. Je penſe, qu'en cette ſaiſon il ſera revenu des champs à la ville. Et partant qu'il me pourra renvoyer cet original par le même porteur, qui le vous aura delivré; ou bien qu'il ne ſera pas ſi eloigné de la ville,que vous ne le luy puiſſiés faire tenir promptement par voye aſſeurée. Que s'il eſtoit fort eloigné & qu'il ne deuſt pas revenir de long tems; Je vous ſupplie d'ouvrir ſon paquet, & conferer vous memes le livre pour luy temoigner l'eſtat de l'original, & me le renvoyer, s'il vous plait, retenant la copie riere vous pour la luy rendre à ſa commodité & à la votre. Nous attendons le Roy dans 15. ou 20. jours au plus tard; & je demeure toujours,

De *Paris* ce 21 Decembre. 1622.

Monſieur,

Votre bien humble & affectionné ſerviteur,

De Peireſc.

Je voudrois bien ſçavoir au vray, ce qui eſt des inventions du ſieur Cornelius Drubelſius, qu'on dit avoir inventé en vos quartiers un globe, qui repreſente le flux & reflux de la mer, & un batteau couvert, qui va entre deux eaux: avec des longues lunettes, qui font lire de l'eſcriture d'une lieue loin, ce que l'on ne croit pas legerement dez deça.

CCLXIX.

CCLXIX.

D. Guilielmo Camdeno Franciscus Sweertius *S. D. felicemque novi anni introitum precatur.*

Clarissime Domine, menses plusculi sunt; quod nihil de te vel levi rumore perceperimus, sospitem tamen confido. Aveo intelligere, quo loco sint res Anglicæ, & quando videbimus illud à multis optatum Anglo-Hispanicum connubium, & cum eo pacem universalem. Tubæ lituique sic perstrepunt, nec ulla vel pacis vel induciarum spes, nisi eam aut Anglia aut Francia parturiat. Habemus hîc virum nobis addictum, qui intelligere desiderat, num istic in Bibliothecâ publicâ Cantabrigiensi extat MS. Sylvester Giraldus, quem desiderat sibi rursum descriptum mitti suis sumptibus. Videtur quoque à fide dignis accepisse Godelinum de Furnes de vitâ S. Patricii (cujus quoque vitam amicus noster meditatur) in eâdem Bibliothecâ asservari. Est ne idem ille cum Joselino Baclardo, an diversus? Mi Camdene, isti bono viro ac mihi hac in parte gratificare, & hanc nostri memoriam ac præstitam operam in lucro ponemus. Vale, & nos tuo responso recrea. Salutem amicam D. Jacobo Golio. Brevi spero videbis Bibliothecam nostram Belgicam, quam nuper absolvi: exemplar inter primos habebis. Habes hic effigiem CL. Justi Lipsii, cum annum ageret xxxvi. *Antuerpiæ* cIↃ. IↃC. xxiii. xiv. Januarii.

CCLXX.

Deg. Whearus G. Camdeno.

EN tibi, vir Clariſſime, ſepulchralem illam Inſcriptionem, de quâ nuper mecum es locutus, cujus tranſmittendæ fidam obtulit occaſionem vir hic venerabilis, Dr. Fellus, tui juxta mecum cultor eximius. Poſſem citiùs fortaſsè hoc officium præſtitiſſe: poſſem & frequentiùs iſthæc literarum obſequia tibi deferre: ſed impolitis adeo & jejunis hujuſmodi paginis tibi moleſtiam creare religio eſt. Parcus itaque ſum verborum, votorum non item: iis Deum quotidiè ſupplex veneror, tuæ ut propitius adſit ſenectuti, eam vegetam, vivacem ut reddat, teque ſemper amantem

Tui Beneficiarii devinctiſſimi,

Raptim 3. Feb. 1622.

Deg. Whear.

CCLXXI.

Brianus Twynus G. Camdeno.

BEnè me habuit, vir omnium candidiſſime ac literatiſſime, quod cum nuper Londini eſſem, lares tuos inviſerim; illud autem multò meliùs, quod de rebus omnibus ſermones tecum perquam familiaritèr conſeruerim; quæſtiunculas aliquot inter ſermocinandum propoſuerim, quarum ſolutiones humanitatis atque eruditionis pleniſſimas, velut è tripode datas avidiſſimè accepi; & faxit, ut illarum me nunquam capiat oblivio. Jam igitur iterum iterumque terſam atque expurgatam Aſſerii Menevenſis, Hiſtorici de optimo Rege optimi, editionem jamdudum tuam tibi gratulor; quam tu ex manuſcripto, licet non antiquiſſimo, nec, quod aiunt, *δευτέρας ἀρχαιοτέρω*, ſatis antiquo tamen ac ſpectatæ fidei exemplari

(quod

(quod mihi abunde ſatisfecit) adornaſſe te prædicas, quæ etiam tibi ipſi adverſus gliſcentes æmulorum calumnias non mediocri ornamento futura eſt, Et hæc quidem hactenus. Ecquem verò tu ſuaviſſimæ tuæ tunc ſermocinationis colophonem addidiſti? quo me poſtea diſcedentem, ac pedem jam conferentem novo ac ſupremo ſalutandi genere compellaſti? Juvat commemorare, quod obſervatu perutile. Scilicet hortatus es, ut ſtudiis animum diligenter adhiberem: curaſſe enim te, atque adeò curaturum, me in hiſtoricæ tuæ Lecturæ curriculo, quam in almâ hâc noſtra Oxonienſi Academiâ, ad maximum ipſius ornamentum, & communem Antiquitatum & Hiſtoriarum candidatorum utilitatem ac profectum, haud ita pridem excitaſti, ornatiſſimo viro Magiſtro Wharo, qui auſpiciis tuis eandem jam prælegendi provinciam nactus eſt, proximè ſuffectum iri. Ego vero, quid ſive de te, Vir præſtantiſſime, Authore, ſive de hiſtoriâ, re & argumento, ſive de perdocto tuo jam Profeſſore & mihi peramico Wharo, cui me indignum licet ſucceſſorem deſignare apud te ſtatuis, meritus fuerim, ut de me tam magnificè ſentires, & mero motu, ſponte tuâ, abſque ullâ vel meâ vel meorum petitione, me nihil tale, ſive καθ' ὄναρ ſive καθ' ὕπαρ cogitantem, ſed proprio ac tuo ipſius judicio ac inſtinctu ductus & inductus, tanto me dignareris elogio, ac tam ſplendido benevolentiæ genere cohoneſtandum putares, planè neſcio. Quod ſive mihi ſucceſſurum fuerit, ſive non, (ſiquidem ut prudens cecinit vates, ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται) tanto mihi interim majori ornamento futurum eſſe intelligo, quanto judicium tuum (à cujus limato calculo iſtud profectum eſt) meritò ab omnibus excultiſſimum ac limatiſſimum eſſe dignoſcitur. Ac tametſi multò quidem longiore temporis intervallo, vel à percipiendo, vel etiam expectando tam ſingularis iſtius tuæ benevolentiæ fructu abeſſem, tamen interim languentem, ac ſuſpenſum tam præclaræ exercitationis deſiderio, animum recrearem, nec mihi unquam obfuturum putarem, quod à tanto Patrono & Hiſtoricorum noſtri temporis facilè Principe, ad tantum prælegendi munus non nomine tenus, ſed re ipſâ, vel deſignatus quidem fuerim. Cæterùm de his ſatis. Magiſtro Thomæ Alleno, viro ſpectatiſſimo juxta ac utrique noſtrum chariſſimo, tuo nomine ſalutem dixi; quîcum etiam pro eâ, quæ mihi cum illo intercedit, neceſſitudine, rem totam ex animi tui ſententiâ, quemadmodum ex ipſius, quas ad te jam dedit literis, intelligere poſſis, communicavi, & illius documentis, quod agendum ſupereſt, intelligo. Mirum dictu;

quan-

quantoperè ſenex ille bonus, & mei admodum cupidus, ſimulatque hæc acceperit, geſtire, ac cum mihi de meâ ſorte, tum tibi de tuâ erga me eundem benevolentiâ gratulari viſus ſit. Tu interim, clariſſime D. Clarencieux, poſt repoſitas tibi gratias quas poſſum maximas, effice, ne fruſtrà gratulari videatur. Perge obſecro, ſi placuerit, & quicquid hâc in cauſâ è re noſtrâ, atque etiam tuâ futurum ſit, ut lubens incœpiſti, ita lubens perfice. Si tibi liberum, ſi integrum ac in tuâ, uti ſpero, poteſtate fuerit, eſt tibi in promptu illa, quam de hiſce rebus Academiæ confeciſti, charta: hanc velim conſulas, & inde quod factu optimum ſit, fiat: chartam cum chartâ conferas, chirographum cum chirographo; ſin autem præter tuum, totius etiam Academiæ conſenſus & approbatio accedere debebit, ne, ut Juriſconſulti rectè monent, *debile fundamentum fallat opus*, rationem cum Academiâ (cui morem gerere par eſt) ineas, ut ita nihil deſideretur, quod ratam ac firmam hanc tuam conceſſionem efficere poſſit. Vale. Imo Deus opt. Max. valetudinem tuam diutiſſimè conſervet incolumem.

Dignitatis tuæ ſtudioſiſſimus,

Oxonio 24. Feb. 1622.

Brianus Twynus.

CCLXXII.

Clariſſimo Viro Guilielmo Camdeno *Clarentio, Benefactori meo munificentiſſimo ſalutem.*

VEriſimilem tui ſimilitudinem artificioſâ graphide depictam (multo adfectu, cultuque multo tabulam exoſculatus) nudius tertius accepi: & hac ipsâ horâ prolixæ etiam tuæ largitatis portionem haud minutam: decem puto libras, meis neceſſitatibus ſupplendis inopiæque ſublevandæ commodiſſimùm à te miſſas. Vide igitur, vir clariſſime, quantifariam te tuâque bonitate jam fruor. In muſæo ſcripta tua longè doctiſſima, ſuaviſſima, exquiſitiſſima mecum quotidiè loquuntur, & immortalis ingenii mentiſque divinioris mihi referunt imaginem: in cubiculo tabula iſthæc novella,

corporis oriſque tui venuſtam repræſentans figuram, venerabundos ſæpiuſculè detinet ocellos; menſa denique diurna mihi ſuggerit indies non fatendam ſolùm, ſed & prædicandam tuam in me ſingularem munificentiam; imo diſſimulare nequeo, (magnum enim animum non admittit tenuis fortuna) ſed palam narro, in eas me nuperrimè deductum anguſtias, decoctoris cujuſdam ἀσωτίᾳ atque inertiâ, ut (niſi ſuccurrant leges) quicquid ego & numeroſa proles mea edimus, bibimus, induimus, tibi poſt Deum acceptum in poſterum referendum ſit ferè totum. Et quid tanto Benefactori rependam? præter gratias gratiſſimas, præter obſequium infucatum, & ſincerum cordis affectum haud ſuppetit quicquam: hæc ſpondeo, hæc præſtare non ceſſo, & vota inſuper apud Deum opt. max. concipio, ut quoniam me huic tantæ benignitati imparem vel rependendæ vel promerendæ eſſe voluit, ipſe tibi mercedem ampliſſimam in cœlis reponat, & in terris interim ſenectutem vivacem & valentem concedat. Ita quotidiè & ex animo vovet

Oxon. 12. Mart. 1622.

Beneficiarius ille totus tuus,

Degoreus Whear.

CCLXXIII.

Degor. Whearus G. Camdeno.

STylum hodiè cohibere, & literarii ſermonis ad te nihil dare piaculum foret, optimo Alleno, antiquo illo tuo, commeante: certè manet æternumque manebit illius diei memoria, in quo hujus optimi ſenis manu ſcripta pagina meum nomen tibi primum fecerit notum, tuamque erga me benevolentiam conciliaverit. O felix pagina! o dies fauſtus & meliore lapillo notandus! quippe poſt breviuſculum temporis intervallum mihi egenti largum Benefactorem, inopi munificum Patronum, imò Patrem orbo longè benigniſſimum adquiſivit & comparavit. Ingratiſſimus omnium meritò audirem, ſi hæc mihi exciderent, aut occupatione ullâ ſubducerentur. Mecum igitur quotidiè reputo, atque inde vota facio, ut Deus pro immensâ ſuâ benignitate utriſque veſtrum retribuat in cœlis,

cœlis, quandoquidem hîc ego quod rependam non habeam præter meipsum, quem tu, Vir clarissime, ætatem tibi habes mancipatum. Vale Oxon. 5. Maii. 1623.

CCLXXIV.

Lucas Torrius G. Camdeno.

QUamvis ignotus, ad te venire, vir clarissime, non timeo, eam mihi fiduciam facit contestata omnibus humanitas tua, quam laudatissimæ eruditioni conjunctam prædicant: & audentior venio illustrissimi Perescii, cujus ego viri, dum in Christianissimi Regis aulâ versarer, virtutes unicè suspiciebam, & amicitiam colebam, literis & patrocinio commendatus. Et scribendi quidem causa est, clarissimæ gentis *Rolinæ*, quæ magnis in Lusitaniâ opibus potens, per aliquot jam secula pari honorum splendore floruit, studium incunabula inveniendi. Quis ex eâ familiâ primus ad istius Regni oram, & unde appulerit, quo duce & casu, hic libellus indicabit. Si per te, qui omnis antiquitatis peritissimus es, gentis Authorem & insignia, & quæ cognomines arva possessionesque hodiè colant, scire liceat, maximo me beneficio obstrinxeris. Nec est, quod timeas, importunum flagitatorem te me deinceps habiturum, qui ad nutum tuum sisto me, paratum paribus officiis nomen expungere. Vale, & audaciam meam excusa. Madriti v. Cal. Junias anno Christiano cIɔ. Iɔc. xxiii.

Tuus ad inserviendum paratus,

Lucas Torrius.

CCLXXV.

Lucas Torrius G. Camdeno.

Clarissime Domine,

QUam accuratam omnis Antiquitatis notitiam habeas, à te libri editi satis indicant. Et propria ea laus tua est, ut quam doctus, tam humanus censearis. Quare ad te venire audeo, & literariam hanc molestiam exhibere. De vetustate & nobilitate familiæ quæritur. Ejus rei scientia ad Fecialium, quorum tu in nobilissimo Regno princeps es, curam præcipuè pertinet. Iis temporibus, quibus Christiani reges Mahometanorum in orbem Christianum irruptionibus obviam ibant, etiam Angli potentiâ & viribus tum floruêre, & amandatis trans maria classibus, peregrino in solo & longinquis in oris gloriam nomenque quæsivêre. Et anno centesimo quadragesimo septimo supra millesimum è Britanniæ portubus cum classe, cui imposita erat lectissima juventus, & è Nobilitate præcipui, Guillelmus Henrici II. Regis Anglorum filius solvit. Sed forte fortuna dum Lusitaniæ oram legunt, vehementior auster ad littus navigantes rejecit. Alphousus I. istius regni Rex, qui partâ recens Sintrâ maritimâ urbe, ex eâ eum numerum navium conspiciebat, sciscitatum misit, qui mortales eâ classe veherentur, quo Duce, unde profecti, & quo tenderent. Ubi edoctus est Christianos esse vectores, Ducem Guillelmum, Palæstinam peti; rogavit gentem amicam, & eadem sacra colentem, ut se juvarent adversum Mauros; eandem belli cum eo, ad quod ipsi domo profecti erant, esse causam; Ulisipponem vicinam velle obsidere; dimidiam Urbem sociis victoribus in mercedem navatæ operæ cessuram. Promisêre auxilium illi, conjunctisque viribus civitas oppugnata, & labore paucorum mensium expugnata. Præfectis, quorum præcipuè virtus eo bello enituit, fuere Ægidius Rolin, Guillelmus & Robertus de la Corna fratres, Ligelius, & Liberchius, qui in ipso ingressu occubuit. Ligelius & Cornii fratres in Lusitaniâ fortunarum suarum sedem constituêre, & etiamnum hodiè posteri ex eorum progenie supersunt. Rolinum memorant Annales ad suos una cum Duce revertisse, devictorum spoliis & rerum gestarum gloriâ ditem:

Ne-

Nepotem postea in Lusitaniam misisse, & Regi commendasse. Is ibi domicilium fixit, & ab Rege oppidum Azambuzam vicinosque agros donum ob merita Patrui accepit. Id adhuc hodiè possident Posteri, à tam claris majoribus nihil degeneres. Si itaque *Rolinæ* familiæ principia & gentilitia insignia, quosque ibi aut in vicinis regionibus seri hæredes cognominesque fundos arvaque possideant, beneficio tuo, Vir humanissime, cognovero, quamplurimum me tibi debere tum profitebor, & quæ tui causâ te me velle facere intelligam, quàm promptissimè exequar. Vale, Madriti x. Junii A. cIↄ. Iↄc. xxiii. S. N.

Dominationi vestræ addictissimus,

Lucas Torrius.

CCLXXVI.

Deg. Whearus G. Camdeno.

ITA musas habeam propitias, teque ipsum, V. Cl. mei semper amantem, ut me pudet diutini silentii! ultro hanc arguo in me culpam, nec deest tamen, quo me excusem. Ecce enim ubi me publico munere satis defunctum putassem, & Comitiis Academicis transactis Vacunæ litare mihi licitum sperassem, ecce, inquam, πόνος πόνῳ πόνον φέρει: novum mihi exhibent negotium nonnulli ex Auditoribus meis. Alius privatum implorat auxilium & consilium circa historiarum studium; non detrecto. Alius præcepta jam publicè dictata de ratione & methodo historias cum fructu legendi, scripta etiam rogat, & literis exarata flagitat; promitto. Huc accedunt domesticæ curæ, quæ me plurimùm exercuêre, ne dicam, afflixêre: denique iter ad te ipse in animo quotidiè adfectabam, ut præsens tibi honorem & obsequium deferrem; sed quotidiè abstinuerunt me quæ dixi, & alia quæ non dixi impedimenta: expediam tamen brevi, uti spero, tibique incoram solitas gratias agam, & styli ferias à culpâ eximam. Interim quæso, pro me tecum loquatur indulgentissimus in suos tuus animus; ego, quod soleo, Deum precabor,

se-

ſenectam ætatem tuam ut longùm vegetam & valentem reddat. Id votum deſideratiſſimum tui beneficiarii.

Oxon. 3 Kal. Septembris 1623. Deg. Whear.

CCLXXVII.

D. Martinus G. Camdeno.

Moſt worthy Sir,

WHere at our late meeting you ſeemed deſirous to know the particular occaſion of M. *Caſaubon*'s Letter, which by reaſon of the Printer then preſent, I could not then communicate, as I truly deſired, with ſuch convenience, I have therefore preſumed briefly to ſend you theſe Lines, both in regard of that occaſion, but eſpecially of my own ſatisfaction in the point, which if any where it may be had, I am ſure, after him, *aut hìc aut nuſquam*. All the particulars of my Letter to him I cannot recount: the ſum is this. In *Cambridgeſhire*, about Twelve years ſince, there hapning a great Fire in *Gamlinga*, a little child, being left in the Cradle, was very ſtrangely couveyed out of the houſe, being all in a flame, into the midſt of the ſtreet; the linnen-apron being all powdered with Croſſes; an unknown boy telling the maid, that wept and thought the child was burnt, to this effect, *viz*. I have thought on the child, and have delivered it; but go and look for it. Now about a year or two before this accident, there was ſeen over the houſe in the night a ſhining croſs in the air, and ſince that time for theſe twelve or thirteen years together, there have at divers times fallen divers croſſes upon the linnen of the mother and ſiſters of this child, now deceaſed, which ſometimes vaniſh of themſelves, and ſometimes are waſh'd away. Some of theſe my ſelf have ſeen: they are of a browniſh colour, and of this form ✠: beſides, they have fallen on others, which have thought amiſs of them; and now lately on ſome within three or four miles, where the parties dwell. This being the principal (though other acceſſaries there are) which partly of

of my own knowledg, and partly on the relation of others, which to me are ἀξιόπιστοι, I related to M. *Casaubone*, I make bold to impart to your self, wishing, if it might be, that we might come to some certain resolution, whence these crosses are, and whether they would. So humbly desiring your pardon for this undigested narration, I rest

From Mr. *Selden*'s Study. *Tui cultor studiosissimus*

J. Martin.

CCLXXVIII.

Joannes Bellomontius G. Camdeno.

Salutem in Christo Jesu,

QUantum tibi tribuam, mi Camdene, ex eo facilè perspicere potes, quod tam libenti animo tam multa tibi debeam. Hostium dona non sunt dona: nec ulla inimici hominis postulatio vehemens est, nisi sit necessaria. Ego verò non necessitate aliquâ, quanquam ea quoque justa fuit, sed voluntate meâ faciebam, ut quod alii mihi pollicebantur, & quod ipse fortasse præstare poteram, id à te petendum potius, quàm sumendum ab illis arbitrarer. Etenim audieram jam olim à Drinvodo meo, eam esse animi tui æquitatem & incredibilem modestiam, ut si mihi optio daretur, neminem amicum magis in hac causâ, quàm te, Camdene, habere cuperem. Itaque quantâ conspiratione amoris tuam bonam gratiam quæsierim, non scribam: ne blanditiis & assentationibus benevolentiam tuam colligere, non animum meum simplicem & amicum aperire videar. Illud verò valdè ex voluntate meâ accidit, quod in Tucharianâ causâ se ostendit amor tuus. Et profectò quæ tua natura est, dignum eum amicitiâ tuâ judicabis. Mirificas quidem tibi, apud me, gratias egit; & vehementèr ea, quæ à te dicebantur, oratione suâ comprobavit. Verùm, cave putes, mi Camdene, eum inusitatum aliquid aut contra leges Collegii vestri moliri. Consilium omnino vituperandum non fuit: nam patris prudentis est officium filiorum curam non deponere. Et hominis, ut

ut opinor, pii fuit, quod ab optimâ Principe fidelis famulus impetrare poterat, & quod sine pauperum detrimento petere licebat, suppliciter atque demissè flagitare. Verum enim verò nondum adest tempus illud, de quo fortasse cogitabat: nec ille in aula Regali libentius, quàm in vestrâ Scholâ versatur. In tuâ certè charitate sic acquiescit, ut amicitiæ præsidia firmiora non quærat. Ego à te peto, mi Camdene, ut quod sine molestiâ tuâ facere possis, filios ejus sic erudias, ut intelligat aliquando pater, literas has meas magno sibi usui fuisse. Erunt illi fortasse tardiores, nec celeritèr ea arripient quæ tu fidelitèr & eruditè explicas: at nihil magnum effici voluit natura citò, & quo minùs ingenio possunt, subsidio nobis diligentiam tuam comparamus. Igitur quod ipsi suo jure sibi vendicare nequeunt, id amicitiæ nostræ vel amori potius meo condonabis. Ego quantum curâ, labore, consilio, auctoritate eniti ac efficere potero, præsto, promitto, spondeo, pro certo hoc tibi polliceor, atque confirmo, te hoc homini grato & amico benevolo beneficium dedisse. Vale, & meo nomine Stapleum patrem, & relíquos fidos Decani servos saluta.

Cantabrigiæ Aprilis 29.
1578.

Tuus amicus,

Jo. Beaumont.

CCLXXIX.

Henricus Blaxtonus G. Camdeno.

CRedo ego te mirari, Literatissime Camdene, nos tàm diu perinde conticuisse, ac illi plerumque solent, qui nullo suo studio aut voluntate adducti, sed impetu ac fervore aliquo concitati, ad scribendum accedunt. Potius igitur duximus aliquid tibi in præsentiá quale quale fuerit offerre, quàm silentio & taciturnitate aliquam apud te non gratæ mentis maculam atque labem contrahere. Diu equidem nos tenuit magna spes atque expectatio, aliquid nos à te literarum accepturos; certè ut liberè quod res est dicamus, quidque nobis animi sit palàm apud te possimus profiteri, nisi tu nos in lite-

literaturâ humaniori comitèr (pro ingenio tuo) ducas atqûe dirigas, necessarium est industriæ nostræ vires remitti & relanguescere; quia nisi ad studium vehemens accedant accurata methodus atque ordo, omnes quæcunque in rem literariam conferuntur curæ cogitationesque corruunt & in pessum eunt. Tu si quid apud te possint preces nostræ, maturè opem feras, naturæ tuæ obsequere, (namque te ad gratiam & humanitatem naturam effinxisse scio) nos te vicissim fide, quâ te semper coluimus, eâdem æternùm prosequemur. Denique si quid minus cultum politumque hisce in literis à nobis reperiatur, idem morbi nostri vitio des: namque acri nunc temporis febriculâ affligimur. Parvulum meum Gardinerum fidei tuæ commisimus, cujus ut præcipuam curam habeas, summoperè rogamus. Literas tuas si digni à te haberi possimus, qui accipiamus, præclarè nobiscum agetur, votisque nostris abundè erit factum satis. Vale.

E. Collegio Sanctæ Trinitatis Cantabrigiæ 16. Octobris anno salutis 1588.

Tuus in omni fide & obsequio,

Henr. Blaxton.

Castilioneum tuum si ad me cum Poetis Italicis, (ut auguror, quorum luculentissima opera in tuâ refertissimâ Bibliothecâ esse audio) unà miseris, gratissimum mihi facies & restituam brevissimé.

Has nostras ad te literas, (humanissime Camdene) 12. abhinc diebus à nobis in 16. Octobris hujus ægra valetudo nostra rejecit, in quo est quod veniam tuam petamus iterum. Raptim. Vale, & nos literis tuis quo minus bees ne committas; quarum ardenti tenemur vel desiderio vel expectatione.

CCLXXX.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

Monsieur,

JE desirerois bien de sçavoir si Monsieur le Docteur Tatus a jamais achevé son Glossaire de la langue Wallique, et quel jugement il fait de celuy de Adrianus Scrieckius originum Celticarum, qui a esté imprimé depuis cette derniere foire. Si vous le voyez, je vous prie de luy faire mes tres humbles recommandations.

CCLXXXI.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

JE vous supplie de ne point montrer ce livre icy à personne, & ne vous point vanter d'en avoir, jusques à ce qu'on en ayt presenté au Roy de la Grand Bretaigne, à qui il est dedié, affin qu'on n'en sçeut mauvais gré aux imprimeurs, qui m'en ont accommodé. Au surplus j'ay veu sur le Catalogue de la derniere foire de Francfort, que vos Annales sous le regne de la Reine Elizabeth ont esté imprimées à Londres in folio: nous n'en avons icy que de l'impression d'Allemagne in Octavo. S'il y a moyen d'en avoir un exemplaire in folio en beau papier, vous m'obligerez beaucoup de m'en envoyer un; auquel cas je vous prie quil soit en blanc sans relier, affin que je le fasse relier à ma mode, comme les autres de ma Bibliotheque: & comme le meilleur livre de ce siecle au jugement de tous les plus beaux Esprits de ce Royaume icy.

CCLXXXII.

N. Fabr. Peireskius G. Camdeno.

SI on passe outre à l'edition du Glossaire Archaiologique, il faudroit bien tacher d'en faire éviter les abbreviations, dont se sont servis les Imprimeurs aux feuilles, que nous en avons veüe, par ce que cela oste une partie de la grace de l'Imprimerie.

On imprime icy un beau recueil des Autheurs Grecs Erotiques reveus par Monsieur Gaulmin. Si vous en aviez quelqu'un en Angleterre que nous n'ayons point, on le feroit inserer en cette compilation; & vous en demeureroit on grandement redevable.

CCLXXXIII.

G. Camdenus *D.* Roberto Cottono.

PArdon me, my good M. *Cotton*, if I do not now preface it. I know you are, as we all here have been, in melancholy and pensive cogitations. This ἀυπνία or sleepless indisposition of her Majesty is now ceased; which being joyned with an inflammation from the Breast upward, and her mind altogether averted from Physick, in this her climacterical year, did more than terrify us all, especially the last *Friday* in the morning: which moved the Lords of the Council, when they had providently caused all the Vagrants hereabouts to be taken up, and shipt for the Low-Countries, to draw some Munition to the Court, and the great Horses from *Reading* to guard the receipt at *Westminster*, to take order for the Navy to lye in the Narrow-Seas, and to commit some Gentlemen hunger starved for innovations, as Sir *Edmund Bainham*, *Catesby*, *Tresham*, two *Wrights*, &c. and afterward the Count *Arundel* of *Warder* to a Gentleman's House, for speeches used by the foresaid

turbulent Spirits as concerning him, or for that he made lately ſome proviſion of armour. This I thought good in generality to import unto you, that you, as we do, may put away fear, and thank God for this joyful recovery of Her, upon whoſe health and ſafety we all depend. *Vale præproperè.* xv. *Martii.*

Your Worſhips aſſured,

Guil. Camden.

CCLXXXIV.

G. Camdenus D. Roberto Cottono.

SIR,

YOU may imagine, how eſpecially you may pleaſure me, if you ſend me your *Priſcian* and *Proſper* to peruſe, and you ſhall more pleaſure M. *Savile*, if you will mediate with my Lord *Burghly* for the loan of *Chryſoſtom's Greek* Copy in *Geneſim* to further his laudable purpoſe, and his Lordſhips *Greek Euclide:* he relieth wholly upon you, and would moſt gladly underſtand by *Sunday* night what he may truſt to. *Vale.*

Yours

William Camden.

CCLXXXV.

CCLXXXV.

G. Camdenus *D.* Roberto Cottono.

Right worthy Sir,

THat in my ſolitarineſs here, I may avoid the deadly ſin of ſloth, I am now an humble ſuitor to you, that you would ſend me by *William Holland* my ſervant the Book of Heraldry, if you have bound it up, or as it is: or ſome other book or papers, which you ſhall think fitting my ſtudies or delights. The book of *France*, which I lately received, ſtandeth me in ſmall ſtead: for I perceive by my notes, that I have had it here before: and therefore I will ſhortly return it. Your *Abſolon de vitâ Guthlaci* is the very ſame, that others call *Felix Monachus*: and I have already both it and the other conjoined therewith. But for *Theodulus*, I never ſaw him before. Thus preſuming of your ancient kindneſs, I reſt,

Yours in all moſt aſſuredly,

William Camden.

I Send you the book you deſire. If you do not carry the great book of *Scotland* with you, I could uſe it in your abſence. I could wiſh that you would bind up the preamble with the reſt, that we might know his Majeſty's cenſure at once, as well as to trouble him again therewith.

W. C.

SIR,

I Have ſent you ſuch notes, as I have of the Agents of *Ireland*, 1577. you may pleaſure me, if you lend your book of *France* of 1563. to me for ſome few days.

Verè tuus,

William Camden.

Right

Right worthy good Sir,

I Resend your unsorted papers of *France* with manifold thanks. The most of them you have had heretofore. The Eulogy of *Henry* III. by the President *Janin* is a rare piece. If you can spare me any other lately come to your hands, I will return them, or bring them my self with many thanks.

Yours most devoted,

William Camden.

Good Sir,

MR. *Bill* sent to me two Copies, *rerum Normannicarum*, but without titles, prefaces, or letter. I doubt not, but they were sent by M. *Peiresc*, or by *Chesne*, to you and me: and therefore I have sent you one of them. I hope I shall not be seen in the matter of *Arundel*. *Vale*

Tuus tuo merito,

Guil. Camdenus.

CCLXXXVI.

G. Camdenus *D.* Edwardo Cecilio.

Honourable Sir,

THE Proposition you make is out of the reach of my Profession, and not of antiquity, but of late memory. By reason of Sir *Rob. Cotton*'s absence, I can impart nothing from him as yet: and for my own observation it is very slender. Only I remember, that after Captain *Morgan* in the year 1572. had first carried to *Flushing* 300 *English*, and had procured Sir *Humfrey Gilbert* to bring over more, and to be Colonel of the *English* there, a new military discipline was shortly after brought in, and the new march by some that

that had ſerved the Duke of *Alva*, and entertained eſpecially by the important inſtance of Sir *Roger Williams*, although ſtrong oppoſition was then againſt it by Captain *Pykeman*, and after by Captain *Read*, ancient Leaders, and Sir *William Pelham*, who were ſcornfully termed by the contrary party, Saint *Georges Souldados*.; and Sir *John Smith*, who had ſerved under the Conſtable *Momorancy*, twice in *Hungary*, at *Penon de Velez*, and *Malta*, yea and under *Dalva*, encountred with his pen againſt the new diſcipline, and did write much, which was never publiſhed. This in haſte, untill I may happen upon Sir *R. Cotton*, I thought good to impart to your Lordſhip, to whom I wiſh all happy ſucceſs to the encreaſe and complement of your honour.

CCLXXXVII.

G. Camdenus *N. N.*

Right Honourable,

I Submit the Supplement of the Annals of Queen *Elizabeth*'s Reign to his Majeſty's judicious cenſure: whether it pleaſe him they ſhall be ſuppreſſed or publiſhed, for I am indifferent. If publiſhed, whether not in his name, as dictated to me from his Majeſty.

I fear I have offended in the Elogy of Sir *Francis Walſingham* in the page 522.

The matters of *Valentine Thomas* may be well omitted, if it ſo pleaſe his Majeſty: but I have ſet nothing down therein, but out of the Paper-chamber.

I ſee, that the Earl of *Eſſex*'s affection in his latter days was variable toward the King; I would know upon what grounds, if his Majeſty thinks it fit, that they may be particulated.

As I do not diſlike, that they ſhould be publiſhed in my life-time, ſo I do not deſire that they ſhould be ſet forth in *Engliſh*, untill after my death, knowing how unjuſt carpers the unlearned Readers are.

CCLXXXVI.

CCLXXXVIII.

G. Camdenus *illustrissimo viro* Thomæ Comiti Arundeliæ.

Right honourable and my very good Lord,

I Received the 6th of this instant a Letter from Mr. *Wilson* in your Lordship's name, and the rest of the Commissioners for the Office of the Earl Marshal, commanding me to stay *John Philpot* from proceeding in the deputation, which I gave him for the County of *Kent:* whereupon I accordingly sent my servant to seek him and stay him. I perceive that suggestions are made against him and me. For him, verily I deputed him half a year since, at the desire and commendations of sundry Knights and Gentlemen of especial note in that County under their hands, not knowing any other so able and skilful for that employment: since which time I have heard no exception taken against him till now. As for me, I thank God I have done nothing but that which is justifiable. Whether I have or no, and whether these Informers against me have to intermeddle in these matters, I beseech you to take into your consideration these points granted to me by his Majesty's Letters Patents.

His Majesty hath appointed William Camden *Clarenceux King of Arms in the East, West, and South Parts of the Realm of* England *to visit the said Province, and the parts thereof from time to time, as often, and when he shall think most necessary and convenient, and to appoint his Deputy or Deputies, Attorny or Attornies.*

And further, His Highness does straitly charge and command, that no other person or persons shall intromit or meddle with any thing or things touching or concerning the office of Arms without special licence and authority of the said Clarenceux in writing under the seal of the said Office, first had and obtained from the said Clarenceux: All the which power, preeminence, jurisdiction, his Highness for himself, his heirs and successors, does give and grant to the said William Camden, *during his natural life, in as ample manner and form, as any his Predecessors have or had, with all manner of profits thereto belonging,* &c.

Hereby

Hereby your Honour ſeeing what is granted to me, and what is prohibited to the Informers againſt me, I doubt not but you, whom I know to be truly honourable, juſt, and judicious, will countenance this my authority, grounded upon his Majeſty's grant, and not ſuffer it to be inſulted upon: but permit my Deputy to proceed in the viſitation, and me to enjoy the benefit of his Majeſty's grant as peaceably as other his Subjects and Servants do. For the which I reſt

Your humble Suppliant,

7 July 1619.

William Camden, *Clarenceux.*

CCLXXXIX.

To Mr. John Wilſon, *Secretary to the Earl of* Arundel.

SIR,

I Received not long ſince from you a Petition exhibited againſt me, *ſine die, ſine Conſule, & ſine nomine*, and withal a Letter in my Lords name, whereunto I ſent his Honour an anſwer, and I doubt not, but I have ſatisfied him, and aſſure my ſelf, that he will permit me to uſe the benefit of his Majeſties grant as peaceably as other his Majeſties Subjects and Servants do. I thank you for your favour to my Deputy *M. Philipot*, whom in this employment I will ſuperviſe, and deſire you rather to countenance him, than to ſuffer any affront to be given to his Majeſties great Seal.

Cheſilhurſt 15 July 1619.

Your loving friend,

William Camden *Clarenceux.*

CCXC.

G. Camdenus *D. D.* G. Segaro & R. San-Georgio.

Right Worshipful S. S.

YOU are misinformed, that I have granted a Commission to Mr. *Vincent* for the Visitation of *Lincolnshire*: it was never motioned to me but once, and that incidently. I neither know, neither have heard, that his proceedings have distasted the Lords, or grieved the Gentry of those parts: but I have heard him commended by divers for his good carriage and skill. Verily to Mr. *Philipot* I have granted a Commission for *Kent*, induced thereunto by the desire and commendation of many Knights, yea Deputy-Lieutenants, and Gentlemen of especial note in that County under their hands, which shall be produced. I remaining in this County this vacation will be a Supervisor of his Visitation, which he hath already begun. I hope you think it not befitting, that I should offer deputations to any not desiring the same. I never denied any of their Superiors that desired me: yea my offers to some of them for *Gloucestershire*, *Surry*, and *Cambridgeshire*, without capitulation of profit, have been refused. So God love my Soul, as I have tendred the general good of the Office, which they that drew the Letter, if they will inwardly enter into themselves, I trust you will acknowledg, and in that resolution I will continue; desiring you not to impeach me in the execution of my place, who never intermedled with yours; beseeching the Almighty to bless us all with the Spirit of Unity and Christian Charity.

June 3. 1619.

CCXCI.

G. Camdenus Henrico Parraio.

UT tuo studio in me colendo, benevolentiæ in amando, & voluntati utrumque præstando respondeam, æquitate quadam æquabili spero, amantissime mi Parraie: perbellæ vero tuæ epistolæ ornatè, compositè & copiosè profluenti quî respondeam? certè nisi omnem invidiæ locum occlusisset amor, invidiolæ vero morsu aliquo, sed tacito, te corrosissem, quod tam propitias & faciles habeas musas: cum jam earum in me gratia exoleverit sive potius exaruerit, effœto & exucco ingenii mei solo, puerilibusque rudimentis delassato. Sed meum in te studium nescio quomodo satis superque credulum erigit: non enim illud ut scribendi facultas exarescet, sed effervescente indies benevolentia subsequetur, nec mutua benevolentia posteriores feret. Hæc tumultuante calamo jam primum quotidianis pensis laxatus, tu tarditati & brevitati ignosce. Mihi intimos D. Whitalkum & D. Savilum verbis meis quàm officiosissimè saluta. Vale mi suavissime Parraie.

Ad Præcedentes Epiſtolas

APPENDIX.

I.

Animadverſiones in Jac. Aug. Thuani *Hiſtoriam, in quâ res* Scoticæ *memorantur.*

Notæ ad narrationem rerum geſtarum, 1564. Exemplaris Germanici, *pag.* 726.

CUM *Henricus ex Anglia Eliſabethæ permiſſu in Scotiam veniſſet.*] Sereniſſimam Eliſabetham his nuptiis conſenſiſſe non ſemel in hac narratione legitur, id vero longè falſiſſimum eſt. Nam rei veritas ſic habet. Conſilio & prudentiâ aviæ Regis Jacobi, hoc negotium clam Reginâ Eliſabethâ & inchoatum & promotum eſt, ac tandem ad exitum perductum. Erat tunc temporis is ſtatus rerum in Anglia, is animorum habitus, ut & Regina & Regni Proceres rebus Angliæ putarent iri conſultum, ſi Regina Scotiæ ſine prole diem obiret, ad hunc igitur ſcopum omnia ſua conſilia referebant. Quod autem Eliſabethâ non probante hoc matrimonium junctum fuerit, multa ſunt certiſſima argumenta; nam & Regis aviam ad primum nuncium in Arcem Londinenſem conjecit, & nullum non poſtea lapidem movit, quo eas nuptias impediret. Falſa igitur omnia ſunt, quæ de ejus conſenſu toties hic dicuntur.

Sed præcipitem Reginæ voluntatem.] Neſcit R. S. cur hîc Reginæ voluntas præceps appelletur: nam ſi quid feſtinatum in illis nuptiis, juſtiſſimâ id de cauſa factum; metus nempe erat, ne Angla impediret.

diret. Totam autem illam narrationem de Citharædo Citharædi filio adeo præſertim accuratè deſcriptam, nulla cogente neceſſitate hic eſſe poſitam R. M. putat, cui conſtat liquidò & certè, pleraque falſa & mera mendacia eſſe, quæ de hoc Italo narrantur. Falſum eſt, quod de ejus potentiâ dicitur; falſum, quod de ejus calumniis in bonos ſtructis. At *laboravit publico odio.* Sanè, ſed illorum, qui infeſti erant Reginæ, & dicta factaque illius omnia in occaſionem calumniæ rapiebant.

Perſuaſeratque credulo adoleſcenti.] Hoc quî ſtare poteſt? Venerat nobiliſſimus Princeps certo propoſito, perficiendi quod & peractum eſt. Regina ſimul illum vidit, amore ejus exarſit; neque ita poſt negotium eſt conſummatum.

Moravius ab omni aſſent.] Affirmat S. Regis Majeſtas, in magno errore verſari eos, qui hunc virum tot tantiſque laudibus efferunt: ſibi ad unguem verò rerum geſtarum veritatem eſſe notam, cui non aliter poſſit conſuli, quàm ſi planè contraria omnia de Moravio ſcribantur, atque hactenus ſunt ſcripta. Scio & probè memini, Præſes ampliſſime, dixiſſe te mihi ſæpius, cum in familiari colloquio ſermo de hoc Moravio incidiſſet, omnia te expertum, ut harum rerum veritatem ſedulâ inquiſitione invenires; neque aliud comperiſſe multis interrogatis quàm quod ſcripſiſti. Tu vero ignoſce mihi, ſi uni Regi, quem novi certò καὶ φιλαληθέστατον εἶναι καὶ ἀξιοπιστότατον, pluris apud me ſit auctoritas, quàm plurium privatorum, ac præſertim factioſorum zelotarum, & odio partium quidvis etiam in Reges audentium.

Deſtinatis ad id Henrico & Rizio] Totam hiſtoriam falſam eſſe affirmat Rex Sereniſſimus; at Buchananus ut rem veram narrat. Num dubitas, utri potius credamus?

Venit ab Angliâ Legatus] Duæ hic legationes ex Angliâ commemorantur, quarum priorem eſſe commentitiam Regis Majeſtas affirmat.

Moravius quamvis nuptias non improbaret.] Ille verò etiam acerrimè improbavit, & nullum non movit lapidem, quo illæ ne fierent.

Tum agitata illa horridæ libertatis plena quæſtio.] Fortaſſe ita eſt; & reperti ſunt inter perfidos ſubditos, qui hanc quæſtionem agitarent; at inter Proceres Regni & legitimè convocatos Ordines nihil tale diſceptatum.

His acceſſit ad rem accelerandam potentiſſimum telum ſuperſtitio.]

Mox.

Mox, *ut prædictionibus fidem datam appareret*] Hic verò Sereniſſimus Rex de iis graviſſimè queritur, qui hanc anilem fabulam primi in literas retulerunt. Eſt autem, opinor, Buchananus, ille atrox hoſtis Reginæ; qui hoc videtur molitus, ut ad contrahendum matrimonium, ex quo natus ipſe eſt, malis artibus ejus parentes videantur eſſe pellecti. Scilicet egregium aliquid ex illo conjugio poterat exſpectari, quod tam malis avibus eſſet contractum. Sed vitio ingenii Buchananus utitur. Nos ita potius dicimus: quando ex illâ conjunctione tantus Princeps tantæ probitatis & pietatis eſt editus, omnino fatendum eſſe, arcanâ quadam providentiâ Dei, ſine quâ nihil alti mens inchoat felicitèr, illas nuptias auſpicatiſſimè conveniſſe.

Præterea rumores de Eliſabethæ morte ſparſi.] Nihil tale referunt, qui præſentes fuerunt, & negotium ex parte geſſerunt.

Sed fœminam per ſe præcipitem poſtremo impulit Rizius.] Ecce iterum *præceps Fœmina*, iterum *Rizius*, de quo antè dictum.

Nam Hamiltonii nullam pacis firmam rationem eſſe contendebant, niſi Regibus ſublatis.] Tam barbaræ ſententiæ auctorem unquam fuiſſe quemquam è gente Hamiltoniâ, periti rerum conſtantiſſimè negant.

Id actum abſentibus nobilitatis fere principibus.] Hic valdè pervertitur hiſtoria. Nam qui dicuntur fuiſſe abſentes, illi vero perduelles erant, & arma jam ſumpſerant ad impediendum illud matrimonium: ſed non auſi fortunam belli experiri contra Regium exercitum, in Angliam ſe non ſine turpi fugâ ſubduxerant.

Inde cum ab Arce infeſtarentur, ne amici è longinquis reg.]

Hic Maxvallius homo impiger.]

Deinde, *re diligentius apud ſe expenſâ.*] Negatur, aut tantâ unquam Rizium fuiſſe gratiâ apud Reginam, ut hoc poſſet: aut ullum unquam præſidium Italorum à Reginâ in Scotiam fuiſſe accitum. Falſum etiam eſſe conſtantiſſimè affirmatur, quod paullò poſt ſubjicitur, de ſubſecutâ ſtatim poſt nuptias Reginæ pœnitentiâ. Eſt in ore omnium, qui illis temporibus vixerunt, Regem & Reginam poſt nuptias peractas aliquamdiu conjunctiſſimos vixiſſe in ſummâ concordiâ.

Nam cum in nuptialibus acclam.] Rei veritas ita habet, principio Conjugii hoc indulſit merito Regina, ut in ſubſcriptionibus nomen ipſius ſuo præponeretur: duravitque is mos, ex merâ Reginæ, cujus erat regnum, indulgentiâ, diutius: tandem ortâ contentione, Regina quod dederat repetiit, & ex eo tempore commune jus eſt ſervatum. Cur hoc factioſi calumniati ſunt? Nonne Maria Angliæ Regina

Regina Regis mariti nomini suum semper præposuit? habet Rex Serenissimus literas ab illustrissimis Archiducibus non alio ordine subscriptas. Quod dicitur de subscriptione unius pro ambobus, commentitium est; illud verò quod de ferreo typo subjicitur, etsi cum moribus regni Scotiæ convenit, non convenit tamen cum legibus; per quas morem hunc non licet usurpare absque decreto Parlamenti; quod decretum fuisse editum scimus, quando divina Providentia Serenissimum Regem è Scotiâ in Angliam traduxit.

Ita Regem omni dignitate spoliatum.] Negatur à peritis illorum temporum istud factum esse unquam.

Mensæ commestorem cottidianum adhibuit.] Si hoc verum esset, poterat videri nobilissima Regina hanc facilitatem à Gallicis moribus in Scotiam invexisse. Nam etiam Reges maximi, cum discedere de fastigio Majestatis suæ juvat, amicos honore mensæ suæ dignantur: at negant illorum temporum Scoti, qui hodieque vivunt; hoc factum esse unquam à Regina. Occasionem verò calumniæ datam hoc pacto. Mos est Regum Angliæ & Scotiæ, quoties cibum in privatis cubiculis sumunt, selectos ex interioris admissionis ministris jubere sibi ministrare: hi interdum de sublatis è Regia mensâ cibis & in repositorio sive alterâ ejusdem cœnaculi mensâ collocatis, stantes aliquid delibant, & brevi cibo pro tempore se reficiunt. Hoc aliquando factitasse dicitur Rizius, & communi more usus: hinc illæ lacrymæ. Cætera vera non sunt, neque item illud, quod *de Reginâ ad illum stante* sequitur.

Etiam ei jus suffragii in consilio attribuere.] Negatur vel in mentem venisse hoc Reginæ. Jam illud, *cum nec precibus, multò minus minis adhibitis, ab Antiquis possess*, non solum falsò, sed etiam inconsultò dictum à Buchanano contendunt, qui rerum sunt periti. Neque enim moris esse Regibus, quoties aliquem ministrum suum beare opibus voluerint, precibus cum subditis suis agere, ut bonis suis illi cedant. Nam & iniqua sit postulatio, & haberent Reges alias rationes benè de hominibus merendi.

Cujus clavem penes se semper habebat.] Non est mos Regum. Non fuit mos hujus Regis.

Et pulsanti nemo responderet.] Narrant longe aliter, qui ex veritate narrant.

Igitur re cum penes Leviniæ March.] Constat hunc toto illo tempore ab Aulâ abfuisse ad X. aut XV. lapidem: constat etiam Regem nulla consilia cum eo communicasse.

II. De

II.

Pag. 70.

De antiquâ Scotiâ *& de* Pictis.

Primum punctum, Antiquam Scotiam *fuiſſe inſulam.*

1. SCotia proxima Britanniæ inſula. S. Iſidorus, lib. 12. cap. 6.
2. Scotia quæ terris nihil debet. Hegeſippus, lib. 5. cap. 15.
3. Scotia fertilis Sanctorum inſula. Surius 13 Nov. & 8 Maii. Item Molanus 8 Maii.
4. De Scotorum inſulâ venientes. Beda in Martyrologio 13 Nov.
5. Tota inſula Scotiæ mirabatur. Theodoricus apud Surium 1 Julii. Tom. 7.

Secundum punctum, Antiquam Scotiam *à* Britanniâ *fuiſſe diſcretam.*

1. SCoticæ gentis de Britannorum vicina. Hieronymus in 3 proœm. in Hieremiam.
2. De Scotiâ venit in Britanniam. Beda in appendice ad Hiſtoriam.
3. Scotenſis exercitus frequentèr tranſnavigans in Britanniam. Vita S. Patricii in Collegio Duaceno MS.
4. Britannia Oceani inſula, cui adjacet Scotia. Hucbaldus apud Surium. 12 Nov.
5. Alter penè orbis Britannia cum adjacente Scotiâ. Theodoricus apud Surium tom. 7. Julii 1.

Tertium punctum, Antiquam Scotiam *non diverſam ab* Iberniâ.

1. SCotia eadem & Ibernia. S. Iſidorus lib. 12. cap. 6.
2. Ibernia à Scotorum gentibus habitatur. S. Oroſius lib. 1. pag. 20.

3. Bri-

3. Britanniæ adjacet Scotia seu Ibernia. Hucbaldus apud Surium 12 Nov.
4. Ibernia propria est Scotorum patria. Vita S. Columbæ in Legendario Anglicano.
5. Ibernia propria Scotorum est patria. Beda in hist. Ecclesiast. lib. 1. cap. 1.
6. Scotorum, qui Iberniam insulam Britanniæ proximam incolunt. Beda loco cit. lib. 2. cap. 4.
7. Scotorum tumulos flevit glacialis Iberna. }
8. Totam cum Scotus Ibernam } Claudianus.
Movit, & infesto spumavit remige Tethis. }
9. De Iberniâ Scotorum insulâ venientes. Beda. 13 Novem.
10. Scotia, quæ & Ibernia dicitur. Surius ad eundem diem.
11. Scotia, quæ tunc erat Ibernia. Bozius de anno 434. in signis Ecclesiæ lib. 8. cap. 1.
12. Scotus de Iberniâ insulâ natus. Marianus ad annum 657. de S. Kiliano.
13. Iberniam Scotorum gens incolit. Jonas in vitâ S. Columbani.
14. Iberniam Scotorum insulam. Aimoinus lib. 4. cap. 100. & Eginardus in gestis Caroli magni.
15. Euntes in Scotiam intrent purgatorium S. Patricii. Cæsarius lib. 12. cap. 38.
16. Ibernia partita in Scotos (Septentrionales & Australes.) Beda lib. 3. cap. 4.

Quartum punctum, Pictos *in* Britanniâ *fuisse antiquiores* Scotis.

1. PIcti secundum veram historiam ante Scotos in Britanniâ. Joan. Major. lib. 1. cap. 10.
2. Britannia post Britones & Pictos tertiam Scotorum nationem recepit in parte Pictorum. Bed. lib. 1. cap. 1.

Quintum punctum, Britanniæ *nullam partem tenuisse* Pictos *ante ann.* 446.

1. PIcti Caledonios & Veturiones occupant. Scoti depopulantur insulam. Pomponius Lætus de an. 22. Valentiniani: qui fuit incarnationis 446. & Theodosii 39.
2. Britanni Scotorum impetus formidantes, Anglorum gentem invitant, &c. Paul. Diaconus lib. 24. sub finem de eodem anno.

3. Reversis domum Scotis, Picti extremam insulæ partem vindicant. Beda lib. 1 cap 14. & lib. de naturâ temporum, ubi agit de Theodosio Juniore.

Vide consentientes in idem Baronium, Marianum, & universos Chronologicos.

Demum, si inquiras, cur nomen Scoticum non potuit alicui Britanniæ genti competere ante præfatum 855 annum, rationem reddo, quia Picti illam, quam modo tenent Albienses Scoti, regionem, vel Hectore Boethio teste, eatenus obtinebant; alibi autem fuisse illos, nemo unquam affirmavit.

Ut ante Iberni cederent illis Scotorum appellationem, in causâ fuit, quod plus assueverint etiam olim Ibernorum nomini quàm Scotorum; quodque hoc Scotorum aliis permittendo, pio suorum in pristinam appellationem affectui satisfacere, & suam ipsorum in edomandis Pictis virtutem posteritati commendare voluerint.

III.

Pag. 174. *Charta memorialis* Caroli Labbæi *ad* G. Camdenum.

LES Interrogatoires & responses de ceux, qui ont voulu assassiner la defuncte Reyne d'Angleterre Elizabeth, & le Roy aujour d'huy regnant en la grande Bretaigne.

Item, les Jugements donnez contre lesdits assassins.

Et la deposition de ceux, qui ont esté tesmoins contre lesdits assassins.

N'importe en quelle langue, Angloise, Françoise, ou Latine, pourveu que le tout soit authentique & veritable.

V. *Charta*

IV.

Charta memorialis Theodori Gothofredi *ad* G. Camdenum *scripta.* Pag. 179, 185.

Memoire pour Monsieur Camdenus.

L'on desire sçavoir, si en l'an 1614. lors que le Roy de Danemarck vint en Angleterre, il y a eu debat pour la preseance entre les Ambassadeurs de France & d'Espagne; & s'il est vray, que le Roy de la grand Bretaigne donne premier audiance à l'Ambassadeur d'Espagne que à celuy de France, dont celuy de France irrité ne voulut faire sa visite, ains s'en excusa.

Plus, si en l'an 1617. le jour des Roys au palais de Londres ledit Roy de la grand Bretaigne donna la preseance en un acte solemnel à l'Ambassadeur d'Espagne sur celuy de France, lequel a cette occasion se retira du Royaume d'Angleterre, & revinst en France apres que le Roy l'eust rappellé.

Extrait de l'histoire du Roy Philippes *III. par* Louis Cabrera *de Cordoüe Historiographe de Castille, imprimée à Madrid l'an 1619. lib. 6. cap. 13.*

Y el valor, prudencia, y gallarda resolution, con que Don Diego Sarmiento de Acunna Conde de Gondomar Enbaxador de Espanna en Inglaterra, que oi lo es de Francia, asentò esto punto comando la precedencia à Monsieur de Marets Enbaxador de Francia en acto solene en el dia de los Reyes del anno mil i siescientos i deziliete en el Palacio de Londres, i su Rey le retirò, i noa enbiado otro hasta oi, come ni tan poco le tiene per la misma causa en la corte del Enperador. J en la de Inglaterra en el anno mil i seiscientos i catorze aviendo venido el Rey de Denamark cunnado del Rey de Inglaterra, i controvertidose sobre la precedencia de Espanna i Francia, i el sennalar el primero lugar, i la primera audiencia, le sennalò, i la dio al mismo Don Diego Sarmiento de Acunna Enbaxador de Espanna, i despues a Monsieur de Busiers Enbaxador di Francia, i el de Espanna hizo su visita, i el de Francia se escusò.

V.

Pag. 187. *Charta memorialis* Caroli Labbæi *ad* G. Camdenum *missa.*

Rogo D. Camdenum, si molestum illi non fuerit, ut generalia & particularia Acta in reos crimine læsæ Majestatis transcribi curet, permissu supremi Justitiarii & Procuratoris Regii magnæ Britanniæ, illudque ab illis ita petat, ut obtineat pro salute & securitate ipsius Regis magnæ Britanniæ & aliorum Regum & Principum. D. Casaubonus in libello contra Frontonem ipsissima verba, quæ desideramus, non retulit, licet ipsum illa habuisse jussu Regis scribat D. Camdenus.

Car. Labbæus.

VI.

Pag. 186. *Illustrissimi viri* Jac. Aug. Thuani *Testamentum.*

P
A. X Ω.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Quoniam Deo ita visum, ut uxor mea carissima Gaspara Chastrea, quam mihi fore superstitem semper speraveram & optabam, turbato ordine naturæ prior decesserit, ego Jacobus Augustus Thuanus, omnium maximus ac miserrimus peccator, morte ejus luctuosissima admoneor, ut de mea serio cogitem, & de rebus meis hoc ultimæ voluntatis meæ elogio statuam.

Ante omnia gratias quam possum maximas ago Deo omnipotenti, quod me ex fidelibus parentibus nasci voluerit, in Ecclesia sua per sacrum lavacrum regeneraverit, meque in ea sacramentorum suorum participem effecerit, & Fidem vivam non mortuam in animo meo impresserit, adjuncta æternæ vitæ spe, quæ in eo consistit, ut credamus

credamus in Deum, & quem misit filium dilectissimum, Verbum æternum ante secula genitum, JESUM CHRITUM, qui conceptus de Spiritu sancto in utero beatissimæ Virginis Mariæ carnem in seculo sumpsit; in ea natus, passus, mortuus & sepultus est; in ea resurrexit, ascendit in cœlum captivam ducens captivitatem, & inde largissime dona hominibus distribuit, pro consummatione promissorum misso Spiritu sancto à Patre Filioque procedente.

In hac Fide me vivere profiteor, & ut in ea ad ultimum vitæ spiritum constanter ac sine hæsitatione perseverem, adsiduis quantum possum precibus ac lacrimis à Deo contendo, immensamque ipsius clementiam oro & obtestor, ut me in peccatis & iniquitatibus conceptum ab humanæ infirmitatis pollutionibus repurget, dignumque ex indigno per misericordiam suam efficiat, in quo tanquam in templo suo habitare dignetur, mihique passionis Filii sui dilectissimi JESU CHRISTI meritum ad expiationem peccatorum applicet, ut quum novissima vitæ hora non improvisa venerit, ab Angelis suis in sinum Abrahæ raptus cum sanctis & electis suis æterna felicitate perfruar.

Hæc præfatus, liberis meis, quos ex humanissima & insolabiliter, nisi quatenus in resurrectione spes, mihi semper lugenda conjuge suscepi, Tutores do nominoque Henricum Chastreum Nancei comitem, illius fratrem, Henricum Burdeliæ vicecomitem Petrocoriorum præsidem, Ludovicum Vicinum ab Ambra sororios meos; & quia propter locorum distantiam semper adesse non possunt, eis adjungo Joannem Thumerium Bossisium sacri consistorii adsessorem, Renatum Thuanum Bonnolium fratris filium, Jacobum Gillotum, Cyprianum Perrotum Senatores Parisienseis: quos omneis & singulos rogo, ut educationis liberorum meorum & administrationis bonorum curam habeant, consilioque suo & auctoritate juvent eum, quem onerarium tutorem nomino ac constituo, Martinum Paridem in Senatu Advocatum, amicum & familiarem meum, cui & ejus uxori, quam mea semper unice dilexit, habitationem in ædibus meis hac in urbe quàm commode fieri poterit, ex tutorum consilio assignandam do, lego, quamdiu tutela durabit.

Bona mea mobilia, & pretiosam supellectilem, si fieri potest, vendi ac distrahi nolo; sed quæ servari poterunt, eousque servari cupio, quousque eorum inter hæredes meos fiat divisio.

Bibliothecam meam xl. amplius annorum spatio magna diligentia ac sumptu congestam, quam integram conservari non solum familiæ meæ, sed etiam rei literarariæ interest, dividi, vendi, ac dissipari veto, eamque

eamque communem cum numismatis antiquis aureis, argenteis, & æreis inter filios, qui literis operam navabunt, facio, ita ut etiam exteris aliisque philologis ad usum publicum pateat. Ejus custodiam Petro Puteano cognato meo & multis nominibus mihi caro, donec filii adolescant, committo, qui & libros MSS. iis qui opus habebunt utendos dare poterit, modo de illis restituendis idoneè caveatur.

Eum præterea & Nicolaum Rigaltium in Senatu Advocatum & Regiæ bibliothecæ Curatorem, virum doctissimum ac juxta probum, rogo, ut filiorum meorum in literis institutionem consilio & industria sua adjuvent, amicitiæque nostræ memores eos officiosè invisant, & præceptoribus eorum præsto sint.

Historiarum mearum, quas ad Dei gloriam & publicam utilitatem sine odio & gratia, Deum ipsum testor & homines, conscripsi, paratam editionem, si antequam ipsa edatur moriar, iisdem committo, præcipioque, ut ea in re Sammarthanorum fratrum, qui me in toto opere multum opera sua & diligentia adjuverunt, consilio utantur.

Lucubrationes item omneis alias meas fidei eorumdem Puteani & Rigaltii committo.

Dominam à Burdelia & Dominam ab Ambra dilectissimæ uxoris nuper defunctæ sorores enixe ac demisse quantum possum obsecro, ut qua pietate & caritate matrem complexæ sunt, eadem liberos ejus prosequantur, ac præsertim filiarum curam commendatam habeant, sive in iis matrimonio dignè elocandis, sive velandis: quod ante ætatem legibus præscriptam & coacte fieri veto.

Corpus meum, quandocumque & ubicumque me mori contigerit, juxta corpus uxoris nunquam sine honoris elogio & acerbitatis sensu nominandæ tumulari mando. Quod ubi futurum sit, nondum decrevi, & codicillo seorsim, si longior vita suppetet, indicabo, quo & mihi integrum servo de rebus aliis meis, legatis, & largitionibus in eos, qui nunc sunt, & post in mea familia erunt, erogandis amplius statuendi, ita tamen ut nihil huic meæ voluntatis testationi derogetur, quam firmam, validam, ac ratam esse volo.

EGO JAC. AUG. THUANUS corpore validus, ceterum de morte, quasi in propinquo sit, Christianè cogitans, propria manu scripsi ac subscripsi. Actum in ædibus Palatinis illustriss. Achillis Harlæi quondam Senatus principis meritissimi, sororii mei; ad quas dolori tanto solitudinem quærens me contuleram. iii Eid. Vtil. anno R. S. CIↃ. IↃC. XVI.

Vigesimus

VIgesimus præteriit & centesimus
Dies, reclini corpore ex quo in sellula
Humili recumbo, sternor aut supra torum;
Tandemque plane clinicus jaceo domi
Inter dolores languidum corpus trahens,
Pejor priore semper & sequens fuit.
Tentata te monente nequicquam omnia,
Amice TUMERI, debeo cui vitam hactenus.
Asclepiadum cessit in vanum labor:
Frustra rogatus & bonus Renealmius
Peculiaris abdita artis pandere,
Stertit profundum nocte dum crucior miser.
Quid jam amplius moramur in terrestribus,
Graviora morbo & experimur remedia?
Tentanda cælo per pias preces via:
Nec vita tanti est, tandiu, ut vivas, mori.

No. Mai. cIↃ. IↃC. XVII.

P
A. X Ω.

HEIC in quiete buccinæ exspecto sonum,
Animas jubebit quum solutas ad sua
Humi relicta transvolare corpora,
Interque functos ultimæ sententiæ
Judex sedebit & superstites Deus,
Ubique quæ servata semper ab omnibus,
Hanc ipse, quantum corporis non noxii
Hebesve sensus ingenî non obstitit,
Teneris ab annis usque servavi Fidem.
Mihi cultà corde sancta non ficto Trias,
Et criminis Crux expiatrix non sui.
Mihi veritatis cura vitæ commodis
Antiquiorque caritatibus fuit,
Nullique facto, voce nulli injurius,
Injurias patienter aliorum tuli.
Tu quisquis es, qualisque quantusque, ô bone,
Si cura veri est ulla, si pietas movet,
A me meisque injuriam quæso abstine.

VII. N.

VII.

N. Bergerius P. Puteano.

Pag. 211, & 284.

Extrait de la lettre dudit Sieur Berger au Sieur Dupuy.

J'ay sçeu que vous avez entendu quelque chose d'un oeuvre que je fais, sous le nom de *Commentaires sur l'Itineraire d'Antonin.* La verité est, que le sujet dudit livre ne s'en eloigne gueres, & qu'en quelque choses, il pourra bien servir à mieux entendre ledit *Itineraire* ; & y corriger de grandes erreurs, que Hieronymus Surita Espagnol, quoy que sçavant, y a introduit, pensant corriger en plusieurs lieux, ou le texte est sain & entier. L'inscription de mon livre sera, *Traité des grands chemins de l'Empire Romain* ; grande partie desquels chemins sont mentionnez dans ledit *Itineraire* par postes, gistes, & citez ; que l'on appelle, *Mutationes*, *Mansiones*, *Civitates*. Et y aura quelque chapitre dans le troisieme livre qui serviront à cela ; mais l'oeuvre tend a descrire entierement l'histoire desdits *grands chemins*, comme vous pourrez voir par la preface de l'oeuvre, que je vous envoye, affin que vous me donniez vôtre jugement sur icelle. Je me suis servy entre autres livres du livre, que Velserus a fait sur la *carte de Peutinger*, & desdites cartes, qui recevront, je pense, quelque intelligence nouvelle aussi bien que l'*Itineraire d'Antonin*. Je commence à faire mettre au net les deux premiers livres, pour cependant polir & achever les deux autres : & ne divertiray à autre composition que celle cy ne soit achevé, s'il plaist a Dieu m'en faire la grace.

VIII.

Charta N. Fabr. Peireskii *ad* G. Camdenum *missa de Codice MS. qui continet descriptionem comitatûs Caucensis, sive de Caux.* Pag. 223, 232.

Inscription d'un livre de parchemin escrit à la main en veille lettre François veu en Angleterre en l'année 1609. entre les mains de Monsieur Segar, Roy de la Jartiere.

CEst livre divise la circuite du Païs de Caux, & combien il a de tour, & ses Abbayez, Prieurez, & Chancineries qui y sont ; & qui les fonda, & de quel temps, & quels corps saints y sont saintiz à chacune place & avec ce tous les noms, armes, cris, & surnoms de tous les Sieurs & Nobles hommes, qui y sont de present ; & les noms & armes de ceux, qui y ont esté au temps passé, dont lesdits noms & armes sont faillis. Et avec ce la creation de Chevalerie, & comme Syrs & Gents Nobles doivent gouverner : & en especial Princes & gents de grande authorité ; & la creation de l'ordre des Heraulds & Poursuivants : & comme ils se doivent gouverner : & ce qui appartient à leurs offices, & les blasons d'Armoiries, avec plusieurs Armes d'Empereurs, Syrs, & Barons de France.

IX.

Petrus Paulus Rubenius Francisco Sweertio. Pag. 224, 230.

Clarissime & amicissime D. Swerti,

ISidem C. V. Camdeni, ut verum fatear, non planè perspexi, neque & imagine tam rudi (ignoscat artifex) eruere potui probabilem conjecturam : nam de juvencâ, nisi hæc notaretur fide D. Camdeni, ego quidvis aliud suspicarer, cum figura, proportio, gestus,

& ſitus mirum in modum repugnent hujus animalis naturæ proprietatibus. Apis ſanè, qui ſemper ferè in marmoribus antiquis, quotquot ego obſervavi, aut Iſidis aut ipſius Ægypti latus claudit. Juſta bovis ferè adulti effingitur ſtatura, latus illi denique ſuâ peculiari notâ lunæ pluſquam ſemiplenæ conſpicuum. Cornua item habet, & cætera bovi congrua: Vaccam autem quæ puella unquam catelli vice in deliciis habuit, & gremio ſuo toleravit? Vittæ etiam & tæniæ Iſidi valdè familiares, imo individuæ comites hic prorſus nullæ: ſed illam ſine ſiſtro pictam aut fictam, ni fallor, videt nemo, nempe quod proprium ejus ſit inſigne.

Sed ne nihil dicam, cum nihil tamen certi in re tam obſcurâ affirmare auſim, ſi vitula iſtud animal eſt, ego ſuſpicarer de quodam voto pro frugibus, juxta illud vulgi, *cum vitulâ facies pro frugibus*, ſuſcepto: hoc ſuadet patera frugifera, & vas potorium in alterá manu ab urnis fluviorum quantitate & formâ omnino diſpar; urnæ ſiquidem grandes & depreſſiore alveo: bibebant autem in ſacris ut Lauſeia: corona etiam ſacrificiis propria, ſive florida, ſive herbacea, vel aurea, vel aliûs materiei, ut multis exemplis doceri poteſt. Hoc habe, pro re nihil, ſed pro negotiis meis abundè, quæ aliò me avocant, amiciſſime Domine. Cæterum queſtionem Iſiacam peritioribus integram & illibatam relinquemus. Vale, & me ætatem ama.

Ex aſſe tuus,

Petrus Paulus Rubenius.

X.

N. Fabr. Peireskius *de torneamentis & familiâ Chaumontiorum ad* G. Camdenum.

NOus avons trouvé de pardeça en la recherche de nos tournois & gaiges de Bataille une fort ancienne peinture, & laquelle eſt pour le moins de trois cents ans, ou eſt repreſenté un combat d'un Cavalier Chretien ſeul contre deux Cavaliers Barbares, au conſpect de deux Roys, qui regardent chacun par les crenaux d'une tour, ou d'un

d'un chateau ; dont l'un est accommodé à la mode des Chrestiens, & l'autre pourroit bien estre Barbare avec cette Inscription :

Comment Richard de Chaumont fet la bataille contre Murgale & Boulias.

Les Barbares n'ont aucune image representée en leur écusson, qui n'est que comme de couleur de pourpre. Mais ce Richard porte son heaulme croisé d'une croix comme quasi celle de Thoulouse. Et son ecusson de gueules a deux Leopards d'or passants l'un sur l'autre a la bordeur d'argent. La même armoirie est representé en l'espaulliere, selon l'usage de ce siecle la d'environ St. Louys.

Nous voudrions bien sçavoir quelque chose de ce combat, soit qu'il soit veritable, & authorisé de quelque bonne histoire du tems : ou fabuleux & inseré dans les vieux Romans.

Car la maison de Caumont (dont est la Comtesse de St. Pol, & le Marquis de la Force) en Guyenne porte pour armoiries trois Leopards d'or passants l'un sur l'autre en champ d'azur, avec un second surnom, ou agnomen, *Nompar*. Comme par exemple, *François Nompar de Chaumont*.

Et tient de plus par certaine tradition que ce surnom de *Nompair* leur a esté donné pour quelque signalé fait d'armes, & en racontent je ne sçay quoy d'approchant a ce combat d'un seul contre deux, a quoy ils attribuent aussi la reformation du nombre des Leopards de leurs armes de deux, qui est pair, a trois, qui est impair. Et nonobstant la diversité du champ d'azur pour les gueules, soustiennent opiniatrement estre Cadets de la Maison de Normandie & Guyenne.

Si vous en pouvez decouvrir quelque chose vous m'obligerez infiniment de m'en faire part. Ensemble si avez rien de curieux pour les Colliers des Ordres de Chevalerie, principalement des plus anciens : car j'en ay recouvre de fort rares, che je fais estat de mettre par appendice a nos Tournoys.

Il y a encor une ancienne famille de Chaumont, voisine des frontieres de Normandie & France ou il y a des Richarts, & qui s'apparentoient fort aussi aux Rois d'Angleterre.

XI.

*Pap. 254. *Charta à D.* Peireskio *ad* G. Camdenum *transmissa de MS. codice, qui continet gesta* Stephani *Regis* Anglorum.

Extrait d'un Manuscrit contenant les gestes d'Estienne Roy d'Angleterre.

Ce Manuscrit est de bonne marque, mais imparfait a la fin: & semble meme, que ceste, piece soit seulement partie d'un plus grand oeuvre.

Ce Manuscrit commence ansi :

CUM Rex Henricus pax patriæ, gentisque suæ pater, ad extrema deveniens morti debitum exsolvisset, luctuosum infortunium universam regionis faciem turbidam reddidit, & omnino confusam. Ubi namque eo regnante judicii caput, juris iverat domicilium, ibi eodem ruente iniquitatis copia, totiusque malitiæ succrevit seminarium.

Quand l'Autheur vient a la prison du Roy Estienne, il semble faire un seconde partie de son histoire & la commence ainsi :

Rege de carcerali tandem exuto angustiâ, cum tam horribili regni malitiæ finem jam imponendum crederes, tantisque doloribus & partem utramvis condolere, & ad pacem in commune redintegrandam conspirare putares, aggravata est denuo super Anglenses manus Domini; quique multimodè illum offenderant, multiplici castigati flagello, ut reseratum est, vapularunt. Comitissa namque Andegavensis, &c.

On desire sçavoir qui peut estre l'Auteur de cette piece,quand il a commencé, & jusques ou il a continué son oeuvre. Car si à l'ongle on connoit le Lyon, il est aïse de juger l'utilité & bonté dudit oeuvre par cette seule piece, qui contient une infinité de belles choses omises par les Auteurs imprimes. Et en effet elle merite bien, qu'on la recherche entiere.

Il ne faut pas oublier la recherche du livre de Cambrige in Bibliothecâ domûs S. Petri Cantabrig.

Tractatus de adventu Normannorum in Angliâ, & de jure, quod habuit Guillelmus Bastardus ad Regnum Angliæ.

XII. *Charta*

XII.

Charta memorialis de Gualtero Ebroicensi *ad* G. Camdenum *missa*. Pag. 254.

Extrait d'un livre Manuscrit contenant les noms, armes, & descentes genealogiques des Ducs, Comtes, & Seigneurs d'Angleterre.

GAutier d'Evreux Comte de Rosenner & de Mante fut fait Comte de Sarisbury. De iceluy descendit Guillaume Comte de Sarisbury, qui eut pour issue une fille son heritiere nommée Ella, qui espousa Guillaume Longue espée Comte de Sarisbury. Porte de gueules a trois pals vairinez d'argent & d'azur, en chef d'or un Lyon passant de sable.

Il semble que ce Gautier est celuy meme, qui avoit epousé la fille de Hugues Comte du Mans, ainsi qu'escrit l'Autheur de la vie de Guillaume le Conquerant, dont le Manuscrit est en la Bibliotheque de Monsieur Cotton, & qui estoit Comte de Mante & de Chaumont en Wexin. Parquoy on desire apprendre l'occasion, pour laquelle il est surnommé d'Evreux. Car il y avoit en ce meme tems un famille particuliere des Comtes d'Evreux en Normandie; en laquelle il ne se trouve aucun Gautier. Peut estre est ce une faute de l'ecrivain, & qu'au lieu d'Evreux il faut de Dreux, estant aisé de confondre ces deux mots par l'affinité des lettres. Telle est la conjecture d'aucuns. Et d'ailleurs un autre Gautier grand pere de cestuycy se trouve avoir autrefois porté le tiltre de Comte de Dreux. On desire aussi sçavoir quelle Comté c'est que Rosenner, & si elle doit estre prisé pour celle de Ros. Item si vrayment les Comtes de Sarisbury ont porté les armes susdites; & pourquoy les Comtes de Pembroke escartelent les leurs d'icelles, comme elles sont representées dans le *Theatrum Imperii Britannici*. Car le sont les vrayes armes des Comtes de Blois & de Saint Paul de la maison de Chastillon.

XIII.

Pag. 263. *Charta memorialis de familiâ* Corteniacorum *à* P. Puteano *ad* G. Camdenum *missa.*

Memoire a Monsieur Camdenus.

DE faire un recueil le plus exact qu'il pourra de ceux de Courtenay d'Angleterre ab anno 1194. ad annum 1400. avec les dattes de leur decês & mariages.

Sçavoir si ceux de Courtenay d'Angleterre tiennent ceux de Courtenay, qui sont en France, pour estre de même race qu'eux, ou bien s'ils les tiennent pour estre de la maison Royale de France.

XIV.

Pag. 269. *Nobilissimo Viro Domino* Roberto Cotoni *Fronto Ducæus S. D.*

CUM editionem Græcam veteris Testamenti, quam κοινὴν veteres appellabant, ex omnium fermè Interpretum varietate conflatam Ecclesiæ Christianæ repræsentare in animo haberemus, percommodè accidit, ut Genesis textum antiquissimis characteribus expressum in tuo Codice nobis exhiberet vir Clarissimus Nicolaus Faber Peyresiæ Dominus, & apud Provinciales Aquis Sextiis Senator amplissimus, ex quo plurimas varias lectiones licuit excerpere. Quanquam enim ordine capitum perturbato ita compactus est liber, ut propter occurrentes subinde multas lacunas statui non possit, cui Græcæ editioni textus ille sit σύμφωνος, tamen ob stupendam illius codicis antiquitatem paucæ illæ διαγραφίαι non possunt non τιμιώταται videri. Sic enim habeto, vix in toto Christiano orbe codicem ullum reperiri, qui cum istius antiquitate conferri possit. Est quidem in Regiâ Bibliothecâ pervetustus liber olim *Basilio Maithoni* Imperatori oblatus, ac proinde ante annos septingentos exaratus, qui

B. *Gregorii*

B. Gregorii Nazianzeni Sermones complectitur grandioribus literis expressos, itemque alter illustrissimi Cardinalis Rupifucaldii, qui ex *Abbatis Apollinaris* exscriptus est *libro quodam cum Origenis Hexaplis collato, & asteriscis atque obelis sæpe distincto* : sed neuter tamen ad tui libri senium ac prope decrepitam, ut ita dicam, ætatem accedit.

Quo majus tuum est in nos, vir Nobilissime, collatum beneficium, qui tam pretiosum thesaurum non gravatus sis itinerum periculis exponere, ut inde fructus aliquis ad Reipublicæ literariæ utilitatem dimanaret. Quod si Deus Opt Maximus nobis permiserit, ut nostrâ operâ tandem aliquando prodeat illa editio, non pigebit nos, per quos profecimus, profiteri, solennique testimonio, quid Tibi acceptum ferendum sit, posteritati, ut speramus, innotescet. Interim hoc habeto mutuæ inter nos benevolentiæ pignus, qui tuæ amplitudinis voluit & communis amicus noster amicitiæ tuæ fores pulsari, ut siqua in re nostra tibi usui esse possit industria, nos obsequium nostrum non dubites Tibi quàm promptissimè delaturos. Vale, & nos ama. *Lutetiæ Parisiorum.* Idibus Novembris cIↃ. IↃC. xiix.

XV.

De Margiduno, oppido veteri tempore Romanorum in Comitatu Rutlandiæ. Pag. 273.

Out of a note delivered to me A. 1617. *by M.* Robert Bowyers *Clerk, with certain old* Roman *Coyns.*

THese antiquities were found (as there are every season of Plowing some of the same kind, together with other tokens of a Town in that place decaied) upon Arable Land belonging to a Town in *Rutland* called *Marget-Overton*, which Land lieth within half a mile of the said Town, and reacheth Eastward near unto a Town called *Thistleton*. I have often thought, it should be that ancient *Margidunum*; for there is, especially in those Fields, great store of Limestone, whereof my self have known to have been made good Lime; and so may agree with Mr. *Camden*'s *Marga*, instead whereof we may say *Marget*: besides, this *Marget-overton* standeth on the highest hill within view thereabout, excepting *Burley* and *Cole-overton*; and

so

ſo may anſwer M. *Camden's Dunum :* And further, theſe fields extend unto a great Road way out of the North to *London*, eſpecially for Drovers, and it may ſeem *Lepton*, in his Riding-match from *York* to *London*, thought it his beſt way, for he made choice of it ; and it is a broad beaten way : for their diſtance, the Fields lye from *Burrough-hill*, Mr. *Camden's Vernometum* in *Leiceſterſhire*, (as the Country accounts them) between five and ſix miles, and about ſeven miles diſtant from *Panton* , called anciently *ad Pontem* in *Lincolnſhire.*

XVI.

Pag. 276. *D. Sammarthanus de familiâ Comitum* Brienniæ.

Pour ſatisfaire aucunement ad quærenda Domini Baronis Cairew.

JE ſuis d'accord & approuve fort l'opinion de Monſieur le Baron *Cairew*, que le Roy de Hieruſalem Jean de Brienne n'eſt point iſſu de la maiſon des comtes de Dreux Princes du ſang Royal de France, ains plutoſt des Comtes de Brienne. Et ce qui me confirme davantage en cette opinion, outre les raiſons ſuffiſamment & fort curieuſement deſduites par ledit Sieur Baron, c'eſt l'authorite de Nicolas Vignier Hiſtoriographe de France, homme fort judicieux & fort verſè en l'hiſtoire, qui eſt l'Autheur de ce livre excellent de la Bibliotheque hiſtoriale ; ou il parle de Roy Jean de Brienne ſous les années 1208. & 1211. & tient cette meme opinion ; & au livre qu'il a fait de la nobleſſe & dignité de la troiſieme lignée des Rois de France. Pag. 170. il parle du meme Roy, qu'il nomme Jean de Brienne ; & en divers endroits de ſa Bibliotheque , il le dit frere de Gautier de Brienne, lequel fut a Naples.

Quand aux armories de Gautier de Brienne premier du nom Duc. d'Athenes ; Je ne ſçay au vray qu'elles eſtoient. Car ſi nous croions celuy, qui a fait cet ancien extrait d'armoiries du tems de Philippe le Bel, (lequel j'eſtime avoir auſſi pardevers moy) il donne pour armoiries au Comte de Brienne, un Lyon d'or en champ d'Azur : Et quant a Schoier Auteur de la Genealogie de Crouy, il donne au Duc d'Athenes pour armoiries , de gueulles a quatre points equipollés d'her-

d'hermines; (que j'eſtime eſtre Athenes) mais J'aimerois mieux m'arreſter à cet ancien extrait d'armoiries, & le ſuivre que non pas Schoier; lequel extrait d'ailleurs donne pour armoiries au Comte d'Eu d'azur au Lyon d'or rampant billetté d'or.

Et eſt remarquable, qu'en une Genealogie de la maiſon de Luxembourg communiquée par Monſieur du Cheſne ſe trouve ceci eſcrit.

* Marguerite d'Anghien Ducheſſe d'Athenes, Comteſſe de Brienne, de Converſan, de Portian & de Licces, Dame d'Anghien, eſtant veuve du premier Jaque de St Severin, fut femme de Jean de Luxembourg. Elle portoit gironné d'argent & de ſable a trois croiſettes recroiſſettees d'or ſur chacun giron de ſable, qui eſt d'Anghien. Cartellè d'hermines equipollé a cinq points de gueules, qui eſt d'Athenes, ſur le tout de Brenne que nous diſons Brienne de Champagne, qui eſt d'azur au Lyon d'or, l'eſcu billetté de meme.

* *alii* Helene.

Tellement que puis que les Comtes de Brienne & les Comtes d'Eu ſortis du Roy Jean de Brienne portoient memes armoiries, il eſt vray ſemblable, qu'ils ſortent de meme tige, & que les billettes d'or ont eſté ajoutees dans les armoiries anciennes pour quelque ſujet que on ne ſçait pas.

Les armoiries de Jeanne d'Eu ſoeur du dernier Roul Comte d'Eu ſont en l'Egliſe de St. Denis en France ſur une lame de cuivre, qui eſt ſon tombeau, a ſcavoir, my-parties de celles du Comte d'Eſtampes, de la maiſon d'Evreux de France ſon dernier mary, & de celles d'Eu, qui ſont un Lyon avec les billettes, dont l'Ecu eſt ſemé. Auſſy eſtoit elle ſortie du Roy Jean de Brienne, comme porte ſon Epitaphe, qui eſt tel.

Cy giſt Madame Jeanne d'Eu jadis Comteſſe d'Eſtampes & Ducheſſe d'Athenes, fille de tres noble homme, Monſieur Raoul, Comte d'Eu & de Guines, jadis Connetable de France, & de tres noble Dame Jeanne de Mello; & fut † attraite de M. Alphons jadis Comte d'Eu & Chambrier de France, laquelle trepaſſa en la cité de Senes le 6. jour de Juillez M. CCC. LXXXIX. Prie Dieu pour elle.

† Orta.

Quant a l'Epitaphe dudit Alphons, qui eſt auſſi inhumè a St. Denis en la Chappelle St. Martin, il porte:

Cy giſt Alphons jadis Comte d'Eu, Chambellan de France, qui fut fils a tres haut homme, tres bon, & tres loyal Chevalier, Monſieur Jean de Bayne, qui fut Roy de Hieruſalem, & Empereur de Conſtantinople. Et fut ledit Alphons fils de tres haute dame Berengere, qui fut Emperiere de Conſtantinople, laquelle fut mere de Madame Blanche la bonne & la ſage Royne de France, qui fut mere du bon Roy Louis de France, qui mourut en Carthage. Et fut ladite Berengere ſoeur au bon Roy Ferrand de Caſtille, & mourut ledit Alphons au ſervice de Dieu, & au ſervice des tres haut & tres puiſſant Prince, Louis par la grace de Dieu jadis Roy de France, & de tres haut Prince, Monſieur Philippes ſon fils par la grace de Dieu Roy de France, deſſoubs Carthage au Royaume de Thunes l'an de l'incarnation de notre Seigneur 1270. la veille de St. Croix en Septembre. Et fut enterré ledit Alphons en cette Egliſe Monſieur S. Denis l'an de l'Incarnation de notre Seigneur 1271. Le Vendredy d'apres la Pentecote, le jour & l'heure, quand Monſiegneur le Roy Louis fut enterré. Et pour Dieu priez pour l'ame d'iceluy Comte moult ſage & moult loyal Chevalier.

Du Brueil Moine de St. Germain des Prez au livre des Antiquitez de Paris inſere cet Epitaphe, & ajoute: Ce tombeau eſtoit elevé en boſſe d'un cuivre bien doré & eſmaille avec pluſieurs armoiries, lequel fut rompu par les heretiques aux premiers troubles. Ce Comte ayant ordonné par teſtament, qu'un Chapelain ſeroit ranté pour chanter meſſe tous les jours en la chapelle, ou il ſeroit enterré, pour le ſalut de ſon ame. Noble homme Jean d'Acre ſon frere & ſon executeur teſtamentaire pour accomplir cette ſienne ordonnance de derniere volonté acheta en l'an 1277. le revenu de trois de muids de bon froment, &c.

Or il y a peint en la muraille a l'entour de cet Epitaphe de Comte d'Eu pluſieurs armoiries.

Au costé dextre il y a 7 Ecussons.

Le 1. de France.
Le 2. de Castille.
Le 3. de Beaumont. i. d'azur semé de fleurs de lis d'or au Lyon d'or rampant.
Le 4. d'Eu. i. les armes de la seconde lignée des Comtes d'Eu de la maison de Lusignan, sçavoir burrelé d'argent & d'azur, & sur le tout la bande de gueules.
Le 5. est d'or a l'aigle de sable ayant une teste seulement.
Le 6. d'azur au Lyon d'or avec la bande de gueule sur le tout.
Le 7. de gueules a la Croix d'or, & aux quatre cantons de l'ecusson il y a de petites croix d'argent autour d'un O. aussi d'argent.

Au costé senestre sont aussi sept Ecussons.

Le 1. est de France au lambel de gueules de six pieces.
Le 2. d'azur aux deux barbeaux addossez d'or aux croix fichées aussi d'or.
Le 3. de Hierusalem.
Le 4. de Montmorency.
Le 5. de Navarre.
Le 6. de Thouars, qui est d'or aux fleurs de lis d'azure sans nombre au canton de gueules.
Le 7. d'azur au Lyon d'or. Neantmoins cet ecusson dernier ne se peut aisement remarquer, estant effacé a cause de l'antiquité

J'estime qu'on a mis ces armoiries la pour estre celles des Princes, dont Alphons est descendu, & d'aucuns Princes, qui avoient esté alliez a sa maison.

Pour le regard des armoiries de la maison de Beaumont sortie dudit Roy Jean, je n'estime pas que le Lyon soit d'argent, mais d'or, estant ainsi ordinairement depeint en France.

On ne trouvera pas, que le sieur de Sainte Marthe ait ecrit en la Genealogie de Brienne par luy envoyée, que Robert de Beaumont eust espousé la Duchesse de Lancastre. Mais bien qu'il s'en alla en Angleterre avec le fille de France mariée au Roy Edouard, parce qu'il estoit proche parent de ladite Dame, & fut marié en Angleterre

moult grandement. Tellement que la Duchesse de Lancastre, qui fut mere du Roy Henry pere du Roy Henry mort en France, estoit sa fille, ou petite fille, comme porte un ancien memoire que j'ay.

Le Feron Auteur des armoiries des Connestables & Chanceliers de France se trompe souvent en ce qu'il escrit. Car les Armes de Roul & de Nesle Comte de Clermont, qui sont deux bars addossez, semez de tresfles, ne sont celles des Rouls Comtes d'Eu. Et suis bien de cette opinion avec Monsieur le Baron, que lon ne trouvera pas, qu'auparavant le tems dudit de Clermont, qu'aucun des Comtes d'Eu ait porté ces armoiries de deux bars addossez.

Il y a grande apparence & est vray semblable, que le Roy Jean de Brienne, avant qu'il fust Roy portoit d'azur semé de billettes d'or au Lyon d'or: veu que sa posterité issuë d'Alphons son fils aisné les portoit. Et est croyable que les billettes furent mises pour la difference des aisnés Comtes de Brienne; lesquels neantmoins, si l'on veut croire la Genealogie susdite de Luxembourg, portoient de meme.

Au reste, je n'estime pas, que ceux de Brienne descendissent de la maison de Bourgogne de la Franche-comté; si ce n'est que cette Dame soeur du Comte de Monbelliard mere du Roy Jean en fust sortie. Comme de fait il se remarque au livre de Hier. Henninges Alleman, *in Theatro Genealogico*, que Renaud Comte de Monbelliard, fils puisné de Guillaume & frere d'Othelin tous deux Comtes de Bourgogne, estoit de cette maison de Bourgogne.

On ne peut asseurer, quelles armoiries portoient ceux de Courtenay, quand ils furent Empereurs de Constantinople, & ne s'en trouve ce me semble rien de remarque, sinon ce qu'en dit Guy Coquille en l'histoire de Nivernois, & le Greffier du Tillet, qui dit qu'ils portoient d'or aux trois tourteaux de gueules.

Pour satisfaire en ce qu'il est possible ad quærenda Domini Cambdeni V. C.

Que Jean Roy de Jerusalem estoit cousin & parent de ce Jean dit de Brienne, qui vivoit de son tems, & estoit sorti de la maison de Dreux, dont fait mention du Tillet, il se peut conjecturer en ce, que peut estre il y a eu alliance de quelque Dame sortie des Comtes de Champaigne avec quelque Comte de Brienne. De laquelle maison de Champagne estoit sortie Agnes Comtesse de Braine mariée en la maison des Princes de Dreux.

La-

Laquelle Agnes selon le meme du Tillet portoit de verité diverses armes à celles de Champagne, dont je ne puis dire la cause. Car encore qu'elle eust esté fille de Hubert Comte de Vertus, toujours estoit elle de ladite maison de Champagne, dont ledit Hubert estoit issеu, comme escrit l'Allouette en la Genealogie de Coucy.

J'estime que ces armes soient celles *Comitum d'Augo è stirpe Lusignana, potius quàm Comitum è stirpe Normannicâ.*

Ce sont cecy proprement les armes de la maison de Nesle de Clermont, & non pas celles de la maison d'Eu sortie d' Alphons d'Acre.

Ce sont cecy les armes de la maison de Beaumont sortie de Loys d'Acre : & porte l'ancien memoire susdit, qui parle de Robert de Beaumont, que hors de l'alliance de la maison de Beaumont a celle de Bourbon, le Vicomte de Beaumont porta la semence des fleurs de lis par les armes anciennes de Beaumont. De sorte que l'on peut conjecturer de la, que les armes anciennes de Beaumont estoient d'azur au Lyon d'or, dont il faudra plus particulierement s'enquerir.

Roul Comte d'Eu eut ce Comté à cause de son pere, & non pas à cause de sa femme, ainsi que Feron escrit.

Jeanne d'Eu attraite d'Alphonse d'Acre, i. *orta ex Alphonso.*

Gautier Duc d'Athenes epousa la soeur & non pas la fille du Comte d'Eu, qui eust la tete tranchée sous le regne du Roy Jean.

On ne doit ajouter pleine & entiere foy á Estienne de Lusignan de Cypre, en ce qu'il escrit, que Jean Roy de Hierusalem fut marié quatre fois. C'est un Auteur fort suspect, & lesquel se trompe & meprend souvent, quand il s'agit de la genealogie.

Ce qui est allegué de la conjecture, que fait mondit sieur Camden, que Jean de Brienne Roy de Hierusalem pourroit estre né d'une fille de Robert Comte de Dreux & d'un Seigneur de Salins issеu d'un Comte de Bourgogne, *Unde ortus est Stephanus Comes Burgundiæ è stirpe Brennensi, ut habetur in annalibus Burgundiæ*, a quelque apparence de verité ; veu meme que les armoiries de la posterité dudit Roy Jean sont semblables á celles des Comtes de Bourgogne : mais neantmoins je adhererois plustot á l'opinion de ceux, qui le font sortir des Comtes de Brienne Champenoise.

XVII.

XVII.

E literis D. Bignonii *ad D.* Peirescium.

I*Nter abjectire & adjectire differentiam acutam & veram esse apparet, quam non viderat, qui Marculfum edidit*: sed veritati manus daturus est, gratiamque docentibus habiturus. Labi humanum est, corrigi nolle plusquam belluinum. Si Fr. Pithœi Glossarium ad legem Salicam (quod à Lindenbrogio ferè ubique exscribitur) Spilmannus vidisset, (& sanè operæ pretium est, ut tuâ operâ id consequatur) vidisset Marculfi Editorem in *adjectire* vocabulo simul cum Fr. Pithœo deceptum. In *Acceptoris* voce doctissimus Spilmannus excurrit aptissimè, ut ejus aucupii antiquitatem doceat contra Blondi errorem, qui sub Friderico Aenobarbo cæpisse eam putat. Alii Heinrico Aucupi cognominato Imperatori tribuunt. Falsi utrique vel ex lege Salicâ aliisque, ut monuit Spilmannus. Aucupii istud genus sub Constantino Magno usurpatum ostendunt loci apud Julium Firmicum Mathes. lib. v. cap. 7 & 8. Sidonii quoque locus est insignis, qui Avito Imperatori rei ejus peritiam tribuit, hocque nomine non ineleganti carmine laudat.

Quid volucrum studium, dat quas natura rapaces,
In vulgus propè cognatum ? quis doctior isto
Instituit varias per nubila jungere lites?
Alite vincit aves, celerique per æthera plausu
Hoc nulli melius pugnator militat unguis.

Non potuit melius res Accipitraria pingi efficaciore aliquanto picturâ literarum, ut alicubi Plinius ait. In hujus rei testimonium non aspernandus item Gregorii Turonensis locus, cum legi Salicæ scriptæ propè sit coævus, lib. v. cap. 14. *Veniant equi nostri, & acceptis accipitribus cum canibus exerceamur venatione, spectaculisque patulis jocundemur.* Quæ de Thracum venatione in *Mirandis Aristoteles* seu quis alius his non dissimilia scripsit, nota sunt, & eadem penè de Indicis aquilis Ctesias prodidit.

Barones

Barones ego viros ætate & ſapientiâ maturos interpretor, quibus controverſias definiendi facultas erat, quos poſterior ætas *homines legales* dixit, iiſque in Conſuetudinario Jure magna auctoritas, ut apud Matthæum Pariſienſem & alios paſſim videre eſt. Tit. LXI. quantum de compoſitione DIGER eſt. Ibid. de CHRENECHRUDA. In decreto Childeberti poſt legem Salicam §. 7. de Farfalio. Scio quid Lydius dixerit in Gloſſario poſt Nicolaum de Clemangis: ſed nullo modo, quod ſciam, cum verbis congruit ipſius expoſitio. In decreto Clotarii Regis §. 8. PLEBIUM, *ad ſortem veniat, aut ad Plebium promoveatur.* Vellem illius Gloſſarii de iſtis locis excerpta, dum totius operis expectatur editio, videre liceret. Potes iſtud, nobiliſſime Pereſci, qui omnia potes. Quis enim eruditus erudito, & quod plus eſt, eruditiorum humaniſſimo, aliquid negatum vellet? Sed jam ſatis, imo plus ſatis, ut excuſatione opus eſſet, tuus niſi juſſus præcepiſſet. Itaque *in tuis culpis tu tibi da veniam.* Vale. Raptim pridie Kalend. Septembr. cIↃ. IↃc. xix.

Ph. Jacobus Mauſſacus non probat titulum, *Gloſſarium Archaiologicum*: maluit, *Lexicon poſterioris Latinitatis.* Gloſſarium noluit inſcribi, in quo commentamur, & latius diſſeritur, idque ex ſuis in Harpocrationem notis, imo *Lexicon ſeu Vocabularium.* Gloſſæ ſunt, quæ κατὰ πόδας. Nec Archaiologicum vocandum, quod nobis Romanæ linguæ vaſtitatem ob oculos ponit.

Ada exiſtimat eſſe genus quoddam menſuræ. Ego exiſtimavi in illâ Manaſſis Comitis conventione, ubi donat *duas Adas*, legendum eſſe *duas Hidas.*

XVIII.

XVIII.

Phylarchæus Anglus

Celebratissimo Camdeno suo, Regi Armorum, titulo Clarentii, *omnis antiquitatis & rei Historicæ peritissimo.*

Salutem.

QUalis est inter splendidiorum amantes literarum amor, ii soli sunt percipiendo, quorum præcordia meliore luto finxit Deus, omnia eorum sursum, tanquam veram nobilitatem, animi virtutem spirantia. *Britanniæ* tuæ officium meum non defuit, nec elementis meis tuum: dispari comparatione cùm lucem mutuam utrobique acceperim, non refuderim. Gratitudinis ergò & honestissimæ amicitiæ nomine, octo capita, in quæ Philosophia nostra veluti in totidem gemmeos canales dispescitur & corrivatur, ego, qui primus omnium ea inveni, *Camdeniano* genio probanda exhibeo; probata autem candori suo dedicari volo dedicoque. Vale.

Symbolicæ Philosophiæ Capita VIII.

1. Digmatica.	5. Tactica.
2. Symbolica.	6. Strateotica.
3. Hermeneutica.	7. Præconialis.
4. Genealogica.	8. Critica.

1. *Digmatica* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, quæ simpliciter versatur circa Nobilium insignia dignoscenda tantùm qua insignia, eorumque descriptiones & nomenclaturam callet, monstrans *Quæ* sunt.

2. *Symbolica* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, quæ de digmatis nobilium ita philosophatur, ut in his non solùm, quid cui conveniat, aut non conveniat, doceat, sed etiam tantùm quà insignia sunt, quid

rectè

rectè in iisdem vel perperam concipitur, monstrans, *Qualia* existunt.

3. *Hermeneutica* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, quæ interpretatur sensum & quasi mentem insignium, docetque singulas gerendi causas, monstrans *Quare* sunt.

4. *Genealogica* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, quæ arbores sive lineas Nobilium gentilitias rimatur, legesque insignia gerendi complectitur respectu genealogico, tam quoad familiarum privatos gradus distinguendos, quam quoad insignium appositionem, conjunctionem, prætensionem, & aliàs, monstrans *Cujus* ea sunt & per *Quos*.

5. *Tactica* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, per quam principales ceremoniarum ministri docentur, quis quo loco solenniter statuatur, & versatur circa Nobilium *Personas*.

6. *Strateotica* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, quæ militaritèr ceremonialia in negotiis regnorum aut principum, vel denique in duellis sive nationum, sive parium contingunt, ritè peragit, & versatur circa *Res* & *Famam* Nobilium.

7. *Præconialis* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, quæ secundum leges decori docet formas edicta principalia promulgandi, acta singula celeberrima Nobilium singulorum notat & reponit, versaturque circa *Dicta* & *Facinora* Nobilium propalanda.

8. *Critica* est ea pars Symbolicæ Philosophiæ, quæ de his omnibus judicat, & versatur circa horum omnium *bene esse*.

XVIII.

N. Fabr. Peireskius Joanni Seldeno.

Monsieur,

JE n'ay pas voulu laisser échaper cette commodité sans me ramentevoir eu l'honneur de vos bonnes graces, & vous asseurer de la sincere affection en vostre endroit, que j'auray tout le tems de ma vie. Je crois qu'il y a quelque malheur, qui envie le contentement, que j'aurois au frequent commerce de nos lettres. Car encores que depuis le retour de Monsieur de Valles, je vous aye escrit deux fois, je ne vois pourtant aucune rêponce, & crains que vos lettres ou possible

ſible les miennes mêmes ſe ſoient perdües avec certaines petites curioſitez, dont je les avois accompagnées. Et l'une des cauſes de ma doûte eſt, que je penſois avoir chatouillé votre curioſité en ſorte que vous ſeriés ſoigneux de me répondre, ſur l'avis que je vous avois donné à propos de vos obſervations *de Natali Domini* viii *Kal. Januarii* ; que j'ay un ancien *Martyrologe* fait du vivant du Pape Liberius l'année du Conſulat VII. de Conſtantius & III. de Conſtantius Gallus : lequel Martyrologe commence preciſement par voſtre Epoche. [viii *Kal. Januarii natus Chriſtus in Bethleem Judææ.*] Il ne contient que les ſimples depoſitions des Martyrs dans les Cimetieres d'alentour de Rome & fort peu d'ailleurs, & quelquefois marque les Conſulats, comme quand il met, [xiv Kal. Jun. *Partheni & Calloceri in Calliſti Diocletiano* IX. & *Maximiano* VIII.] [x *Kal. Oct. Baſſillæ Salariâ vetere*, *Diocletiano* IX. & *Maximiano* VIII. Coſſ.] quelquefois les tranſactions ſeules, comme quand il met [iii Kal. Jul. *Petri in Catacumbas & Pauli Oſtienſe Tuſco & Baſſo Coſſ.*] C'eſt un des rares pieces, qui ſe ſoient ſauvées de l'antiquité juſques a ce ſiecle icy, pour une infinité d'autres ſingularitez, qu'il y a dans le même volume, entre leſquelles il y a des fragments du *Calendrier Conſtantinien*, & des images Anciennes, qui y avoient eſté ajoutées anciennement pour chaque mois. Leſdits Empereurs Conſtances, Oncle & Neveu, y ſont peincts à la fin avec les habillements du temps, enrichis de pierreries & de differences remarquables de l'un à l'autre. Il y a des *faſtes Conſulaires* excellents, & des *Faſtes Præfectorum Urbis*, qui finiſſent audit VII. Conſulat de Conſtantius : & des *Faſtes des Eveſques de Rome* finiſſants en même temps. Mais des Faſtes ou Tables de la Paſque joints aux Conſulats de Conſtantin depuis ſon II Conſulat ou la liberté de l'Egliſe, dreſsés pour pluſieurs années à l'avenir outre ledit Conſulat VII. de Conſtantius. En ſomme il y a bien de l'exercice & de l'entretien pour un homme auſſi curieux que vous l'eſtes.

Je ſeray bien aiſe d'entendre en quel eſtat ſont vos obſervations ſur ce ſujet, & ſi nous pouvons eſperer de les voir bien toſt au jour ; car ce ne ſera jamais aſſez toſt, ſi l'effect répond à mes ſouhaits, me tardant bien encores d'apprendre, que voſtre *Mare Clauſum* ſoit publie, pour voir vos raiſons. Je vous avois par même moyen reiteré ma priere à ce qu'il vous pleuſt m'oſter une ambiguité, qui m'eſtoit demeurée par les termes de vos dernieres lettres concernant la ſituation de vos plus anciennes Egliſes, pour ſçavoir ſi c'eſt leur portail, qui eſt du coté d'Occident, & l'autel du côté d'Orient, ou au contraire ;

traire : car vos paroles conviennent à l'une qu'a l'autre ſituation ; & ſemblent toutefois devoir pluſtoſt s'interpreter de la porte du coſté d'Orient, & de l'autel du coſté d'Occident, encores qu'il me ſemble y en avoir veu quelques unes, qui ſont tout au contraire de cela, leſquelles ſemblent eſtre ou aucunement anciennes, ou refaites ſur les fondements d'autres plus anciennes, comme St. *Paul*, & Weſtminſter de Londres, & la metropolitane de Cantorbery, ſi je ne me trompe. Je vous ſupplie donc encore un coup de m'eclaircir de cette doute, & de faire plus d'eſtat de moy que vous ne faites, c'eſt a dire, de me commander plus librement ; vous aſſeurant, que vous ne trouverez aucun de vos amys plus diſposé de vous ſervir,

De *Paris* ce 21 Decembre, 1622.

Monſieur,

Que votre tres humble & tres affectionné ſerviteur.

De Peireſc.

On nous racconte icy de grandes merveilles des inventions de Sieur Cornelius Drubelſius Alcmarienſis, qui eſt au ſervice du Roy de la Grand Bretagne, reſident en une maiſon pres de Londres; entre autres d'un bateau couvert, qui va entre deux eaux, d'un globe de verre, dans lequel il fait repreſenter le flux & reflux de la mer, par un mouvement perpetuel reglé comme le flux naturel de la mer, & d'une lunette, qui fait lire de l'eſcriture de plus loin qu'une lieüe. Je vous ſupplie de m'eſcrire un mot de la verité de chacune de ces inventions. Nous avons bien veu icy de ſes petites lunettes, qui font voir des cirons & des mittes gros comme des mouches, qui ſont certainement admirables ; mais je voudrois bien eſtre aſſeuré de ce qu'il y a de vray touchant ces autres inventions. Je vous ſerviray en revanche en autre choſe, quand vous m'employerez.

XIX.

Caroli Utenhovii *carmen.*

Domino Gulielmo Camdeno Car. Utenhovius Car. F.

GUilielme mi Camdene, qui Britanniam
Clarissima ingeni tui illustras face; (attestante celebri Lipsio, & industriæ
Prope singularis) mitto epistolam en tibi hanc
Eventum in omnem, quam precor per te auferat
Tibi ὁμώνυμος θ', ὁμότροπος τε Dayus
Pietate, doctrinâ, fide, facundiâ,
Si modò superstes, inquam, adhuc est, sin minus,
Non tantum eandem nomini inscribi tuo
Sinas, sed & vicariam præstes opem,
Quam præstiturus fuerat isti Dayus;
Caroloque ad hanc respondeas (ut mutuis
Certemus officiis,) rogo Utenhovio,
Rediturientis per propediem huc dexteram
JATROPOETÆ maximi BREDE BACHIDÆ.
Quem tu reperturus apud es KILGREIUM
Qui Principis modò Primicerius tui est.

Coloniæ 1592. 16 Septembr. stilo novato
μα-καρ-ὄλος ἐσθὲν ᾧ βίος.

Amico amicus

Kar. Utenhovius,

Nieulandiæ *Dominus.*

XX. G.

XX.

G. Allibastri *carmen.*

JAna reciprocicornis origo mensis & anni,
  Quæ reliquas in te conspicis una Deas.
Et lupe, Niliacis, sol olim, credite sacris,
  Nomine sub cujus numina cuncta latent.
Lux vestra anguipedes sine crimine temperet horas
  CAMDENO: ut faciles exigat ille dies.
Seu ferrugineas noctis polus induit umbras,
  Nunciat aut reducem Lucifer ore diem.
Læva nec obliquas contristent lumina terras,
  Nec coeli incæstet momina triste jubar.
Sic te Thessalici non tangant Jana susurri,
  Nec caput in triviis foeda coronet avis.
Sic Sol Æthiopem non sentiat atra precantem,
  Cum premit objectam torridus igne plagam.

Guilielmus Allibaster.

XXI.

Ereptorum Fasciculus, Illustri Viro Gulielmo Camdeno *suo, in novi anni felicem subarrhationem.* Mar. 26. 1618.

ÆNeidem Brutum te mittimus; ardua Cliô;
  Cæsaris à sæclis incipe, pauca canens.
. . . .
  . . . .

Unanimes

Unanimes, positis civilibus, arma Britanni
  Arripiunt ductu, Cassivelaune, tuo.
Fœderis en vires ! fœlix fuit alea prima,
  Perculsoque ipso Cæsare, victor eras.
Attamen incassum ; nam sors blandissima lusit,
  Quæ Thamesim Romæ subdere certa fuit.
. . . .
  . . . .

Vortiger Hengistem flaventemque evocat Horsum.
  . . . .

Degeneri Thanetos Thamisi circumdata fratres
  Arctat, dum nubit blanda Ruena duci.
  . . . .

Siderat in pressam vis septemcollina vallem
  . . . .

Vortiger . . . .
  . . . .

Ille tuas acies truce pugnâ, Saxo, fugabat ;
  Teque iterum atque tuos insula parva capit.
Vix concessa illa, nam sentiit insidiari
  Imperio Venerem Vortimer usque suo.
. . . .
  . . . .

Planities Sariam juxta protenditur ingens,
  Quâ Britonum (capto te) periere duces.
. . . .
  . . . .

Vortiger ambustus moritur, verùm acrius ardet
  Aurelio pectus Martis amore novi.
. . . .
  . . . .

Namque alacrem Ambrosium livens Victoria cristat,
  Cæsis ad Sariam hic pendula saxa struit.

Euther Pendragon Rex Britanniæ.

Aurelii frater sceptra Euther proxima quassat,
  Inde Cupidineos fare Thalia dolos.
Euther amat, pudor arma parat, sed fraudis Igrene
  Nescia, complexa est pro Theleböe Jovem.

Merline,

Merline, hoc ſcelere es patrem Cacodæmona faſſus,
Euther enim Amphitruo falſus, Igrena, fuit.
. . . .

Nondum nactus erat Britonum lugubria regna,
Saxo . . . .
Sed cunctis inhians, potiore triente potitus,
Dum ſecum Britones prælia miſta gerunt.
Hinc Conſtantinum mactas, funeſte Conane,
Pejor mactato . . . .
. . . .
. . . .

Ida ſub Aurelio ſtatuit Northumbrica regna.
. . . .

Hic cute cyaneos rutilat mucrone Brigantes.
. . . .
. . . .
. . . .

Defunctum coluit Vologeſus Partha Neronem,
Malgonis humectat lacryma nulla rogum.
Conjugicida, inceſte, imum Styga, Malgo, reviſe,
Nam ſordent tabo ſæcula cuncta tuo.
. . . .
. . . .
. . . . . Primus Britto-colonus erat.
Hunc ſubigit ſaxo, jam factus ab hoſpite princeps.
. . . .

Caiduallader.

Mœſta Hieroſolymes inſtare ut fata Joſephus
Cognovit, coluit te, Tite digne coli.
Quamvis victor adhuc Cadvallader omnia linquit,
Entheus & Romæ delituit monachus;
Lætior in furvo quam fulgida in arce cucullo.
Nam longè thalamos vidit, Oëne, tuos.
. . . .
. . . .

Eumundus

Edmundus Rex Angliæ.

Barbarus exundans furiis bellacibus Hinguar,
Edmundum vicit . . . .
Nec viciſſe ſatis, jam tarda in numina ſævit,
Et violat ſanctum verbere, fuſte ducem.
In quo dum tremulos jaculorum funerat imbres,
Fit primus Regum Martyr Evangelii.

Ælfredus.

Fili Æthelolphi, non te fugat Ethnica turba,
Vindictam . . . .
Auguſta Ælfredum . . . .
Inſtauratorem condecorato tuum.
. . . .
Et primum hic vario limite cinxit agros.

Eduardus ſenior.

Lex pater ipſe ſibi leges deſcripſerat Anglis.
. . . .
. . . .
Me ſupplex, inquis, Scotia tracta petit.
Atque cutem populus deſueſcens tingere glaſto,
Urbes miratur Marte ſubacta meas.
Magnus Athelſtanus ſepteni gurgitis alveos
Unus contraxit . . . .
. . . .
. . . .

Edgar Rex Angliæ univerſæ.

Anglica Thermopolis, celebrata Bathonia, plauſti;
Sulphureæque calens geſtiit horror aquæ.
Edgar in augurium regni, famæque futuræ,
Sedibus accepit dum ſacra prima tuis.
Nam roſtra & caſtra hic habuit per litus & arva:
Feſſaque deſcivit jam peregrina lues.
. . . .
. . . .

Canutus

Canutus magnus.

Filio Etheldredi malè fido ab Edrice perempto,
Canutus vindex justus, & hostis acer.
. . . .
Emma cui conjux, Emma decus thalami.
. . . .

S. Edvardus.

Sancte pater patriæ, divine Edvarde, coruscum
Tu claudis agmen, sydere splendidior.
Non te, confiteor, meruere Hexasticha nostra;
Cœli animam capiunt, corpus iaspis habet.
Floruerant olim tua, quæ jam secula cana
. . . .

Apostrophe ad Angliam.

Optima dic quæ te triverunt, Anglia, gentes?
Incola primævus me Brita, Belga Britam.
Cum Belga Gallus, post Gallum Roma triumphans:
Hæc effata, nitens Anglia conticuit.
Quin prodit Pictus, Scos, Saxon, Danus, Iuta,
Normanque . . . .
. . . .
. . . .

Heptarchia Saxonica.

. . . .
Finderis in varias, lacrymosa Britannia, partes,
Et solia exhorret plurima triste solum.
. . . .
. . . .

Regnum Cantii.

Tot Nymphæ sertis redimitæ halantibus, & tot
Fluvioli violis, prataque picta novis:
Pascua tot sylvis . . . .
. . . .
Hengisti obveniunt . . . . . .
. . . .

Occidentalium Saxonum.

. . . . Occiduo pars diverſiſſima ſole
Sabrina, atque ſalo tuſa feroce jacet.
Atrebatem, Belgam, Durotriga, Damnoniumque.
. . . .
. . . .
Omnes Saxonicæ hos unica ſtirpis alit.

Auſtralium Saxonum.

Surria . . . .
. . . .
Regnorum genti, decori, ſedique fuiſti,
Sed famæ anguſtis limitibus ſimilis,
At nec tum innocuis ſtupuêre latentia ferra,
. . . .

Orientalium Anglorum.

Impelli faciles dives Norfolcia Icenos,
Et Suffolcinus vomere paſcit ager.
Abſtruſiſque ardens mea Cantabrigia ſtellis.
. . . .

Orientalium Saxonum.

Inſignis Trinobans, ubi *Stura*, Eſſexica Nympha,
Oſcula vicino ſæpe dat Oceano.
Atque ubi Nereidum turmas, Naiadumque choreas,
Ipſe ego ſaltantes, Panque choraula videt.
. . . .
Quaque Auguſta frequens perluitur Thamiſi.

Regnum Northumbrorum.

Turbidus Humber . . . .
. . . .
Trentaque bacchanti ſimilis . . . . . .
. . . .
Te dignata meis proavis Lancaſtria dextram
Porrigere altricem . . . .

Merciorum.

Lux mea Camdenus, loquitur ſic Mercia, priſcis
Applicuit ſtruibus marmora viva meis.
Nunc Coritanus Mediterreüs, amne Dobuni
Depurati Iseös, Cattiuclanus acer.
Cornavi gnavi, Silures, & arator Icenus,
Seu poſtliminio fit ſibi quiſque redux.
. . . .
. . . .

Sagitta quâ Haraldus ictus periit.

Illuſtrem Priamus pater exoravit Achillem,
Et Githa Neuſtriacum mater atrata ducem;
Quæ ſuper Haraldum quantum is ſuper Hectora flevit,
Aut Hecuba infelix, Troia, vel Andromache.
Me Jovis ut Nemeſin, me ut fulminis horruit ictum,
Quam nunc glans ales expulit igne novo.

De Cometâ.

. . . .
. . . .
Flagranti crinite coma . . . .
Saxonici oſtendis lumen adeſſe rogi.
Utque umbone liber, vel cerea imagine chartæ,
Sic iſta eſt ævi pagina clauſa face.

Anglia loquitur.

Uſque vices patiar, data prædæ audentibus armis?
Num ſemper titulos numinis ira feret?
Procumbit veteri Reſpublica cardine fracto.
Cunctaque victori qualiacunque licent.
Siſte gradum, Nothe magne, tuum, caput erige regni,
Et picturatum ver velut omne nova.

Maxima res agitur, Gulielmi à tempore Reges
Enumeraturo, priſtine Phœbe, veni.
Occiſo Haraldo cum fracta potentia regni,
Saxonicum penitus corruit imperium.
Utque abolenda dies revireſcat, ab illius actis
Ordiar, in cujus ſecula noſtra nitent.

Gulielmus *I.*

. . . .

Pro libitu, belli nomine quæque novat.

. . . .

Gulielmus *II.*

Cauſa cur in Neuſtros facta eſt converſio regni,
Corruptela fuit publica, vita mala:
Cur non idem evenit . . .
. . . .

Henricus *I.*

Firmato Henrico ſtabilirier incipit aula,
Mutarique ſimul, deficiente mare.
. . . .
. . . .

Stephanus.

Credite, in humanis nulla eſt conſtantia rebus,
Cuncta ſed ancipiti ſunt revoluta vice:
Nil Stephano de jure fuit, vivente Matilde,
. . . .

Henricus *II.*

. . . .
. . . .

Vulnera quæ Stephano regnante acceperat aula,
Sanat in admiſſis Andibus herba nitens.

Richardus *I.*

. . . .
. . . .

Fauſtus erat Phœbus rutilans Chirona Adelidi,
Richardo Nemeæ, cui juba fulva, Leo.

Joannes.

. . . .
. . . .

Exoſus ſatrapis & ob Arthurum omnibus unus,
Quantum aſter Phœbi lampade fratre minor.

Henricus

Henricus *III.*

Thymoleon Richardus . . . .

. . . .

Tertius Henricus luctatur inutilis ipſi,
Claſſica Leiceſtro rauca iterante domi.
Hoſte Ludovico ſemel hæc peninſula pulſo,
Percuſſo at plauſit cive ſecure magis.

Edvardus *I.*

. . . . . .

. . . . . .

Anglos qui ſoliti violare incurſibus ultrò,
Jam veteri exoptant aggere dirimier.

. . . . . .

Edvardus *II.*

. . . . .

Sic poteras ſervaſſe tuos, verſoſque penates,
O nimium infauſtâ velificatus ave.

Edvardus *III.*

. . . . .

. . . . .

Oceano disjungi optet non ceſpite Scotus,
Se Galli rentur non ſatis oceano.

Ereptorum Finis. Cætera quis noſcit?

XXII.

Ad Liburnos Italia.

VOS igitur ſævi gens impacata Liburni,
Vos patriis auſi menſis imponere nuper
Humanos artus, epulandaque viſcera vivis
Eruta corporibus, fluidoſque haurire cruores:
Vos ſoliti ſpoliis & abactâ vivere prædâ,
Immunes meliorum operum: vos ad fera tantum

Ex-

Excidia, & raptus, & mundi incommoda nati,
Quæ mihi Cœlicolæ tribuerunt, quæque per annos
Servarunt multos nunc otia rumpitis, atque
Hinc Venetas acies, illinc quos Norica tellus
Evomit Alpinis reseratis faucibus, arvis
Immittitque meis, in prælia truditis, & jam
Qua ruit, & campos secat acri Soncius amne,
Forsitan adversis concurrunt agmina signis,
Grataque præbebunt avidæ spectacula morti?
Vos igitur, Princeps, quo nullus amantior æqui est,
Cujus nil veriti solium, nil inclyta sceptra
Præsidis, infandum vestri per vulnera cæsi,
Stravistis mediâ resupinum corpus in aulâ,
Defensos dabit, & tanti sub nominis umbrâ
Esse volet tutos, prædatricemque catervam
Sanguineis pasci dapibus sinet? Ah tua virtus
Magne ducum non sic spondet, non criminis expers
Dextera, non mores, qui te cœlestibus æquant.
Talia nec sperant umbræ, cineresque paterni,
Non socer ille tuus, non quem pene ardua moles
Imperii Cæsar, nec qui Capitolia celsa
Possidet, & sacrâ terras ditione coercet;
Arbiter & cultûs hominum, non talia de te
Expectat nostri Germania mater & altrix,
Galliaque armipotens, non dives Iberia regnis,
Illaque quæ duplici nunc læta Britannia sceptro est.
Denique non hominum quisquam, sed te fore credunt
Vindice, quo tandem diræ ferientis alumni
Hinc nil ad occasus, nil deportentur ad ortus:
Sparsaque per populos vario sub cardine cœli,
Hic illic jaceant disjectæ membra phalangis,
Amplius haud vires ullas habitura nocendi.
Adde quod & ferro si res dirimenda, nec ullus
Apparet finis, nisi quem dabit ensis & hasta;
Haud erit ac Venetos proceres contemnere quisquam
Possit, & indecores ventura redarguat ætas.
Quandoquidem viget illorum sub pectore virtus,
Illa prior viget, Ausonium nomenque decusque,
Et libertatis studium, quæ carior ipsa est

Patribus

Patribus his vita, tum justæ ad fortia causæ
Attollunt animos: nam stat jus unde piumque,
Illuc læta venit niveis victoria pennis,
Castra supervolitans justè pugnantia: justè
Eductos etiam superis laudantibus enses.
Non titulis hi regna suis indebita poscunt,
Non urbes agrosque novos; sint libera tantum
Regna maris poscunt; nec trajicientia fluctus
Adriacos metuant infestas vela carinas,
Prædonesque truces his submoveantur ab oris:
Prædones timor Illyrici, atque infamia Ponti,
Pene impendentisque irritamenta pericli.

XXIII.

In mortem Viri undiquaquè incomparabilis Jacobi Augusti Thuani.

SI quis adhuc superest, qui perdurabile quicquam
  Aut certum instabili credat in orbe dari:
Nos videat, nam qui modo libertate receptâ,
  Gallia, condidimus carmina læta tibi.
Nunc Elegis mœstis cantamus fata Thuani
  Tristia: lætitiam, Gallia, mitte brevem.
Vix dum bis senis licuit gaudere diebus,
  Et novus heu miseræ jam tibi luctus adest.
Umbra voluptatum dolor est, & maxima sæpe
  Gaudia luctificis sunt maculata malis.
Occidit heu secli nostri lumenque decusque;
  Vir linguâ, scriptis, consilioque potens.
Qui fata haud metuens, extremâ mortis in horâ,
  Humanam potuit carmine flere vicem.
Hic ille ingentis plaga quem vastissima mundi
  Noverat, in tumulo jam jacet exiguo.
Adsunt discinctæ Charites, ornantque sepulchrum
  Floribus: & crebris fletibus ora rigant.

Adsunt

Adsunt Pierides etiam, mœstissima turba,
Et planctus tumulo dant lachrimasque sacro.
Quas inter certant Erato simul atque Thalia,
Hunc sibi jure suo vindicet utra virum.
Illa affert magnos miranda volumina fastos :
Hæc affert docti carmina vatis opus.
Gallia tota gemit, cum per quem vivet in ævum
Omne datum duræ conspicit esse neci.
Nos quoque, qui vivum semper suspeximus, udo
Ploratu & calidis ora lavamus aquis.
At tu quem rutilum dicunt in morte tyranni
Nubibus è mediis exeruisse jubar :
Sol lucis genitor, miseranda in morte Thuani
Debueras atrâ condere nocte caput.
Hæc tamen in tanto restant solatia luctu,
Quod vix-dum mortem senserit ipse suam.
Namque fluens lentè per venas sanguis apertas,
Destituit pigro torpida membra gelu.
Ergo dolor mortis solos nos tangit, at ipse
Evasit quidquid mens habet atra mali.
Sic etiam decuit, tranquillæ pacis amator
Qui fuerit, placidè debuit ille mori.
Felix hoc etiam dicendus nomine, quod te
Gallia pacatam viderit ante necem.
Ipsum equidem extremâ sic esse in morte locutum,
Talia vel tacitè secum agitasse reor.
Summe Deus, forti dextrâ qui cuncta gubernas,
Ad te nunc alacri subvolo mente lubens.
Uxorem amissam passu sequor ipse citato,
Hanc iterum redde jam nova vita mihi.
Gestio Scaligerum cœtusque videre piorum :
Verum hæc lætitiæ est maxima causa meæ.
Quod post me pacem patriâ in tellure relinquens,
In pacem æternam, non rediturus, eo.

XXIV.

XXIV.

Cenotaphium Marchionis Anchoritani.

NON cineres iſto conduntur & oſſa ſepulcro:
Sed vacuus ſervat nomen inane locus.
Addita cauſa necis tumulo eſt, ne ſera nepotum
Poſteritas poſſit non meminiſſe mei.
Turbavi fateor ſinceram, Gallia, pacem:
Armavi cives in fera bella tuos.
In fera bella tuos, in mutua prælia truſi:
Rex autem damnum ſenſit utrinque datum.
Exhauſi gazas & longæ præmia pacis;
Quæ facerem, Regis nomine cuncta tegens.
Is tandem perimi juſſit, verum unica culpæ
Non potuit tantæ pœna ſat eſſe gravis.
Mandatum tumulo populus tellure recluſit,
Et turpi affixit mortua membra cruci.
Divellens laceros artus, truncumque per urbem
Diſtractum flammis plebs inimica dedit.
Sic Regem & populum cum crimen læſerit æquè,
Pendere me pœnas juſſit utrique Deus.

N. Grotius Hugonis frater.

Gulielmi Camdeni

ANNALES

Ab Anno 1603, ad Annum 1623.

Gulielmi Camdeni

ANNALES

Ab Anno 1603, ad Annum, 1623.

Anno 1603.

Martii 24. Regina Elisabetha defuncta inter secundam & tertiam horam post mediam noctem, Domini Spirituales & Temporales cum nuper-Consiliariis, provisionalem Regni administrationem suscipientes, Jacobum Regem promulgârunt. Anno 1603.

25. Carolum Percy & T. H. Sommerset ad Regem cum literis miserunt, quibus hæc significârunt, & postulârunt, ut in Angliam quam primùm veniret.

28. Georgius Carew & Tho. Lake missi, ut docerent Regem, quo statu res erant.

Aprilis 6 Rex Berwicum ingressus est.

8. Turbæ in limitibus, & Waterfordiæ, & alibi in Hiberniâ. Rex Eboracum venit.

10. Southamptonus & alii incarcerati liberantur.

15. Cecilius Secretarius accersitus Eboracum versus profectus est.

28. Elisabethæ funus celebratur.

May ··· Henricus Howard, Tho. Howard, & Baro Mountjoy apud Theobalds in Concilium adsciti.

7. Rex profectus à Theobalds, excipitur primùm à Swinnerton Vicecomite, cujus Orator *R. M.* administrationem regni sub Elisabetha asperiùs perstrinxit: postea excipitur à Prætore & Civibus, & ad Carthusianas ædes deductus, ubi LXXX. Milites promiscuè creavit.

Edictum

Anno 1603. Edictum contra Monopolia.

Maii 13. Robertus Cecilius, Robertus Sidney, Guilielmus Knolles, Edw. Wotton creantur Barones in arce London.

16. Edicta ad conservandas damas.

19. Ad coercendas turbas in limitibus.

Junii 4. Valentinus Thomas, qui fassus est, se in vitam Reginæ conspirasse, damnatur, & supplicio afficitur.

Legati à pluribus Principibus congratulatum veniunt.

21. Comes Rutlandiæ ad Danum mittitur, ut filium è baptismo susciperet, & periscelide investiret.

Pestis Londini grassatur.

Julii 2. Festum S. Georgii celebratur, ubi Henricus Princeps, Dux Lenox, Comes Southampton, Comes Marr, & Comes Pembrochiæ in ordinem investiuntur.

Antonius Copley, Griffinus Markham, Gulielmus Watson, & Guliel. Clerk sacerdotes; Baro Cobham, Georgius frater ejus, Baro Grey, & Walt. Raleigh proditionis suspecti, apprehenduntur.

* 21. Comes Southampton creatur & restituitur.

Thomas Howard creatur Comes Suffolciæ: D. Mountjoy Comes Devon, Tho. Egerton Baro de Ellesmere; Guil. Russel, Henr. Grey, Johannes Petre, Johannes Harrington, Henricus Danvers, Tho. Gerard, & Robertus Spenser creantur Barones apud Hampton Court.

Tho. Edmonds ad Archiducem legatur.

23. LXI. Milites Balnei creantur.

24. Rex & Regina coronantur, cœlo fœdissimo, & peste admodum sæviente; eâ enim septimanâ 1103. obierunt.

Augusti 8. Indicitur, ut hic dies festus celebretur ob Regem à Gowriorum conjuratione liberatum, & jejunium per regnum celebretur diebus Mercurii.

Novembr. 9. Baro Cobham, Baro Grey, Walterus Raleigh, Griff. Markham, Georgius Brook, Antonius Copley, Guil. Watson, & Guil. Clerk læsæ Majestatis apud Wintoniam damnantur: è quibus Georgius Brook & duo illi Sacerdotes morte afficiuntur.

A 23 Decembris 1602, ad 22 Decembr. 1603. perierunt Londini 38244. ex quo numero 30578 ex peste.

ANNO

ANNO 1604.

Febr. 29. Dum de Liturgiâ receptâ Rex contendere cœpit, & nonnulla in eâ mutanda censuit, Johannes Whitegiftus Archiepiscop. ex mœrore obiit. Anno 1604.

Martii 13. Henricus Howard creatur Baro de Marnhill & Comes Northamptoniæ iisdem literis patentibus, & Baro Buckhurst Comes Dorset.

15. Rex & Regina magnâ cum pompâ ab Arce ad Westmonasterium per Urbem transeunt.

19. Parlamentum habetur usque ad 7. Julii. *

Edwardus Denny ad hoc evocatur summonitione admissus septimo Julii.

Tho. Smith Londinensis Mercator mittitur Legatus ad Boris Theodorowick Russiæ Imperatorem.

Dux Lenoxiæ in Galliis Legatus, apud quem Rex conqueritur de H. Wottono apud Venetos Legato.

Aug. 5. Pax inter Hispanum & Anglum conficitur & publicatur.

20. Rob. Cecilius Baro de Essenden creatur Vicecomes Cranbourne, primus omnium Vicecomitum cum coronulâ.

Octobr. ··· Ostenda capitur

··· Vectigalia pro mercibus & exportatis & importatis augentur.

24. Rex promulgatur magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, ut Angliæ nomen extingueretur.

Decemb. 10. Rich. Bancroft Episcopus Londin. translatus est ad Archiepiscopatum Cantuariensem.

24. Richard. Vaughan Episcopus Cestriensis translatus est ad sedem Londinensem.

Galli queritantur de depredationibus per Anglos.

ANNO 1605.

Januar. 4. Philippus Herbert frater Comitis Pembrochiæ ducit Susannam filiam Edwardi Comitis Oxonii. Anno 1605.

Febr. 6. Carolus filius secundogenitus Regis creatur dux Eboraci.

Edictum, ut Jesuitæ & Seminarii ex regno protinus abeant.

Martii 5. Politeia Ecclesiæ Anglicanæ & Liturgia edicto confirmantur.

28. Ad-

Anno 1605. 28. Admirallus Angliæ missus in Hispaniam ad pacem confirmandam, & cum eo Carolus Cornwallis, ut sit Legatus Ordinarius.

29. Philippus Princeps Hispaniæ nascitur.

Aprilis . . . Joannes Stow Chronographus obiit.

19. Edwardus Comes Hertfordiæ mittitur ad Archiducem pro pace confirmandâ.

24. Ulricus Dux Holsatiæ & Comes Northamptoniæ in Garterii ordinem cooptantur.

Maii 4. Rob. Cecil creatur Comes Sarum; Tho. Cecil Baro Burghley Comes Exoniæ; Philippus Herbert Comes Montgomery: Baro Sidney Vicecomes Insulæ.

Itidem J. Stanhop, Georgius Carew, Tho. Arundell, & Guliel. Cavendish creantur Barones apud Greenwich.

Junii 15. Tho. Douglasse Scotus, Regis chirographum & sigillulum ementitus, suspenditur.

Julii . . . Hispani ad Dubrim appellunt, & ab Hollandis exitu prohibentur.

5. Georgius Lodovicus, Lantgravius Lettenberg, venit Legatus à Rodolpho Imperatore.

8. Edictum contra Piratas.

Aug. 1. Edmundus Anderson communium Placitorum Justiciarius obiit; cui successit Franciscus Gawdy.

11. Edictum de non intervertendis in pios usus legatis.

27. Rex & Regina Academiam Oxoniensem invisunt.

31. Henricus Ramelius installatur Windesoræ pro Christiano 4to Rege Daniæ.

Novemb. 5. Pulveraria proditio detegitur.

9. Parlamentum incepit.

ANNO 1606.

Anno 1606. *Januarii* 5. Comes Essexiæ duxit Franciscam filiam Comitis Suffolciæ.

19. Baro Knolles duxit Elisabetham filiam primogenitam ejusdem Comitis.

Georgius Carew mittitur Legatus Ordinarius in Galliam.

17. Conscii proditionis pulverariæ damnati, & die 30. supplicio affecti.

Martii 22. Rumor vanus de cæde Regis.

30. Magna naufragia & inundationes.

April

April 24. Jo. de Mendoza, Marchio Sancti Germani, venit Legatus ab Hispano ad Regem. Anno 1606.



Maii 3. Henricus Garnet Provincialis Jesuitarum morte afficitur.

20. Rob. Comes Sarisburiæ & Vicecomes Bindon installantur apud Windesore.

Junii 3. Henricus Baro Mordant & Edwardus Baro Sturton mulctantur in Camerâ Stellatâ.

10. Edictum ad Jesuitas & Seminarios ex regno exterminandos.

22. Sophia Regis filia nata, & postridie obiit.

27. Henricus Comes Northumbriæ mulctatur 30000 libris & carcere, durante vitâ.

Nicolaus Molino Legatus Venetus rediit, & in ejus locum venit Georgius Justinianus.

Edwardus Coke factus Justitiarius communium Placitorum.

Monumentum erigitur R. Elisabethæ Westmonasterii.

Julii 17. Christianus Rex Daniæ venit in Angliam inexpectatus.

31. Rex cum Rege Daniæ transit per Urbem pompâ magnificâ.

Aug. 14. Rex Daniæ discedit.

Sept. 23. Franciscus Princeps Vaudemontius venit in Angliam, filius Caroli Ducis Lotharingiæ.

Moorfield in amœna ambulacra redigitur; & Templa per Urbem adornantur.

Anno 1607.

Anno 1607.



Jan. 6. Jacobus D. Hay duxit Honoram filiam & unicam hæredem Edwardi Domini Denny.

20. Magnæ inundationes in æstuario Sabriniano.

Martii 31. Rex orationes habet ad ordines Parlamenti de Regnorum unione.

Aprilis 2. Magnæ inundationes in Cantio, Essexiâ, Suffolciâ, & Norfolciâ.

Maii 8. Princeps Joinvillius, frater Ducis Guisii, venit in Angliam.

15. Tumultuantur Rustici in Comitatu Northamptoniæ de agris compascuis inclusis, & sepimenta diruunt.

Junii 2. Tho. Ravis Episcopus Glocestrensis translatus est ad sedem Londinensem.

12. Joh. Watts Prætor Londinensis excipit Regem prandio opiparo.

Julii 3. Rex persolvit 60000 lib. Civibus Lond. quas Elisabetha debuit.

Anno 1607. 4. Legati ab Ordinibus.

Thomas Knevet evocatur ad Parlamentum, nomine Baronis Knevet de Escrick.

5. Julius Cæsar Audomarius, Cancellarius Scaccarii, admissus est in Consilium privatum.

16. Societas Mercatorum Scissorum excipit Regem lauto prandio in ipsorum Aulâ.

17. Rex è fonte Baptismi suscipit Jacobum filium primogenitum Tho. Comitis Arundeliæ, ex Aletheiâ tertiâ filiâ Gilberti Comitis Salopiæ.

Septembr. . . . . Comites Tir-Oenæ & Tir-Conellæ, & alii male conscii profugerunt ex Hiberniâ.

16. Maria filia Regis obiit.

Octobr. 12. Edictum alterum contra nova ædificia in Urbe & juxta Urbem.

Camera convivalis de novo construitur apud Whitehall.

Decemb. 23. Jo. Fortescu, nuper Cancellarius Scaccarii, obiit.

Anno 1608.

Anno 1608.

Febr. 9. Vicecomes Haddington duxit Elisabetham filiam Roberti Comitis Sussexiæ.

Aldgate de novo construitur.

Apr. 11. S. Edmundi Burgo 160 ædes conflagrârunt.

17. Jacobus Montague consecratur Episcopus Bathoniensis & Wellensis.

19. Tho. Comes Dorset, Thesaurarius Angliæ, repentinâ morte obiit: cujus funeri Anna Regina spectatrix interfuit.

29. Edicitur juramentum Allegianciæ.

Henricus Comes Northamptoniæ fit Custos privati Sigilli.

May 6. Robertus Comes Sarisburiæ factus Thesaurarius Angliæ.

20. Comes Dunbarriæ & Comes Montgomeriæ installantur apud Windesore.

Octob. 9. Richardus Neal consecratur Episcopus Roffensis.

Decembr. 1. Gulielmus filius Comitis Sarisburiæ duxit Catharinam tertiam filiam Comitis Suffolciæ.

Edictum contra Piratas.

ANNO 1609.

Anno 1609.

Febr. 19. Thamesis bis fluit intra horam.
23. Robertus Comes Dorset obiit.
25. Richardus Comes Dorset duxit Annam unicam filiam Georgii Comitis Cumbriæ.
Martii .... Induciæ intra Philippum 3. Regem Hispaniæ, Archiduces, & Ordines confœderatos in annos xii.
.... Mori plantantur in Angliâ, in usum conficiendi bombicem.
.... Nova Bursa erigitur, quæ Britannica à Rege nominatur.
Junii .... Rex audit causam prohibitionum, & querelas contra Officiarios classis Regiæ.
Rex persolvit 63000 lib. quas mutuo accepit à Londinensibus.
Alumen in Angliâ factum.
Auxilium persolutum ad creandum Henricum Principem Militem.

ANNO 1610.

Anno 1610.

Jan. 6. Prima tyrocinia Principis Henrici.
31. Vicecomes Fenton in privatum Consilium adscitus.
Martii 26. Edictum contra librum Doctoris Cowell, qui inscribitur *Interpres.*
Maii 3. Henricus quartus Rex Galliæ occiditur.
Junii 4. Henricus creatur Princeps Walliæ.
Societati Orientalis Indiæ privilegia augentur.
Jesuitæ & Seminarii exterminantur, & juramentum Allegianciæ omnibus proponitur.
Maxima illa Navis dicta *Henricus* construitur.
Fœdus inter Angliam & Galliam renovatur.
Octobr. 20. Tres Episcopi Scotiæ, Joannes Spotswood Glascoviensis, Gawinus Hamilton Galwiensis, & Andreas Lambe Brechinensis consecrantur Lambethæ ritu Ecclesiæ Anglicanæ.
Christianus Princeps Anhaltiæ venit in Angliam.
Decemb. 31. Parlamentum dissolvitur.

Anno 1611.

Anno 1611.

Febr. 11. Henricus Montague Recordator Civitatis Lond. fit Serviens ad legem, & mox Regis Serviens.

April 9. Robertus Carre fit Vicecomes Roffensis.

Georgius Abbot Episcopus London. translatus est ad Episcopatum Cantuariensem.

May 18. Edictum de augendo valore nummorum aureorum.

13. Carolus Dux Eboraci, Tho. Comes Arundeliæ, & Robertus Carre Vicecomes Roffensis installantur Windesoræ.

Junii 9. Tomsonus Decanus Windesoræ consecratur Episc. Glocestriæ, & .... Buckeridge consecratur Episcopus Roffensis.

23. Archiepiscopus Cantuariensis in Regium Consilium adscitus.

Otho filius & hæres Mauritii Landgravii Hassiæ venit in Angliam.

Septembr. 8. Joannes King Decanus ædis Christi Oxon. consecratur Episcopus Londinensis.

29. Gulielmus Comes Pembrochiæ in Regium Consilium adscitus.

Anno 1612.

Anno 1612.

Martii 18. Bartholomæus Legat, hæreticæ pravitatis convictus, comburitur.

April 21. Tho. Overbury incarceratur.

22. Vicecomes Roffensis fit Consiliarius Regius.

Maii 6. Gulielmus Wade præfecturâ Arcis abdicatus, & Gervasius Elwish succedit.

24. Robertus Comes Salisburiæ obiit.

Junii 25. Rob. Creictonus, Baro Zaucher, convictus homicidii, supplicio afficitur.

29. Sortilegium ad plantationem Virginiæ.

26. Rogerus Comes Rutlandiæ obiit sine prole, cui frater Franciscus successit.

Corpus Mariæ Reginæ Scotorum translatum est à Petropole ad Westmonasterium.

Robertus Sherley venit Legatus à Persarum Imperatore in Angliam.

Sept. 15. Tho. Overbury ex clystere venenato obiit.

Octob. 16.

Octob. 16. Fredericus quintus Comes Palatinus Elector appulit in Angliam. Anno 1612.
Nov. 6. Henricus Princeps obiit.
Decemb. 29. Palatinus Elector & Mauritius Nassovius in Ordinem Garterii eliguntur.

ANNO 1613.

Anno 1613.

Febr. 7. Palatinus installatur: & pro Mauritio Lodovicus Nassovius frater ejus.
14. Matrimonium celebratum inter Elisabetham Regis filiam & Electorem Palatinum.
April. 10. Palatinus Elector in Germaniam rediit.
Julii .... Londinenses ducunt coloniam ad Derriam & Colrayne in Ultoniâ.
Aug. 6. Dorcestria fortuito igne deflagravit.
Johannes Baro Harrington senior obiit in Germaniâ.
Octobr. 25. Edwardus Coke, Justitiarius ad Placita communia, factus est Justitiarius Capitalis in Banco Regio.
Nov. 4. Vicecomes Roffensis creatur Comes Somerset; & eodem die Edwardus Coke in Regium Consilium juratus.
Decemb. 26. Comes Somerset inauspicatò ducit Franciscam filiam Comitis Suffolciæ.

ANNO 1614.

Anno 1614.

Januarii 1. Horâ primâ ante meridiem, natus Frederico Electori Palatino & Elisabethæ Jacobi Regis Britanniæ filiæ filius, qui Martii 24. baptizatus, & Henricus Fredericus nominatur.
Febr. 3. Nuptiæ inter Robertum Carre Dominum de Roxburgh, & Dromundiam Reginæ à privato Cubiculo.
Johannes Baro Harrington junior obiit sine prole: cujus pater primus Baro Harrington de Exton obiit Aug. anno superiori, in reditu à Palatinatu apud Wormatiam.
Martii 29. Radulphus Winwood factus Secretarius Regius, & Tho. Lakus in Regium Consilium adscitus.
Walterus Ralegh Historiam suam universalem in lucem edit.
Aprilis 5. Parlamentum inchoatum die ventis & pluviâ fœdissimo.
Tobias Archiepiscopus Eboracensis concionem habuit: Dux Lenoxiæ

Anno 1614. Lenoxiæ ſupplevit locum Mareſchalli, & Comes Somerſetti Magiſtri Equorum, Comite Wigorniæ abſente.



7. Ranulphus Crew, Orator inferioris conſeſſus, orationem habuit coram Rege.

Apr 17. Communitas Parlamenti Euchariſtiam participant ad S. Margaretæ Weſtmonaſt. ad detegendum, qui in Religionem Romanam propendebant, & nemo recuſavit.

Maii 4. Emi Lancaſtrii H. libros *90.* libr. qui obiit 19 Nov. 1613.

Junii 7. Parlamentum abruptè diſſolvitur, & ejuſdem nullitas pronunciatur.

..... Chuttus ..... Nevillus Baronis Abergavenii filius, Wentworthus, Joannes Hoskinus, qui tumultuoſiùs in Conſeſſu inferiori ſe geſſerunt, in Arcem Londinenſem conjecti.

13. Carolus Cornwallius Miles, & Leonellus Sharpus Theologiæ Doctor in Arcem Londinenſem conjecti.

15. Henricus Howardius Comes Northamptoniæ obiit, ſepultus in Eccleſiâ Caſtri Doverenſis.

30. Iſaacus Caſaubonus, Vir eruditus, obiit Londini; ſepultus Weſtmonaſterii juxta Chaucerum.

Julii 6. Thomas Baro Greius de Wilton obiit in Arce Londinenſi, ſine prole, in quo defecit titulus Baronum de Grey de Wilton.

10. Thomas Howardus, Comes Suffolciæ & Camerarius Regius, factus eſt Theſaurarius Angliæ.

Eodem tempore Robertus Carrus, Comes Somerſetti, (gener ejus) factus Camerarius Regis.

Julii 13. Novus Theſaurarius venit ad Prætorium Weſtmonaſterii ſplendidâ pompâ, hoc ordine:

1. Officiarii Cuſtumæ. 2. Studioſi ex Hoſpitio Graienſi. 3. Famuli Nobilium. 4. Duo Servientes ad Arma, pedites; Cancellarius, & Theſaurarius ipſe palliatus: Comites, Vicecomites, Barones, Conſiliarii Regis, Milites, & Generoſi in equis.

Cum Robertus Cecilius, (*6° Maii a° 1608.*) Comes Sarum, factus Theſaurarius, venit alio ordine; ſcil. Mareſcalli Weſtmonaſt. cum Halbardariis, Famuli Theſaurarii, ipſe palliatus inter Cancellarium & Cuſtodem privati ſigilli: Comites, Barones, Equites, Miniſtri Scaccarii equis inſidentes. Poſtea confuſa multitudo famulorum & carpentorum.

26. B[illegible]

26. Baro Greius de Groby obiit apud Brodgate in Comitatu Leicestrensi. Anno 1614.



21. Christianus Rex Daniæ venit Londinum, præter omnium expectationem.
23. Rex rediit Londinum ad eum invisendum.
31. Walterus Copus Magister Wardorum obiit; cujus frater major natu paulo ante obiit.
Aug. 1. Rex Daniæ discessit Londino die pluvioso, comitatus Rege Britanniæ usque ad Gravesendam.
Honora unica filia Edwardi Baronis Denny, uxor Jacobi D. Hay Scoti, custodis Garderobæ regiæ, obiit, filiolo & filiolâ relictis.
Sept. 7. Rumores de Classe Hispanicâ in mari Britannico.
11. Edwardus Philipps Magister Rotulorum obiit Londini.
Septemb 13. Julius Cæsar Audomarius in ejus locum suffectus. Edwardus Comes Lincolniæ obiit.
Octob. 1. Gulielmus Baro Knolles factus Præfectus Wardorum: & Fulco Grevillius Miles factus Cancellarius Scaccarii loco Julii Cæsaris.

Armilustrium per Angliam.

Lucia Marchionissa Wintoniæ obiit; sepulta Westmonasterii sine pompâ funebri. Fuit filia natu maxima Thomæ Cecilii Comitis Exoniæ.

Servientes ad legem facti.

Didacus de Sarmiento Legatus pro Hispano.

Novemb. .... Comes Arundeliæ rediit ex Italiâ cum uxore.
.... Uxor Thomæ Edmunds, ordinarii in Gallia Legati, obiit Lutetiæ: fuit filia & una hæredum Joannis Wood Militis, Clerici Signeti.

Thomas Comes Ormondiæ moritur, postquam filiam Prestono D. Dingwell Scoto in uxorem dedisset.

Decemb. .... Tres filii Barónis Sheffeldi submersi in trajectu Humbri æstuarii.

ANNO 1615.

Anno 1615.



Jan. .... Henricus Comes Cantii obiit sine prole. Carolus Greyus frater successit, vir ætate divergente. Sepultus 14 Martii.
Febr. .... Frigus intensum & nix copiosissima: præcipuè die 12. & 14. nec gelu dissolutum ante 26.

Anno 1615. 25. Arthurus Ingram Miles juratus & admissus in officium Cofferarii Hospitii Regii, ex resignatione Roberti Vernonis Militis; officiariis Aulicis frementibus.

Martii 6 & 7. Magnæ inundationes.

Ruddus Episcopus Menevensis obiit. D. Melbornus Decanus Roffensis succedit.

7. Rex invisit Academiam Cantabrigiensem, ubi gradus Academici indoctis prostituti.

13. Annales Elisabethæ imprimi cœperunt.

25. Baronissa St. John de Bletshoe Westmonasterii tenebris sepulta.

April. . . . . Edicta de auro & argento non exportando; pueris ad Seminaria non mittendis; & damis conservandis.

24. Vicecomes Fenton & Gulielmus Baro Knolles in Ordinem Garterii adsciti.

Sacerdotes Wisbecham deportati.

Georgius Villers in interius Regis cubiculum (*Bedchamber*) admissus, & eques auratus creatus.

25. Regina Greenwicum se recepit.

. . . . Olivarus St. John 5000 libris mulctatus in Camerâ Stellatâ.

. . . . Cottonus Episcopus Sarisburiensis; & . . . . Nevillus Decanus Cantuariensis moriuntur.

Maii 17. Owenus è familiâ illorum de Godstow in Comit. Oxon. damnatus læsæ majestatis, ex opinione, Principes à Papâ excommunicatos legitimè è medio tollendos esse.

. . . . Thomas Parry Cancellarius Ducatus Lancastriæ obiit; successit J. Dacombe.

Junii 8. Annales prodierunt.

Carolus Cornwallius, D. Sharpe, & J. Hoskins ex Arce liberati.

14. Olivarus St. John facit submissionem in Camerâ Stellatâ.

29. Jacobus Haius, cui Rex concessit nomen & titulum Domini Haii, ut proximus esset Angliæ Baronibus, sed sine loco & suffragio in Parlamentis Angliæ; & hoc ex suggestione Henrici Comitis Northamptoniæ; nunc, sine ullâ externâ ceremoniâ, traditione literarum patentium, sub magno Angliæ sigillo, coram testibus in Camerâ privatâ Greenwici, ad horam noctis nonam, erigitur ad statum, gradum, dignitatem, & honorem Baronis Haii de Sawley in Comitatu Eboraci, sibi & hæredibus masculis de corpore.

Et hanc rationem creandi Baronem sine investiturâ & cæteris ceremoniis sufficere Jurisperiti Regem docuerunt, cum literæ patentes sint ipsa creationis essentia.

30. Po-

Anno 1615.

30. Postridie Robertus Dormerus de Wing Eques auratus ritè creatur Baro Dormer de Wing: introductus in supertunicâ scarlettâ furratâ, gladio accinctus, inter Barones Sheffeldum & Comptonum in trabeis Parlamentariis; Barone Carew itidem amicto trabeam prægestante, Gartero literas patentes ferente, easdem Camerario tradente; quas ab eo acceptas Winwoodus Secretarius flexis genibus legit; & ad verbum *imposuimus* Rex trabeam novo Baroni induit. Literis perlectis, Rex in manum Baroni Dormero tradit, qui gratiis dimisse habitis rediit, tubis clangentibus & tympanis pulsatis. Baro Sheffeldus Gartero succensuit, quod dixerit Collare S. Georgii non in illâ actione utendum, licet ille ex ordine S. Georgii; quandoquidem illo die cæteri Ordinis Sodales Collaribus non uterentur. [At in creatione Comitis Hertfordiæ & Southamptoniæ .... Henrici octavi, Comites, qui induxerunt, Collaribus usi sunt.] Stilus Baronis non proclamatus, cum nullum esset prandium, Rege Westmonasterium removente.

Julii .... Henricus Neville de Billingbere in comitatu Berks obiit.

Jana Sibilla vidua Arthuri Baronis Grey de Wilton, filia Richardi Morison, obiit.

9. Quæstio de gladio à D. Roos Regi prægestato; & an ille Baro Roos, cujus titulo Rex favit, cum eum Baronem Roos in Legatum ad Imperatorem Matthiam agnoverit, & alibi.

18. Baro Zouche factus Custos quinque portuum.

Gravis in aulâ æmulatio contra Somersetti Comitem increbrescit.

D. Milborn consecratus Episcopus Menevensis.

21. Rex progressum incipit.

24. Regina Sarisburiam versus progreditur.

Arthurus Ingramus ejectus ex officio Cofferarii.

Magna ubique siccitas toto mense superiori: & hoc etiam usque ad diem xxx.

31. Dies admodum pluviosus.

Aug. 1 .... Marchio Bonnivet in Angliam venit.

Georgius Lloyd Episcopus Cestriensis obiit. Item .... Robinson Episcopus Carleolensis graviter ægrotavit.

21. Arthurus Agard, Scriba sub Camerario Scaccarii, & Antiquarius insignis, obiit, sepultus in claustro Westmonasterii.

Thomas Bilsonus Episcopus Wintoniensis in Regium consilium apud Farnham castrum adsciscitur.

Anno 1615. *Sept.* .... Inquisitio in mortem Thomæ Overbury Militis, qui obiit in Arce Londinensi, non sine veneni suspicione, 1613.

Sampson Leonardus pater Henrici Baronis Dacre obiit.

27. Arabella Stuarta filia Caroli Comitis Lenoxiæ, fratris germani Henrici Darlii, patris Regis Jacobi, obiit in Arce Londinensi, sepulta Westmonasterii sine pompâ funebri, noctu in eâdem cryptâ, quâ Maria Regina Scotorum, & Henricus Princeps. [Dictum Caroli Pulchri, apud Papir. Mass. p. 382. *Qui in regio carcere decedunt, pompâ merito carent, ne injuriâ in carcerem conjici existimentur.*

Festo Michaelis Archangeli Rex abiit Greenwico.

Comes Lincolniæ obiit.

Cecilia Comitissa Dorcestriæ obiit.

Octob. 18. Comes Somersetti Decano Westmonasterii in custodiam committitur.

19. Westonus judicio sistitur de veneno Thomæ Overbury propinato, & mutus constitit.

23. Die Lunæ iterum sistitur, & factum agnoscens condemnatur.

25. Ille suspenditur; & à prandio Somersettus coram Cancellario, Duce Lenoxiæ, Zouchæo, & summo Angliæ Justitiario in ædibus Eboracensibus examinatur.

Octob. 28. Festo Simonis & Judæ iterum ab iisdem ante prandium examinatur.

29. Robertus Cottonus Baronettus examinatus dimittitur.

Lumsdenus Scotus incarceratur: item Thomas Monsonus, ut veneficii conscius; & Gervasius Elwish arcis Londinensis Præfectus subinde examinatur.

Edwardus Sacvillus, Joannes Wentworthus Bannerettus, & Joannes Lidcotus Miles, carcere inclusi: & postea Joannes Hollys Miles, ob quæstiones Westono ad patibulum propositas.

Savery magicis vanitatibus deditus incarceratus.

Novembr. 1. Dux Lenoxiæ factus Regii Hospitii Seneschallus.

Thomas Howard in Fletam datur: mater ejus Suffolciæ Comitissa in suum domi cubiculum secluditur.

2. Somersetto sigilla adimuntur; baculum Camerarii Regii insigne deponere, & se Delegatis sistere per Baronem Wottonum jubetur: à quibus ad arcem Londinensem in custodiam mittitur, Georgio Moro arcis Præfecto constituto.

7. Rex Londino discedit Roistonam versus.

9. Anna Nortona, vidua Turneri Med. Doctoris, veneficii & magicæ

cæ impietatis damnatur Westmonasterii, quæ objecta negavit. Anno 1615.



10. Joannes Hollys Eques auratus, Joannes Wentworth Miles Bannerettus, & Lumsdenus Scotus in Camerâ Stellatâ mulctantur: hic 2000 lib. ob judicium contra Westonum, script. ad Regem sugillatum: illi mille libris singuli, ob quæstiones Westono ad patibulum propositas, in publicæ justitiæ falsam criminationem.

11. Anna Turnera à Whittingo Verbi ministro persuasa confitetur singula, (& plura) quæ pro tribunali negaverat.

Edwardus Comes Lincolniæ sub hoc tempus obiit.

14. Anna Turnera, verè pœnitens, suspenditur ad Tiburnam.

18. Gervasius Elwish Miles, Præfectus arcis Londinensis, damnatur, & die Lunæ sequente 20 die mensis in colle juxta arcem suspenditur.

Robertus Cottonus literas Overbury compaginatas Justitiario tradidit.

27. Frankelinus Veneficus eâdem de causâ in Prætorio Westmonasteriensi damnatur, & post aliquot dies suspenditur.

30. Thomas Monsonus Miles, judicio in Prætorio Londinensi sistendus, ob turbam spectatorum dimittitur indè.

Decemb. 3. Robertus Abbottus, frater Archiepiscopi Cantuariensis, consecratus Episcopus Sarum Lambethæ.

4. Thomas Monson iterum judicio sistitur, & accusatione perlectâ, præter omnium expectationem in arcem Londinensem mittitur, læsæ majestatis accusandus.

9. Comitissa Somersetti filiam peperit, quæ ad S. Martini juxta Ludgate baptizata, Anna prænomine, die mensis 15.

14. Cancellarius, Dux Lenoxiæ, & Capitalis Angliæ Justitiarius cum Somersetto colloquia in arce habuerunt, Coppingerum & Andream famulos amoverunt, & in carcerem dederunt.

18. Baro Knolles & Baro Haye submissi à Rege ad Somersettum.

23. Rex rediit Westmonasterium, & Pembrochiæ Comitem tradito baculo Camerarium constituit.

25. Die natali Christi Rex, podagrâ cruciatus, sacra adire non potuit; sed privatim concionem audivit, & in Synaxi participavit.

29. Robertus Cottonus Barkhamo Senatori Londinensi in custodiam datus.

ANNO 1616.

Anno 1616.



Jan. 2. Comes Wigorniæ factus Custos privati sigilli, cum pridiè præfecturam equorum Regi in manum cessisset.

3. Tho. Lake juratus unus principalium Secretariorum.

Cottingtonus in Hispaniam missus ad revocandum Johannem Digbeium Legatum ordinarium.

Anno 1616.



4. Georgius Villiers juratus Magiſter Equorum in locum Comitis Wigorniæ.

Jan. 11. Cauſa de loci prærogativâ ſive præcedentiâ inter ... Baronem Keragiæ ſive Kerrey, ſive Lixnow, & Baronem de Slane determinatâ à Delegatis pro officio Comitis Mareſcalli; viz. Comite Wigorniæ, privati ſigilli Cuſtode, Comite Suffolciæ Theſaurario, Admirallo Angliæ, Duce Lenoxiæ, & Pembrochiæ Comite: ut loci prærogativa cederet Baroni Kerigiæ, donec Slanius liquidiora pro ſe proferret argumenta.

Eodem die quæſtio, an Baroniæ Roos titulus, qui obvenit ratione fœminæ familiæ Maneriorum, quæ poſtea in Comitis Rutlandiæ titulum evecta, ita incorporetur Comitibus Rutlandiæ ex eâ familiâ, ut ſejungi nequeat; an per hæredem fœmineam tranſmittatur in Gulielmum Cecilium unicum, qui vulgò vocatur *Lord Roos*, & ita à Rege in literis nominatus: ſed hæc cauſa in 25 hujus menſis prorogata.

13. Gulielmus Monſonus, Thomæ frater, in arcem Londinenſem ducitur ſub noctem. Quo die Simon Digbeius cum literis ex Hiſpaniâ venit.

14. Robertus Cottonus deducitur vehiculo à Juſtitiario Banci Regii ad ipſius Cottoni ædes; ubi cum quaſdam chartulas Juſtitiario in manus tradidiſſet, in cuſtodiam apud Barkhamum mittitur.

19. Comes Somerſetti & uxor feloniæ indictati, & *Billa vera* à juratis inventa.

Rex Londino Roiſtonam verſus diſcedit.

Feb. ... Cancellarius ægrotare cœpit.

1. Cauſa de titulo Baronis Roos primùm auditur coram Delegatis pro officio Mareſcalli; ſcil. Comite Suffolciæ Theſaurario, Comite Wigorniæ privati ſigilli Cuſtode, & Duce Lenoxiæ: novaque commiſſio prælegitur, in quâ Comes Pembrochiæ Camerarius & Comes Salopiæ adjunguntur.

12. Guil. Cecilius Dominus Roos duxit A .... filiam primogenitam Tho. Lake Secretarii Regis.

Eodem die Joannes Tindal occiditur à Bertramo Moore.

Serviens ad legem & Cancellarius in judicium *præmunire* vocati, ex lege 27 Edw. 3. cap. 1. quod judicio in Regis curiâ nemo ſub pœnâ *præmunire* contraibit; ſcil. *Impeacheth judgment given in the King's Court.*

Inundatio apud Newmarket. *Martii* 2.

Martii 2. Georgius Neville, Thomas, & Carolus, filii Edwardi Nevilli Baronis Abergavenny, ſubmerſi in Thameſi. Anno 1616.

10. Henricus Fanſhaw miles, Rememorator Regis in Scaccario, obiit ex apoplexia Hertfordiæ in Aſſiſis.

16. Rex Londinum redit.

Hieronymus Bowes Miles moritur.

19. Baro Bening Scotus in Regium conſilium adſcitus.

20. Joannes Digbeius ex-legatus ex Hiſpaniâ reverſus.

Walterus Raleghus è carcere emittitur.

22. Comitiſſa Suffolciæ Londinum redit.

23. Henricus St. George creatur Richmund Heraldus; & Sampſon Leonard in ejus locum nomine Blewmantle ſuffectus. Auguſtinus Vincent factus Proſecutor ad arma, nomine Rouge roſe; Guil. Penſonus Lancaſter, quod literas patentes pro loco Fecialis Ceſtriæ reddere (quod promiſerat) recuſavit, carceri Mareſcalciæ committitur.

Haſtiludium pro regni Jacobi auſpiciis, quod die 24° celebrandum, quia dies Dominicus erat, in diem Lunæ prorogatum.

27. Comitiſſa Somerſetti ex cuſtodiâ Guil. Smith in arcem Londinenſem mittitur.

Richardus Forſterus Medicinæ Doctor & nobilis Mathematicus obiit.

April. 2. Filius Eſmæi d'Aubigny in regio Sacello Weſtmonaſterii baptizatur, & Henricus à Reginâ ſuſceptrice nominatur.

3. Joannes Digbeius, qui ſuperiori menſe redierat ex Hiſpaniâ, in ſanctius Concilium adſcitur, & Procamerarius Regii hoſpitii conſtituitur, loco Baronis Stanhopii, qui perſuaſus Regiis literis loco cedere.

Eodem die Rex ad novum Mercatum ſeceſſit, poſtquam Olivarum St. John Hiberniæ Proregem deſignaſſet.

Robertus Cottonus ſemel atque iterum examinatur, & ipſe Somerſettus à Cancellario.

23. Robertus Carrus de Ancram, & Gibbus à Cancellario examinantur, & poſtridie liberantur.

24. Franciſcus Comes Rutlandiæ, & Georgius Villiers in Ordinem Garterii cooptantur.

Rex à prandio Weſtmonaſterio diſcedit.

27. Pares ad Somerſetti judicium per literas citantur.

Maii 8. Gilbertus Comes Salopiæ diem obiit.

9. Male

Anno 1616. 9. Malè me habui cum Ep. Elienſi poſt prandium.

14. Judicium in cauſa Comitiſſæ Somerſetti & Mariti, quod in diem xv^um^ hujus menſis indictum, Paribus jam convocatis, & tabulatis in Prætorio Weſtmonaſterienſi erectis, in xxiii hujus menſis dilatum; quod illa, ut perhibent, valetudine erat affecta.

22. Judicium differtur iterum uſque ad xxiv. & Pares denuò citantur.

24. Comitiſſa Somerſetti adducitur paulo ante horam ix^am^ ad Prætorium Wéſtmonaſterienſe, ſecuri non prægeſtatâ.

Cancellarius Angliæ, Seneſchallus Angliæ ad hanc vicem conſtitutus, paulo poſt in equo advenit, præeuntibus famulis & aliis nobilibus, ſex Servientibus ad Arma, Clerico Coronæ in Cancellariâ literas patentes Seneſchalſiæ, Richardo Coningsbeio Baculum album prægeſtantibus, & Sigillifero. Sequebantur in equis Barones Noriſius & Ruſſellius, & duo alii ex ordine Equeſtri. Illa ſe ream confeſſa ad ſuſpendium damnatur; ad Dei & Regis miſericordiam confugit; obteſtans Pares, ut apud Regem pro vita intercederent, aſtantium pleriſque commiſerantibus.

25. Comes Somerſetti ad Prætorium Weſtmonaſterienſe ducitur paulo ante horam decimam, togâ indutus cum Georgio & Periſcelide, ſecuri non prægeſtatâ. Cancellarius mox venit, Coningsbeio in equo baculum geſtante. Feloniæ damnatur, & ad horam 9^am^ p. m. Curia diſſolvitur.

Comitiſſa Cumberlandiæ, vidua Georgii Comitis Cumberlandiæ, moritur.

26. Robertus Sidney Vicecomes Liſle, Periſcelide donatur.

27. Geórgius Barbadico Venetus in Anglia Legatus obiit.

31. Tho. Parrius, Cancellarius Ducatus Lancaſtriæ, emigravit ex hac vita; ſepultus noctu Weſtmonaſterii: Joh. Dacomb in ejus locum ſuffectus.

Fluſhinga & Breda, oppida cautionaria, à Vicecomite Liſle & Horatio Vere Præfectis Ordinibus in manus traduntur.

Junii 3. Authoritas Archiepiſcopo Cantuarienſi & aliis delata, ad inquirendum, qui fuerunt Authores vocandi Cancellarium in quæſtionem *Præmunire*.

5. Judices Regni à Rege taxantur, quaſi in ejus prærogativam invaſerint in beneficiis provectorum ad Epiſcopatus conferendis, Patronis ſuo jure excluſis.

8. Rex apud Cokainum Senatorem Londinenſem prandet, eumque Militem fecit.

9. Fran-

9. Franciscus Baconus, Attornatus Regius, in sanctius Consilium adscitus Greenwici. Anno 1616.

10. Robertus Cottonus, Wittakerus, Horna, Coppingerus, Fergusonus, & alii pro Somersetto in quæstionem vocati, custodiâ liberantur

15. Filius primogenitus Gulielmi Comitis Sarisburiæ, qui natus hoc die decimo quinto, è sacro fonte susceptus est à Rege, Thesaurario, & Waldenia apud Hatfield-Episcopi, Lincolniensi Episcopo baptizante, Jacobus nominatus.

18. Tho. Bilsonus Episcopus Winton. obiit Westmonasterii, ibique sepultus noctu.

20. Rex cum Principe adiit Cameram Stellatam, ad Pontem regium Proceres & Judices exceperunt: orationem habuit elegantissimam, qua authoritatem Cancellarii tanquam suam asseruit, & Judices blandè perstrinxit, *&c.* quæ publicè proditura expectatur.

30. Edw. Cokus in magnâ apud Regem offensâ ob Præmunire Cancellarii intentatam, literas occultas ad Somersettum resignatas, & hæreditatem Christophori Hattoni junioris & H. Richi detentam à Coci uxore, specie solvendi debitam Regi pecuniam, à Consilio regio Irenarchia, nisi in Comitatu Norfolciæ, & Justitiarii ad assizas loco amovetur; Ranulpho Crew Milite ad hanc vicem substituto.

Robinsonus Episcopus Carleolensis & . . . . Rolandus Bangoriensis obierunt.

Julii 6. Jacobus Montacutius translatus ad Episcopatum Wintoniensem.

Rex decrevit, quod insignia Comitis Somersetti, etsi feloniæ damnati, non removeantur è Capellâ Windesoræ, quod inter probra ad excludendos Georgii Ordine felonia non numeratur, quodque exemplo caruit.

7. Franciscus Comes Rutlandiæ, Georgius Villers Præfectus Equorum, & Robertus Sidneius Vicecomes Insulæ installantur Windesoræ, Rege præsente: concio verò non habita, quamvis dies erat Dominicus.

Mortonus Decanus Winton. eodem die consecratur Episcopus Cestriensis.

Marchio Huntleiæ sacrâ Synaxi participavit Lambethæ.

9. Rex Westmonasterium rediit sub vesperam, & creavit Johannem Hollys Baronem Houghton de Houghton, & Johannem Roper, Baronem Tenham de Tenham, sibi & hæredibus masculis de corpore.

12. Jaco-

Anno 1616. 12. Jacobus Haius Baro Haius de Sawly mittitur Legatus in Galliam.
13. Pardonatio Comitissæ Somersetti sigillata, tanquam accessoriæ ante factum.
16. Tho. Comes Arundeliæ in sacrum Consilium adsciscitur Westmonasterii.
17. Fr. Leigh Chesulhurstum venit.
19. Baro Carew in sacrum Consilium adscitus.

Prærogativa loci Primati Hiberniæ ante Cancellarium, & Arthuro Savage Thesaurario Reventionum in Hiberniâ ante Docwra Thesaurarium exercitûs: & Baro Chichester Thesaurarius regni constituitur, qui jam nihil nisi titulus honorarius.

Loculus plumbeus effossus apud Radcliffe, & una & altera urna, cum nummo argenteo inscripto, IMP. PUPIENUS MAXIMUS P. F. AUG. ex alterâ parte manus conjunctæ, & PATRES SENATUS..

Rogerus Wilbrahamus à Supplicum libellis obiit, & Gulielmus Bowyer Rationalis.

Filiola nata Comiti Exoniæ jam 72 annos nato; & à Reginâ sine alia commatre in baptismo suscepta.

Aug. 10. Henricus Lenardus, Baro Dacres Australis, filius Sampsonis Lenardi ex .... sorore & hærede Gregorii Fines Baronis Dacre obiit, liberis è Chrysogonâ Bakerâ relictis: filius & hæres 20 annorum & 9 mensium.

Comes Salopiæ, qui 8 Maii obiit, Sheffeldiæ sepultus.

14. Vidi Crayford, Darent, Sutton, Frank, Farningham, & Ainsford, ubi veteris castri parietinæ.

Filius natus Comiti Montgomerio.

27. Georgius Villers Præfectus Equorum creatus erat Woodstochii sub vesperam primum Baro de Whaddon in Comitatu Buckinghamiæ, (quæ possessio fuit Baronis Grey nuper proscripti) introductus à Baronibus Compton & Norris, Barone Carew trabeam prægestante: & deindè Vicecomes Villers, inductus a Comite Suffolciæ, & Vicecomite Insulæ, interiori tunicâ ex veluto coccineo, Norrisio trabeam ex eodem veluto, & Comptono coronam prægestante, Rege in solio sedente, Reginâ & Principe præsentibus.

Sept. .... Baro Audleius creatur Comes de Castlehaven in Hiberniâ, ut ille antiquus Angliæ Baro potiorem quam Hiberniæ Barones locum haberet, qui in Hibernia fortunarum sedem jam posuerat.

21. Filius

21. Filius natus Johanni Egertono, filio Thomæ Egertoni Baronis de Ellesmere, Cancellarii Angliæ è : · · · una filiarum & hæredum Ferdinandi Comitis Derbeiæ, baptizatus 2 Octobris, Rege susceptore. Anno 1616.

Henricus Howardus, qui duxerat Elisabetham filiam & hæredem unicam Gulielmi Basset de Blore, obiit morte repentinâ apud Pipe in ædibus · · · Henningham.

28. Richardus St. George Norroy fit miles.

29. Die Sancti Michaelis, Lancelotus Andrews Episcopus Eliensis in sacratius Regis Consilium adscitus.

Chrysogona Baronissa Dacre, relicta Henrici Lenard, Baronis Dacre, qui Augusto ineunte obiit, sub hoc tempus Londini moritur.

Octob. 3. Edwardus Cocus Banci regii Justitiarius, coram Cancellario vocatus, jubetur, ne Prætorium accederet, atque quibusdam excerptis è relationibus suis responderet.

5. & 7. Delegati pro creatione Caroli filii Regis in Principem Walliæ, & nominatione equitum Balnei convenerunt: scil. Thesaurarius, Dux Lenoxiæ, Camerarius, & Comes Arundeliæ.

Obiit Jacobus filius & hæres Gulielmi Comitis Sarisburiæ infantulus.

Obiit Domina Abergavenniæ, filia Lenardi.

Novem. 3. Fiunt XXVI. milites Balnei.

4. Carolus filius Regis, Dux Cornwalliæ, creatur Princeps Walliæ.

7. Thomas Egertonus Baro de Ellesmere, Cancellarius Angliæ, constans & strenuus defensor jurium coronæ, creatur Vicecomes Brakley.

Gulielmus Baro Knolles creatur Vicecomes Wallingford, etsi Honor de Wallingford ad Ducatum Cornubiæ spectat.

Et Philippus Stanhop creatur Baro Stanhop de Shelford vesperi Westmonasterii.

H. Parry Episc. Wigorn. obiit.

9. Gulielmus Segar, Garter Rex Armorum, fit Miles.

10. Rex Londino discedit, postquam sententiam de abdicando Edwardo Coco, Capitali in regio Banco Justitiario, dixisset.

12. Jo. Bertramus, vir gravis & septuagenario major, integrâ apud omnes famâ, injuriosâ quam interpretabatur relatione Johannis Tindali Militis, Magistri in Cancellariâ irritatus, eum in Lincolniensi Hospitio glandulâ transfodit.

15. Franciscus Tate moritur.

Anno 1616. *Nov.* 17. Joh. Bertramus ille homicida se in carcere suspendit.
Tho. Coventre in Recordatorem civitatis Londini eligitur.

18. Henricus Montagu Miles, regius ad legem Serviens, & Civitatis Londini Recordator, surrogatus in locum Edwardi Coci, juratus, locatur ritè à Cancellario Justitiarius Capitalis in Banco regio; quem locum Avus ejus Edwardus Montagu Miles tenuerat regnante Henrico octavo.

19. Henricus ille Montagu honorificè ad Prætorium Westmonasteriense deducitur hoc ordine: præeunt Generosi juniores ex interiori templo, deinde Barristarii pro suâ antiquitate: inde Officiarii in Banco regio; hi pedibus, ipse in equo, Comite Huntingdoniæ à dextrâ, & Barone Willoughby de Eresby à sinistrâ, & cohorte quinquaginta plus minus Militum & Generosorum subsequente.

Sub hoc tempus Robertus Dormer Baro Dormer de Wing fatis concessit, cujus filius & hæres ante mensem obierat, filiolo in ætate minori relicto.

20. Lionellus Cranfeldus Miles & nuper mercator Londinensis factus est Magister à Supplicum libellis; multis demirantibus, cum non nisi eruditi in jure civili aut municipali in horum numerum adsciti.

23. Richardus Hackluyt Præbendarius Westmonasteriensis obiit.

Decemb. 8. Pasfeildus Præb. resid. S. Pauli obiit principio mensis.

Arthurus Lake consecratur Episcopus Bathoniensis; & Ludovicus Bailisus Episcopus Bangorensis, Lambethæ.

J. Thornbury Bristoliensis ad Wigorniensem translatus.

16. M. Antonius de Dominis Archiepiscopus Spalatensis in Dalmatia, perosus abusus Pontificiorum in Angliam venit; & Rege jubente ab Archiepiscopo Cantuariensi hospitio excipitur.

Parrius Episc. Wigorn. moritur.

21. Rex Westmonasterium rediit; & Thomam Edmunds Legatum ex Gallia reducem donat bacillo Contrarotulatoris hospitii regii, Barone Wottono facto hospitii Thesaurario: & postridie die dominico idem juratus capessit locum in Consilii mensâ supra Vicecamerarium.

Eodem die Archiepiscopus Spalatensis Regem accessit, & unà cum illo sacra adiit.

25. Die Christi natali Thomas Comes Arundeliæ, qui Pontificiæ religioni à primis annis innutritus, & nuper Italiam perlustraverat, Pontificiæ religionis abusus exosus, Protestantium religionem amplexus,

plexus, ſacrâ Synaxi in Regio Weſtmonaſterienſi ſacello partici- Anno
pavit. 1616.

Dec. 27. Gulielmus Segar Rex Armorum accuſatur conceſſiſſe arma Aragoniæ, cum armis Brabantiæ in Cantone, Gregorio Brandono carnifici Londinenſi: unde Rex admodum indignatus. Sed deprehenſum eſt hoc eſſe factum ex impiâ malitiâ Radulphi Brokeſmouthi Heraldi, qui emiſſario ſubornato, eadem arma non diſſimilia armis Aragoniæ cum Cantone Brabantiæ delineaverat, & facili credulitate Garterii abuſus, pro 22. ſolidis confirmationem eorundem impetravit, quam Regi mox exhibendam curavit.

30. Garterius, Yorkus ille, & cæteri Heraldi coram Delegatis pro officio Comitis Mareſcalli convocati; Rex vero aliquam exemplarem juſtitiam in Yorkum pro malitioſâ ſubornatione, & in Garterium pro credulâ facilitate & ignorantiâ tantillâque pecuniâ exerendam cenſuit: ambo itaque in cuſtodiam in Mareſcalliâ traduntur.

31. Conſultationes de Regis profectione in Scotiam.

ANNO 1617.

Jan. 1. Libellus ſupplex in Garterii nomine Regi exhibitus, unà cum teſtimonio Heraldorum in ejus favorem. Anno 1617.

4. Ædes Comitis Arundeliæ apud Greenwich, quas Henricus Comes Northamptoniæ extruxerat, fortuito igne deflagrarunt.

5. Georgius Vicecomes Villers creatus Comes Buckinghamiæ in camerâ præſentali Weſtmonaſterii poſt meridiem, Reginâ & Principe præſentibus.

Acriter diſputatur & conſultatur de Societate Adventurariorum nuper oppreſsâ revocandâ, quæ etiam reſtabilitur.

Conſultationes de pecuniâ in Regis iter Scoticum comparandâ.

Sub fine menſis Auſtrales venti furentèr ſæviunt, & cœli conſtitutio tota auſtrina, adeò ut flores per hortos & agros effloreſcerent, & turdi non ſine admiratione parerent.

Feb. 3. Eliſabetha Darceia Vidua Baronis Lumley obiit.

4. · · · · de Toure, Legatus Regis Galliæ, accedit Regem Weſtmonaſterii.

Eodem die Comes Buckinghamiæ in ſanctius Conſilium adſcitus; mox Regem ſuaſit, ne Scotiam adiret; unde Rex commotior, ſed ſtatim pacatus.

Anno 1617.

Feb. 12. Thomas Monſonus Miles veniale reſcriptum, quod à Rege impetraverat, ſummo in Banco Regio Juſtitiario exhibuit, quod (ut Juriſperiti loquuntur) allocatur.

Habetur Convocatio Magiſtrorum Academiæ Oxon. apud Baynardi caſtrum Londini; & Guilielmus Comes Pembrochiæ, quem, Cancellario Angliæ reſignante, Academiæ Cancellarium elegerant, dignitatem accepit.

13. Rex in Camerâ Stellatâ ſedit, ſententiâque dictâ contra Bellinghamum & · · · · Chriſtmaſſe adoleſcentulos, qui contra edictum de Duellis peccârant. Mulctati 1000 lib. Diſertam contra Duella orationem Rex habuit.

15. Legati Gallici prandent cum Rege: excipiuntur lautiſſimâ cœnâ à Barone Haio.

22. · · · · de Toure valedicit Regi.

Althamus Baro Scacc. obiit.

24. Sacellum Hoſpitalis Greenwici, quod Henricus Comes Northamptoniæ fundavit, conſecratum ab Epiſcopo Roffenſi, præſentibus Comite Arundeliæ, Dorceſtriæ, Epiſcopis Londinenſi & Elienſi, & quibuſdam è Societate Mercerorum.

Ed. Hoby moritur.

Martii 3. Delegati pro officio Comitis Mareſcalli Angliæ convenerunt in Collegio Fecialium, vocato *Darby-place*, & propoſuerunt multa de Fecialium ſtipendiis adaugendis, & uxoribus ex Collegio amovendis, & abuſibus tollendis. Rex inviſit Cancellarium languentem, & ex invalidâ ſenectâ officio cedere volentem; ſigillumque in manus Regis lachrymantis tradidit.

4. Theatrum Ludionum nuper erectum in *Drury-Lane* à furente multitudine diruitur, & apparatus dilaceratur.

7. Sigillum magnum traditur Franciſco Bacono, Attornato Regio, anno ætatis 54. quem Rex admonuit, ut nihil niſi deliberatè ſigillet, ex æquo & bono judicet, nec prærogativam Regiam nimio plus extendat.

13. Conceditur Mervino Audley, qui ſibi nomen Domini Audley aſſumpſerat, ut in jus vocaretur in Camerâ Stellatâ nomine Domini Touchet, ſed non in aliis curiis; ſed poſtridie pater Comes Portûs Caſtri obiit.

14. Rex incepit iter Scotiam verſus poſt horam quartam pomeridianam.

Yelvertonus factus Attornatus, & Coventry Sollicitator.

Ant.

Ant. Ben eligitur in Recordatorem London. in locum Coventry. Anno 1617.

15. Vicecomes Brackley nuper Cancellarius, poſtquam primùm Comes Buckinghamiæ & mox Cuſtos ſigilli inviſiſſent, & ſignificaſſent Regem titulum Comitis & annuam penſionem deſtinare, expiravit anno ætatis 77. fortè quanto propiùs Reipublicæ mala viderat, ut integer, honeſtum finem voluit.

Magna vis pecuniæ à Civibus Londinenſibus exigitur, nec ſine murmure.

Jacobus Baro Haius in ſanctius Conſilium adſcitus.

Baro Roſſus ex Hiſpaniâ rediit.

Edwardus Noel de Dalby Baronettus fit Baro Noel de Ridlington in Comitatu Rutlandiæ (cum Dalby avitum patrimonium Comiti Buckinghamiæ juſto pretio divendidiſſet) ſine inveſtiturâ.

24. Edictum de lanæ ſtapulis habendis in Angliâ.

28. Walterus Raleighus, qui Guianam cogitavit, & eo nomine claſſem adornaverat, Londino diſcedit, etſi Hiſpani Legatus multis rationibus obſtitit.

Baro Evers obiit, à quo Tho. Baro Gerard redemit præfecturam Walliæ.

April. . . . J. Baro Hunſdon diem obiit.

5. Vicecomes Brakley, nuper Cancellarius, ſepultus apud Dodleſton in agro Ceſtrienſi ſine pompâ funebri.

14. Marchio Ancræus, Galliæ Mareſchallus, Lutetiæ occiditur, & in cadaver à fæce plebis immane ſævitur.

Maii 7. Jacobus Auguſtus Thuanus Galliæ lumen, & Hiſtoriarum noſtri ſeculi Princeps, mihi deflendus, obiit.

Primo die termini Franciſcus Baconus Cuſtos ſigilli ſolenni pompâ proceſſit ad prætorium Weſtmonaſterienſe, hoc ordine. 1. Scribæ & inferiores Officiarii in Cancellariâ. 2. Studioſi juris. 3. Famuli Generoſi Cuſtodis, Servientes ad arma, & Sigillifer pedibus. 4. Ipſe in equo, toga ex purpurâ Sattin, inter Theſaurarium, & Cuſtodem privati Sigilli. 5. Comites, Barones, Conſiliarii privati. 6. Nobiles ſe interpoſuerunt. 7. Judices, quibus locus aſſignatus erat proximus Conſiliariis privatis.

Theſaurarius & Cuſtos privati ſigilli juramentum receperunt, Clerico Coronæ prælegente.

Epiſcopus Dunelmenſis Guilielmus James moritur. In ejus locum ſuffectus Richardus Neal Epiſcopus Lincolnienſis.

Maii

Anno 1617. *Maii* 13. Rex Scotiam ingressus est.

16. Edenburgum.

28. Vicecomes Brakley creatur Comes Bridgwater. Literæ patentes creationis hoc die sigillantur.

29. Festo Ascensionis Rogerus Owen Eques auratus obiit, mentis impos.

Junii 14. Johannes Benettus Legum Doctor & Eques auratus ab Archiduce rediit, quocum de libello famoso ab Ericio Puteano (ut creditum) scripto expostulavit.

16. Dr. Chetwindus in Decanum Bristoliensem eligitur.

Johannes Digbeius Vicecamerarius iter Hispaniam versus apparat.

30. Parlamentum in Scotia dissolvitur.

Julii. . . . Johannes Herbert Secretarius secundus obiit in Walliâ; unica filiolâ relictâ enuptâ Guilielmo Dodingtono de Bremer.

Lites recruduerunt inter Edwardum Cocum Exjustitiarium & uxorem de elocanda filiâ J. Villerio fratri Comitis Buckinghamiæ.

31. Nuptiæ Francisci Lee cum viduâ Banningi.

Aug. 4. Rex venit Carleolum è Scotia, ubi Marchio Hamiltonus in regium Consilium Angliæ adscitus.

. . . . Darella Domina Abergavennæ, uxor Guilielmi Sidlei Baronetti, obiit, venatum profecta.

Sub hoc tempus Guilielm. Baro Roos ex Anglia se subducit.

12. Edictum de restituendâ Mercatorum Adventurariorum Societate, datum Astonæ, promulgatum 23. Augusti.

Antonius Mildmaius obiit.

Sept. 13. Festum Sancti Georgii Windesoræ celebratum.

15. Rex Westmonasterium venit, à Prætore Lond. ad Hide Park exceptus.

Daniel Dun miles à Supplicum libellis obiit.

Edwardus Cocus in sacrum Consilium revocatus.

29. Nuptiæ ad Hampton Court celebratæ inter Johannem Villers fratrem Comitis Buckinghamiæ, & Franciscam filiam juniorem Edwardi Coci Exjustitiarii.

Jacobus Montagu Episcopus Winton. in sacrum Consilium adscitus.

Octob.

Octob. 20. Georgius Mountain Decanus Westmonasteriensis electus in Episcopum Lincolniensem. Anno 1617.

Obitus Cap. Brusæi, Sylvani Scory, Elis. Bruges.

27. Radulphus Winwood Secretarius Regis diem obiit Londini, eo munere tribus annis & quinque plus minus mensibus perfunctus.

Nov. 1. Legatus Venetus Regem accedit.

2. Elisabetha uxor Edwardi Coci in libertatem restituitur.

3. Episcopus Winton. excipit Nobiles, qui Regem in Scotiam comitati sunt opiparo convivio apud Ædes Wintonienses in Southwark, quas restauraverat.

4. Legatus Muscoviticus splendidè à Civibus Londinensibus excipitur.

Baro Cobhamus ad Arcem remittitur, omnium rerum egentissimus.

5. Henricus Richus, Baronis Rich filius secundus, regiò satellitio præficitur, Vicecomite Fentono (dato pretio) cedente.

Collegium Westmonasteriense excipit Custodem sigilli & Regni Judices prandio perlauto; ubi Custos sigilli munificum se præbuit alumnis Regiis.

6. Lucia filia Comitis Northumbriæ, nupta Jacobo D. Haio de Sawley, apud le Wardrobe Londini; Rex suâ præsentiâ nuptias honoravit ad cœnam.

8. Edwardi Coci nuper Justitiarii capitalis in Banco Regis uxor excepit Regem, Buckinghamium, & cæteros Proceres lauto prandio; marito minimè invitato.

9. Legatus à Michaele Russorum Imperatore Regem accedit, & accipitres, pelles pretiosas, animalcula, acinacem, Persicum arcum Regi offert.

10. Rex Westmonasterio abiit Roystonam versus.

Franciscus Godwinus Episcopus Landavensis transfertur ad sedem Herefordensem, Benetto Episcopo demortuo; & Georgius Carletonus ad Episcopatum Landavensem promovetur.

Rex succenset Doctoribus Cantabrigiæ de secta Arminiâ inter Studiosos succrescente.

Blountus Montjoy, nothus Comitis Devoniæ, creatur Dominus Montjoy de Fort-Montjoy in Hiberniâ: & Lamberdus Baro de Cavan.

Decemb. . . . . Legatus à Gustavo Rege Suecorum.

Decemb.

Anno 1617. *Dec.* 8. ······ Filius Principis Anhaltini, qui Gallum Lutetiæ, & Regem nostrum ad Novum Mercatum inviserat, Reginam ad ædes Danicas accedit, & honorificè excipitur.

Legatus Suecicus iter ad Novum Mercatum suscepit.

9. Villeroius obiit Rothomagi, cum 50 annos & 27 dies Regibus Galliæ inserviisset anno ætatis 75.

14. Nicolaus Fenton S. Th. D. Rector Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de arcubus Londini: & Georgius Mountaigne Decanus Westmonasteriensis legitimè electi, hic in Lincolnienſem, ille in Bristoliensem, rite in Episcopos consecrantur, Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopo Londinensi, Episcopo Eliensi, Episcopo Roffensi, Episcopo Leichfieldiensi, & Archiepiscopo Spalatensi manum imponentibus, D. Suttono concionante.

Belcanquell Scotus factus Magister Xenodochii Sabaudiensis.

16. Robertus Tolson installatur Decanus Collegiatæ Ecclesiæ Westmonasteriensis, præstitis Allegiantiæ & Suprematûs, contra Simoniam, & in bonum Ecclesiæ Westmonasteriensis juramentis.

22. Filius secundò genitus natus Electori Palatino, die 22 stili veteris, qui Calendæ Jan. stilo novo.

29. Rex certior factus est Elisabetham filiam peperisse Electori Palatino filium; publica lætitia, campanæ pulsatæ, & rogi accensi.

30. Baro Cliftonus in custodiam in Arce Londini datus, quod dixerit se dolere, quod Dominum Custodem Sigilli pugione non confoderit, cum sententiam contra eum dixisset.

ANNO 1618.

Anno 1618. *Jan.* 1. Georgius Villers Comes Buckinghamiæ sine ullâ investiturâ, literis patentibus in manum traditis, Marchio Buckinghamiæ creatur, sibi & hæredibus masculis de corpore, præter omnium expectationem, Sigilli Custode, Thesaurario, Duce Lenoxiæ, Marchione Hamiltonio, Camerario, Comite Arundelio, Comite Montgomery, Vicecomitibus Insulæ, Wallingfordio, Fentono, & aliis testibus adhibitis.

2. Walterus Raleghus cepit oppidulum S. Thomæ, & filius ibidem occisus.

3. Georgius Comes Buckinghamiæ excipit Regem & Proceres lautissimo convivio.

4. Custos

Anno 1618.

Jan. 4. Custos sigilli fit Cancellarius Angliæ, sigillo denuò tradito nomine Cancellarii.

Eodem die Moscoviticus Legatus convivatur apud Regem.

6. Epiphaniæ festo spectaculum personatum exhibetur à Principe Regi; cui interfuit Legatus Hispanicus, Gallico indignante.

8. Rex Westmonasterio discedens Robertum Nantonum, à Supplicum libellis, & Supervisorem liberationum curiæ Wardorum, alterum principalium Secretariorum facit.

11. In ejus locum Hugo Maius suffectus Supervisor liberationum, & Radulphus Freeman, à Supplicum libellis, & paulo pòst, Sidneius Montagu & Leonellus Cranfeldus; ita ut jam quatuor Ordinarii.

10. Balifus, qui Raleghum deseruit, arctæ custodiæ mandatur.

19. Ludovicus Conquest filius junior . . . . . . Conquest ex testamento Executor, & Frater ejus max. natu sistuntur coram Delegatis pro officio Comitis Marescalli, quod omnia funebria ad patris funus inconsultis Heraldis apparârunt, & in Ecclesiâ suspenderunt. Censuerunt Delegati, ut decem minas Officio armorum solverent, expensas Itineris Yorko Heraldo refunderent, & Clarentio duas libras solverent.

Lites inter Justitiarium Banci regii & Antonium Ben Recordatorem Londini.

Thomas Edmunds fit Thesaurarius Hospitii, Barone Wottono resignante, & Henricus Cary Contrarotulator, & Henricus Mildmay, filius junior Humfridi Mildmay, Magister Jocalium.

27. Johannes Dacomb Miles, Cancellarius Ducatûs Lancastriæ obiit, cujus filia enupta Thomæ Smitho, sive Nevil, filio & hæredi Tho. Nevil de Holt (in Comit Leicestrensi) Militis.

Fuit Cancellarius à mense Maio 1516. quo Tho. Parrius obiit.

31. Simon Digby rediit cum literis ex Hispaniâ.

Petrus Alley, remissus à Ralegho, significavit illum tenui esse valetudine, & plures Volones morbo periisse.

Franciscus Blundell factus à Supplicum libellis Hiberniæ, Humphredo Maio resignante, & postea Miles.

Famulus fuit Radulphi Winwodi Secretarii, & agro Buckinghamiensi natus.

Feb. 1. Henricus Cary factus Contrarotulator Hospitii Regii: & Tho. Edmonds Thesaurarius in loco Baronis Wotton.

2. Sol non resplenduit Maria purificante, vide an ex rusticorum observatione & versiculo, major glacies non sit futura.

Anno 1618. *Febr.* 6. Baro de Winnenberg, Legatus Electoris Palatini Reginam accedit; invitatque, ut cum Carolo Principe & aliis Principibus spondeat in baptismo filioli nuper nati.

8. Edw. Talbot Comes Salopiæ ex hac familiâ octavus obiit sine prole; sepultus noctu die decimo Westmonasterii.

14. Rex venit Westmonasterium.

Franciscus Leigh, filius Francisci Leigh Equitis Balnei, ex Maria filia Thomæ Egertoni Cancellarii Angliæ, duxit ...... filiam J. Butleri ex Villeria sorore Marchionis Buckinghamiæ, & viduam Francisci Andersoni, filii secundi Edmundi Andersoni Capitalis Justitiarii in Banco communi.

Rex succenset Thomæ Lake Secretario ob calumnias Dominæ Roos in Comitissam Exoniæ.

20. Guilielmi Mounsoni filius, juvenis pulchellus, qui Regis gratiam subornatus ambivit, jussus est à Camerario Regis nomine, quandoquidem talis patris filius, Pontificius, & apud Albertum Archiducem educatus, ne Regi se ampliùs obtruderet, & monuit, ne Aulam accederet.

22. Domina Roos committitur Episcopo Londinensi in custodiam, ejus Ancilla Doubledaio, & Tho. Laki Attornatus in carcerem, & Lucas Huttonus.

Trinitatis Insula propè Greenland conceditur Hullensibus ad piscandum cete contra Societatem Moscoviticam.

Rex defluxione in genua laborat, nec concionibus interesse poterat.

28. Filiolus Vicecomitis Haddington ætat. ...... Westmonasterii noctu sepultus.

Elisabetha filia J. Spenseri Militis primò nupta Georgio Baroni Hunsdon. 2. Baroni Ever, Præsidi Walliæ, obiit sub hoc tempus, & noctu Westmonasterii juxta primum maritum sepulta.

Sub hoc tempore creantur in Hiberniâ tres Barones, Theobaldus de Burgo, Baro de Brettas; Olivarus Lambert Baro de Cavan; & Montjoyus Blountus, bastardus Caroli Comitis Devoniæ, Baro de Fort Montjoy.

Martii 1. Henricus Peyton Miles, ex filiâ Jo. Bourcheri Comitis Bathoniæ natus, & Patre Custumario Plimouthæ, educatus à Georgio Bourchiero in bellis Hibernicis, & duxerat Mariam Rogers, filiam Edw. Seymour Ducis Somersetti, conscribit milites (Rege permittente) in subsidium Venetorum, contra Ferdinandum Bohemiæ Regem electum.

Mart. 2. Rob.

Anno 1618.

Mart. 2. Rob. Abbot Episcopus Sarum, Frater Archiepisc. Cantuariensis, diem obiit, postquam sedisset duos annos & tres menses. In ejus locum electus Martinus Fotherbeius, Præbendarius Cantuariensis.

4. Georgius Sands Miles ob feloniam suspensus.

Comes Abercorn moritur in Scotiâ.

5. Jo. Lodovicus Hispanus, Monachus Ordinis Cistertiensis, in Zamorâ ad Durium LL. impius Blasphemus, ter ritè admonitus, seculari brachio traditur.

Balye liberatur.

Domina Roos è custodiâ Episcopi Londinensis liberatur.

6. Domus Curiæ Stannariæ apud Clegford decidit; & oppressit Evely Senesc. Cottle, & alios.

9. Humfredus May constituitur Ducatûs Lancastriæ Cancellarius, & Benjamin Ruddier in ejus locum Curiæ Wardorum Supervisor suffectus.

13. Joh. Jegon Episcop. Norwicensis moritur, cum sedisset annos xv. cui successit Overhallus Episcopus Lichfeldensis, & in ejus locum Fenton Bristoliensis.

16. Rex profectus Okeham, cum quatuordecim dies podagricus decubuisset.

Joh. Bridges Episcopus Oxoniensis moritur.

Multæ consultationes de expensis Domûs Regiæ minuendis.

Obierunt { Samuel Lenard.
Baro Morley.
Robertus Darcy Ostiarius privati cubiculi Principis; in ejus locum suffectus Johannes North. }

Aprilis 8. Cursus pedestris inter duos à pedibus celebratur; Rege, fœdum licet cœlum, præsente, & magna multitudine concurrente; à quâ J. Hubberdus primarii in Banco communi Justitiarii filius, qui Vicecomitis Insulæ filiam duxerat, graviter obtritus.

Sæpiùs grandinat usque ad diem 13.

Marreis Legatus Gallicus Regi valedicit.

19. Martinus Fotherby consecratur Episcopus Sarum Lambethæ; Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopo Lond. Episcopo Lincolniensi manum imponentibus.

22. Arbores frondere cœperunt.

Naves à Venetis conductæ oram solvunt.

23. Festo Sancti Georgii nullus eligitur, quia locus non vacavit.

Anno 1618. Archiepiſcopus Spalatenſis Hoſpitali Sabaudiæ præficitur, Balcanquello Scoto cedente.

25. Rumor increbuit de reditu J. Digby ex Hiſpaniâ, ſed vanus.

Maii 3. Antonius Maxey Decanus Windeſore diem obiit : in ejus locum Archiepiſcopus Spalatenſis ſuffectus.

Franciſcus Aſhleius factus ad legem Serviens.

7. Johannes Digbeius ex Hiſpaniâ reverſus in aulam rediit.

Baro la Ware navigat in Virgineam : appulſus ad Sancti Michaelis, ab Inſulæ Præfecto lautè excipitur : ſed indè ſolvens moritur, & xxx alii non ſine ſuſpicione veneni.

9. Rex Reginam Greenwici agentem accedit.

11. Quæſtio de Raclinâ contra Randallum Mac-Donel diſcutitur.

13. Comes Pembrochiæ tertianâ correptus.

J. Northus, frater Baronis Northi, triſtia Regi nunciavit de infelici Walteri Raleghi ad Guianam expeditione, filio occiſo in expugnatione munimenti Hiſpanorum, Keimis, qui gutture ſibi præciſo præ mærore occubuit, claſſe diſpalatâ.

23. Robertus Digbeius Miles, Johannis Vicecamerarii frater, obiit in ædibus Eſſexianis.

Eodem die Tho. Lakus Secretarius, quia Suffolciæ Comitiſſæ ſuaſerat, ut ex Urbe ſecederet Rege jam offenſiore in eam, ex adverſantium ſuggeſtionibus juſſus eſt ſe ſuis ædibus continere.

Olivarus Lambertus Baro de Cavan obiit.

24. Rex programmate edito (quod antea in Lancaſtrenſi comitatu permiſerat) omnibus, qui precibus veſpertinis aderunt die Dominico, poſt preces ſe honeſtis exercitiis oblectare, ſaltationibus, globis, ſagittis, item palos in Maio erigere, ludicra in Maio, Maurorum ſaltationibus. Illi autem his oblectationibus abſtinere prohibiti, qui recusârint precibus intereſſe.

30. Dudleius Carletonus Legatus apud Ordines in Angliam rediit.

31. Feſto S. Trinitatis Prætor Londinenſis de more ad Regiam Greenwici accedit; quem Rex monet de canali Tameſis fluvii conſervanda; de aquæductu Middletoni, de Erronibus vagabundis, & inſolentiâ carrucariorum Londinenſium.

Eodem die Dudleius Diggs in Ruſſiam Legatus profecturus Regi valedicit; neſcio an ſpecie honoris amandatus, cum Secretarii muneri, ex Regis in Lakum offenſâ, plures inhiarent.

Junii 5. Comitiſſa Salopiæ, vidua Gilberti, quæ rebus turbandis nata, dixerat Arabellam peperiſſe filium Guilielmo Seymero, eumque

que in Belgio ali suis sumptibus, Londinensi Episcopo in custodiam traditur. Anno 1618.



Junii 6. Cœlum frigidissimum & grando.

8. Illa dedignata his de rebus Consiliariis respondere, in Arcem London. conjicitur.

9. Edictum contra Walterum Raleigh promulgatur, quo perstringitur, quoniam contra authoritatem, sub cautione commissam, Hispani territoria hostilitèr invaserat in Americâ, & pacem inter Principes firmatam, quantum posset, violaret, Regem hæc improbare & detestari, ideóque potestatem omnibus facere, ut prodant, quid de hac actione compertum habeant, ut in eum ex jure agatur, & exemplari pœnâ afficiantur, qui tanti sceleris fuerint convicti.

19. Thrask Minister Judaizans condemnatur in Camerâ Stellatâ, degradatur, columbari collum inseritur, aures præscinduntur, & flagellatur.

24. Marchio Buckinghamiæ, Baro Haye, & Comitissa Dorset suscipiunt filiam Johannis Packer in baptismo in Ecclesiâ Westmonasteriensi.

25. Tho. Watsonus Regem lautè excipit, & Equestri dignitate ornatur.

Comitissa Salopiæ mulctatur ob contemptum in non-respondendo 20000. lib. & carcere pro arbitrio Regis.

26. Marchio Buckinghamiæ lautissimè Regem excipit apud ædes Wandsted, quas Regi tunc donasse perhibetur.

27. Guilielmus Baro Roos obiit in suburbiis Neapolis in fide Romanâ.

30. Rex Greenwico decessit.

Randal Mac-Surley rediit in Hiberniam, ut crearetur Vicecomes de Dunluse.

Julii . . . Rex Windesoræ venatione se oblectat.

. . . Westmonasterium rediit, & die sequente ad Wanstead.

7. Pluviis fœdus usque ad meridiem.

10. Filius Tho. Walsinghami junioris in baptismo suscipitur à Duce Lenoxiæ, Marchione Buckinghamiæ, Comitissa Derbiæ juniore apud Chesilhurst, & Thomas nominatur.

12. Thesaurarius insimulatur de rebus Fisci malè curatis.

Cancellarius creatur cum investiturâ Baro de Verulamio, & novi Comites per patentes creantur, Comes Leicestriæ, Northamptoniæ Comptonus, Richus Claræ, Cavendisius Devoniæ.

Tumultuantur Londinenses contra Hispanicum Legatum, puerulo fortuitò ab Hispano inter equitandum læso.

Julii. 16.

Anno 1618.

Julii 16. Didacus Sarmiento Comes de Gondomare Hiſpani Legatus diſcedit, in itinere exceptus à Barone Tenham & Wottono, oram ſolvit (cum Sacerdotibus Pontificiis, quos ejus rogatu Rex carcere liberaverat) die 20.

Swithini dies ſerenus, diebus ſequent. pluviæ.

Humfreis ab Epiſtolis Vicecomitis Wallingfordiæ ſcriniis excuſſis in cuſtodiam datur. Theſaurarium & alios repetundarum accuſat.

Edw. Carey Miles diem obiit.

18. Regina Greenwico diſcedit.

Rex à Theobaldis Londinum venit.

Gul. Craven ille opulentus obiit.

19. Comes Suffolciæ, Angliæ Theſaurarius, bacillo adempto abdicatur, repetundarum accuſatus, poſtquam quatuor annos & decem dies hoc munere functus, & Jo. Bingley ejus Subminiſter in cuſtodiam committitur.

20. Jacobus Montacutus Epiſcopus Wintonienſis hydropicus diem obiit Greenwici, cum duos annos ſediſſet, anno ætatis 50.

Rex jam in progreſſu Weſtmonaſterio diſcedit, cum nominaſſet Elienſem ad Wintoniam, Fenton Coventrienſem ad Elie, Harſnettum Ceſtrienſem ad Coventriam, & D. Bridgman ad Ceſtrienſem.

Baro Haius creatur Vicecomes Doncaſtriæ ſine inveſtiturâ.

23. Comes Suffolciæ famulis pleriſque dimiſſis cum uxore Londino diſcedit.

27. Nova adferuntur de morte Baronis Roos Neapoli non ſine ſuſpicione veneni. De Ultrajecto ab Mauritio Principe Auranienſe occupato, Ogleo Chiliarchâ, qui Arminianis favebat, inde ejecto, Horatio Vere in ejus locum ſubſtituto, Boiſiſſio Gallo in Bataviam ad Catholicorum & Arminiorum partes firmandas miſſo, & Dudleio Carletono noſtro in Bataviam remittendo ad Synodum ibi habendam. Maiernus Regius Medicus, qui in Galliam nuper miſſus à Rege Angliæ, ſuſpectus veniſſe ad res turbandas, juſſus eſt à Conſiliariis Galliæ protinus è regno excedere. Filius eſt Maierni illius, qui Monarchas publicè expugnavit.

Aug. 2. Vicecomes Inſulæ inveſtitur Comes Leiceſtriæ, & Baro Comptonus Comes Northamptoniæ ſolenni ritu Sariſburiæ in aula Epiſcopi. Baro Richus, qui titulum Comitis Claræ affectavit, Comes Warwici (quia titulus Claræ, qui idem eſt cum Clarence,

celſioris

celſioris honoris quàm familiæ quodammodo novæ competeret, & honor de Clara Reginæ priùs conceſſus erat) fit per literas patentes, & Baro Cavendiſh Comes Devoniæ ſine ullâ inveſtiturâ. Edictum de curribus, ædibus prope Urbem extructis, & Nugivendulis i. e. Pedlars. Anno 1618.

Aug. Maria item de Bellomonte, mater Marchionis Buckinghamiæ, uxor Thomæ Comptoni, fit Comitiſſa Buckinghamiæ per patentes, exemplo Margaritæ Comitiſſæ Norfolciæ, quæ cum nepte Tho. Brotherton, ex Eliſabetha filia, Joh. Segrave uxore, qui factus Dux Norfolciæ 21. Richardi II. & ipſa in Parlamento facta Duciſſa Norfolciæ, impoſitione *Capæ honoris* ad vitam: ipſa autem è Regio erat ſanguine, filia ſcil. Thomæ Brothertoni, filii Regis Edwardi I. & Comitis Norfolciæ & Mareſcalli Angliæ. Hinc quæſtio orta ridicula, an illa locum in Parlamento non haberet.

8. Conveni Chriſtoph. de Neux mihi à Puteano & Peireſcio commendatum.

9. Walterus Raleghus adductus Londinum, Ludovico Stukeleio cuſtode corrupto, fugam cum eo cogitavit, & neſcio à quo proditus, in Tameſi interceptus, retractus & in Arcem conjectus.

. . . . . Filmer filius Edw. Filmer Militis ducit filiam Martini Eaton Epiſc. Elienſis.

11. Rex abiit Sarisburiâ ad Cranburnum.

Sub hoc tempus rediit navis à Greenlandiâ, quam Hollandi Spitzberg ab acutis montium jugis vocant; & nunciavit Hollandos oppreſſiſſe Anglos, nonnullos trucidaſſe, atque oleum abſtuliſſe. Quod Londinenſes imprimis malè habuit, qui ad hanc balænarum capturam 18. naves emiſerant: eoque magis, quod rumor perferebatur, eoſdem Anglos in Inſulis Orientalis Indiæ jampridem oppreſſiſſe.

De Navigatione ad Spitzberg concertârunt jamdudum Angli & Hollandi, nec non Galli & Cantabri, jus Gentium obtendentes, quod mare eis liberum. Angli & Dani proprietatem ſibi vindicârunt. Angli, quòd Willoughbius Anglus anno 1553. primùm omnium detexerit: Dani, quod ſuo ſubſit Imperio ex recognitione Anglorum, qui eiſdem vectigal ad piſcationem ſolvunt: (hoc vero fecerunt poſt Eliſabethæ mortem) Hollandi affirmant, Gulielmum Bernardi & Johannem Cornelii Hollandos an. 1596. hanc primo reperiiſſe, Greenlandiam à Willoughbeio detectam longè

Anno 1618. longè distare; hanc sub latitudine 52. graduum; illam à gr. 75 ad 82 porrigi. Anglos non ante annum 1608 eò delatos. Instant Mare esse liberum, Anglos contra jus Gentium & humanitatis leges cæteros piscatione prohibere, cum Galliæ Reges in Novâ Francia & Angliæ Reges in Hiberniæ sinubus nullas gentes piscaturâ prohibeant: & conqueruntur Anglos anno 1612 signa, quæ Willielmus Bernardi in primæ detectionis memoriam posuerat, dejecisse; atque anno superiore oleum vi & armis abstulisse.

Aug. 12. Qui tumultuati sunt apud ædes Legati Hispanici, in quæstionem vocantur in Prætorio Londinensi, coram Prætore & quibusdam ad audiendum & determinandum Delegatis. Ex iis pater puelluli læsi & alii . . . . mille libris singuli mulctantur, & carceri, quoad Regi visum fuerit, adjudicantur.

Walterus Raleighus de fugâ examinatus, fassus est, cogitando hanc fugam se in Regem primum peccasse.

Ex hujus malesanis consiliis invadendo Guianam, & Londinensium tumultu in Hispanici Legati ædes spes nuptiarum cum Hispani filiâ admodum extenuata nonnullis videbatur. Ille enim non aliud sibi elocando liberos in Galliam & Angliam proposuit, quàm ut hæc regna sibi cognatione adjungendo, à Confæderatis Provinciis sejungeret, & feliciùs in ordinem redigeret.

Cancellarius & alii Consiliarii sæpius conveniunt & examinant Gualterum Raleighum.

27. Eadge rediit à Greenlandia sive Spitzberg oleo spoliatus, & tribus ex suis ab Hollandis occisis, ita ut infructuosa fuerit Anglis cetorum hoc anno piscatura.

Princeps Condæa parit in carcere gemellos mox defunctos.

Joh. Roper Baro Teinham de Teinham obiit, Christophoro filio hærede relicto, quem genuit ex filia . . . . Parkes.

Edwardus Baro Beauchamp obiit.

Cardinalis Perronus ex calculo obiit, & la Noue ille bellicosus eodem morbo.

Obiit Fr. Mills Clericus privati sigilli ætat. 83. Et Allingtonus Collega æt. 81.

Cal. Septembris non pluit, vide an Autumnus fuerit siccior.

Septemb. . . . . Duæ opulentæ naves, *Carolus* & *Spes* dictæ, ex Indiâ Orientali redierunt.

Fama

Anno 1618.

Fama exhibet Baronem la Ware diem obiisse.

Rex Windesoram venit, & inde per Westmonasterium in Essexiam ad Wansted.

Regina apud Otelands malè se habuit.

Baro St. John de Bletsho obiit.

10. Edictum, quo mulcta & incarceratio inflicta tumultuantibus apud ædes Legati Hispanici apud Barbican remittuntur, rogatu Agentis Hispanici.

Anna filia Johannis Spencer, Comitissa Dorsettiæ, (vidua Roberti Sacvilli Comitis Dorsettiæ) quæ prius Henrico Baroni Comptono nupta, obiit: reliquit Henricum filium & hæredem ex Henrico Barone Comptono.

17. Rex apud Havering, inde Theobalds profectus, venatur.

Rex Hamptoniam Curiam accedit, ubi S. Michaelis Archangeli festum celebrat.

Antonius Ben Recordator Londinensis obiit. In ejus locum suffectus Richardus Martinus,

Tho. Valvasor Miles Marescallus officio cessit Edwardo Zouchæo, pro . . . .

Clercus Agens pro Gallo in Angliâ jubetur, ne ad Aulam accedat.

Gulielmus Becherus, Agens pro Rege nostro in Galliâ, jubetur, ut se suis ædibus contineat.

Octob. . . . Gervasius Baro Clifton sibi manus intulit.

13. Redii à Chesilhursto.

17. Nuncius sive Chauz ab Imperatore Turcarum venit Londinum.

Donatus pro Republicâ Venetâ Orator in Angliam venit.

Eodem die ad Consilium Nationale Dordraci habendum de Sectâ Arminiâ Londino proficiscuntur Georgius Carletonus Electus Landavensis, Hallus Decanus Wigorniensis, Davenant Præfectus Collegii Reginensis Cantabrigiæ, & Wardus Præses Collegii Sidney-Sussexiæ.

Naves arrestantur.

Comes Oxonii ex Italiâ domum rediit.

Clercus Agens pro Gallo Londino discedit.

24. Waltero Ralegho à Consiliariis significatur, Regi constitutum esse, ut morte afficeretur, ideoque morti se pararet.

28. Ille ad Bancum Regium adducitur, ut diceret, si quid haberet, cur sententia mortis contra eum pronunciata A. 1603. executioni non mandaretur.

Anno 1618. *Octob.* 29. David de Noion Dominus de Chesne, qui egerat de Ralegho liberando, cum eo in via liberatur.

Ille capite plectitur a. ætatis *66*.

31. Rex rediit Westmonasterium sub vesperam, sed vespertinis precibus non interfuit.

Novemb. 1. Festum Omnium Sanctorum celebravit, precibus interfuit, & ritè obtulit.

Donatum Legatum Reipublicæ Venetæ admittit.

Obiit Rich. Martin electus Recordator Londin. post festum Mich. Archangeli.

3. Chauz Turcicus Regem accedit.

4. Rex invisit Reginam hydropicam & ægram apud Hampton-Court, & sub noctem Westmonasterium rediit.

5. Festum protectionis divinæ contra conjuratos ad tollendum Regem & regnum pyrio pulvere celebrat.

8. Consultatur de corruptelis nuperi Thesaurarii & aliorum.

10. Rex Londino abiit ad Theobalds.

• • • Heath factus Recordator Londinensis: (Richardo Martin electo post festum Michaelis mortuo.)

Robinsonus, qui adulteravit magnum sigillum, supplicio afficitur.

14. Gulielmus Becherus, Agens in Gallia, revocatur, Londinum rediit, & mox ad Regem profectus est.

18. Cometes sub extremâ parte ≏ mihi conspectus.

Rumor falsus de morte Reginæ

21. Cometes in Septentriones ascendens mihi conspectus. Horâ sextâ matutinâ fecit trigonum cum Arcturo. Spica Virginis, ut videtur, in 20 ♏ & boreali latitudine 15.

Tho. Smith, Præfecti Societatis Indicæ filius, duxit notham Comitis Devoniæ sine patris consensu.

Jo. Digbeius Vicecamerarius factus Baro de Sheerburn sine investiturâ.

26. Filius natus Vicecomiti Doncastriæ ex filiâ Comitis Northumbriæ, & privatè baptizatus: Susceptores Comes Leicestriæ, Georgius Hay Scotus, & Isabella notha Montjoy: post aliquot dies obiit.

Libri contra Walterum Raleigh prodierunt.

Delegati ab Ordinibus Hollandiæ Londinum veniunt.

Samuel Argallus, qui Virginiæ Gubernator Societatis accusatur deprædationis, repetundarum, turbarum, & Reipublicæ malè

admini-

administratæ, & Sabaudi vexillum contra Hispanos explicasse. Anno
In ejus locum . . . . Yardley suffectus. 1618.

28. Prodiit petitio Lodovici Stukeley de calumniis Raleghi contra eum, & postea Regis ea de re declaratio.

Decemb. 2. Funus Rich. Wiseman.

3. Cometes disparuisse videtur, nec mihi coelum contemplanti hoc die conspectus, sed aliis visus.

6. Vicecomitissa Haddingtonia, uxor Jo. Ramsey, Vicecomitis Haddingtoniæ, & filia Roberti Comitis Sussexiæ, obiit Westmonasterii ex variolis, quibus plures extincti.

7. Cometes mihi conspectus horâ sextâ matutinâ admodum elanguidus juxta humerum sinistrum Bootis, lat. 40. graduum ab Æquatore; ut jam Verticalis fuerit Virginiæ, Toleto, Neapolitano regno, &c.

Eodem die Delegati ab Ordinibus iter capiunt ad Novum Mercatum, ubi Rex agit.

11. Cometam observavi horâ sextâ matutinâ in sinistro Bootis brachio 10 quasi gradibus ab extrema in caudâ ursi majoris, in primo quodammodo ♏ grad. & lat. 45 gr. Verticalis Londino, ut notat Bainbrigius.

21. Rex venit Londinum.

Franc.Leigh fil.Franc.Leigh de Newnham fit Miles & Baronettus.

22. Concioni interfuit, & ego audivi eum de Theologicis eruditè inter prandendum disserentem. Consultatur de Ordinum Legatis, qui auctoritatem plenam tractandi & nullam concludendi de Piscatura habuerunt.

Invisit Reginam valetudinariam apud Hampton-Court, & à prandio rediit.

Seldeno negotium facessitur de Historiâ Decimarum.

27. Baro à Donaw Legatus à Confoederatis Germaniæ Principibus admittitur, qui de rebus Germanicis & Bohemicis turbis Regem multa edocuit.

Balcanqual mittitur ad Nationale Consilium pro Ecclesiâ Scoticâ, & Goadus in locum Decani Wigorniæ.

31. Legati Ordinum audiuntur; petunt, ut nihil adhuc agatur de halecum capturâ, cum sit maximum Reipublicæ eorum columen, & unicum plebis solatium: & jam res apud eos turbatissimæ.

Wita uxor Baronis Effingham obiit.

Prætor Londinensis Regem privatim accedit.

Anno 1619. ANNO 1619.

Jan. 1. Princeps proficifcitur ad Matrem invifendam.

Yorcus exhibet librum Regi, qui prohibetur die 4.

Lancelotus Andrews electus Wintonienfis juratur à Camerario in Decanum Capellæ in veftiariâ.

Comes Argatheliæ cum Cornwalliâ uxore fe in Belgium fubducit, & deinde in Hifpaniam.

Tonuit fub vefp.

8. Rex Londino ad Theobalds profectus eft, cum prius Vicecomitem Wallingfordiæ Præfecturâ Pupillorum amoviffet.

Ludovicus Stuckleius, circumcidendi Jacobinos aureos fufpectus, in arctam cuftodiam committitur.

Filius ejus aufugit, & paulo poft captus.

Leonellus Cranfeldus Præfectus Pupillorum conftituitur.

12. Ampliffima & pulcherrima Aula Convivalis in Palatio Weftmon. deflagravit, magno cum omnium timore, fexto die poftquam ludicro fpectaculo Rex ibidem interfuiffet; ut de cœlo tacta die octavo menfis hujus videretur, igne in fummo tecto plumbo veftito primùm erumpente; fed accidit focordiâ cuftodum.

Thomas Comes Lincolniæ obiit. Filius Edwardus fucceffit.

Thomas Comes Suffolciæ Londinum concuffionis accufatus venit.

Baro Cobhamus, mifer & inops, obiit: cujus hæres proximus Willielmus Brook, Georgii decapitati filius; qui quidem Willielmus Anno 1610. Jacobi Regis feptimo, reftitutus fuit in fanguine cum claufulâ, ne avitum honorem & titulum Baronis Cobhami expeteret, nifi cum bonâ Regis gratiâ.

Cobhamus apud Cobham fepultus noctu.

19. Convenerunt Pictores, Vitriarii, Sculptores in Officio Armorum, ut novas ordinationes audirent.

Rumores incerti de magnâ claffe in Hifpaniâ apparatâ: unde Baro de Donaw, qui Regi valedixerat, revocatur.

Richardus Wingfeldus Marefcallus exercitûs in Hiberniâ factus Vicecomes de Powers-Court fub magno Hiberniæ figillo.

Litigatur de formulâ procedendi in Camerâ Stellatâ inter Comitiffam Exoniæ & Thomam Lakum à fecretis.

28. Funus Quarlefii. lib. 14. *9. 6.*

.... Qui contra edicta in Urbe ædificaverunt, nonnulli mulctantur.

Jan. 30. Ædes Thomæ Smithi Rectoris Societatis Orientalis Indicæ, &c. apud Deptford deflagrarunt.

Carolus Howardus cessit officio Admiralli Marchioni Buckinghamiæ. Anno 1619.

Mervinus filius · · · · · · · · Jurisconsulti transegit cum Francisco Howardo de loco Vice-Aadmiralli.

Febr. 1. Rex Westmonasterium rediit.

2. Clara dies.

Gabeleone venit ad Regem Internuncius à Victore Amadeo Sabaudi filio, ad res inter Regem & Gallum componendas.

Rex ordine Equestri donat · · · · · · Fortescue, Johannem Osburn, · · · · · · Gaughton, · · · · · Sutton, & Gul. Pitts Commissioniarios nuper de re classicâ & domesticâ ordinandâ.

3. Rex Cameram Stellatam accedit ad audiendum causam inter Comitissam Exoniæ & Thomam Lakum.

5. Rex in Camerâ Stellatâ eandem causam iterum audit ad horam ferè secundam.

Malè me habui.

6. Reginam invisit ad *Hamptoncourt*, comitante Marchione Buckinghamiæ.

Comes Nottinghamiæ cedit in manum Regis officium Admiralli.

Rex edit meditationem in Orationem Dominicam, Marchioni Buckinghamiæ inscriptam.

Sanguinem adeo eructavi, ut bis animus deliquerit, 9 itidem & 10. 11. vena bis secta: unciæ 7 missæ.

13. Sententia in Thomam Lakum lata à Rege & Dominis in Stellatâ Camerâ: mulctæ impositæ, qui juratus in Secretarii locum 3 Jan. 1616.

Arci ille, uxor, & Rossa filia adjudicantur.

Rex ad conservationem honoris nuper Admiralli concedit ei locum & præcedentiam J. Moubray, quem Rex Ric. 2. creaverat in Comitem Nottinghamiæ.

Feb. 13. Observandum die 13 Febr. hanc sententiam fuisse latam, cum A. 1616. die 12 Febr. nuptiæ Baronis Roos cum Laki filia fuerint magno cum gaudio celebratæ.

Acre frigus toto mense.

15. Tho. Lakus, uxor, & filia Rossa ad Arcem deportantur, sigillo adempto, & chartis publicis.

16. Rex ad Theobalds se confert, cum constituisset sibi in Thomæ Laki locum Secretarium Georgium Calvertum, Consilii Clericum, cujus prudentiam & fidem in magnis rebus Robertus Cecilius Secretarius perspectam habuit ab An. . . . . . & cujus operâ Rex in multis

Anno 1619. multis usus erat, & judicavit eum levamento futurum Roberto Nantono alteri Secretario.



Feb. 22. Lancelotus Andrews Episcopus Eliensis ad Wintoniensem translatus.

Ordo Sanctæ Militiæ in honorem Mariæ Virginis, ad Infideles persequendos, & Catholicam Religionem defendendam à Duce Nivernensi & aliis instituitur. Insigne Ordinis imago B. Virginis palliis affigitur, acu picta.

Hugo Stuckleius carcere liberatus, & filius, qui Jacobinos circumciderat, condonatur.

Matthiam Imperatorem obiisse fertur.

Martii 1. Anna Regina hydropica mortem obiit, hora noctis . . . i postquam Carolus filius invisisset, ann. ætat. XLV.

Guil. Sidleius Baronettus obiit, sepultus 4 Martii.

3. Guil. Cooke Miles, Clericus Curiæ Liberationum obiit.

Winterus M. de Liff obiit.

Nautilustrium in campis S. Georgii.

5. Viscera Reginæ in capsulâ sexangulari inclusa, hora noctis 8va à famulis Westmonasterium delata, in inferiori parte Capellæ, quâ Elisabetha Regina sepelitur, conduntur.

7. Die Dominico Princeps in publicum prodiit, & concioni Electi Coventrensis & Lichf. interfuit, multis mirantibus: sed Rex jusserat, qui non purpureum, more Regum, sed atrum amictum induit.

Episcopus Cestriensis ad Coventriam translatus, & Bristoliensis ad sedem Eliensem.

J. Panton obiit.

9. Reginæ corpus ad ædes Somersettenses noctu à suis defertur.

Richardus Burbadge alter Roscius obiit.

10. Matthias Imp. Rom. diem obiit.

18. Filiolus natus Edw. Villiers.

19. Cursus Equestris ad Novum Mercatum, cui dum R. diutius interfuit à Novo-mercatu discedens, in Hospitium ad Wichford-Bridge præ invaletudine divertit, & multâ nocte ad Roistonam venit.

22. Princeps processit obviam Patri; & mox Nobiliores plerique ex rumore de Regis invaletudine.

24. Robertus Rich, Comes Warwici nuper creatus, mortem obiit.

Nova

Nova de morte Imperatoris perlata. Anno

Mart. 24. Ignes ſpeculatorii per Cantium accenſi temerè, viſo in Suſſexia igne, quo Ruſtici ericeta hoc anni tempore comburunt. 1619.



28. Rex convaleſcens celebrat feſtum Paſchatis Royſtonæ, ad quem Proceres confluxerunt.

29. Carolus Fotherby Decanus Cantuarienſis, idémque Archidiaconus, diem obiit.

Sub hoc tempus Rex contulit honorem Comitis Kelly Thomæ Areskino Vicecomi Fenton, honorem Comitis Kellays Baroni de Binningo.

April. . . . . . . filia Comitis Leiceſtriæ nupta . . . . . . Smith, filio & hæredi Joh. Smith de Oſtenhanger.

3. Conſiliarii, qui ad Regem inviſendum convolârunt, redeunt, ſpe certâ convaleſcendi conceptâ.

4. Rex malè ſe habuit ex eſu vervecinæ, ut ferunt, adeò ut gravi vomitu ejicere coactus ſit.

5. Alexander Comes Humiæ Scotus deceſſit ex hac viâ Weſtmonaſterii. Duxerat . . . . filiam Baronis Dudleii in uxorem ſecundam, ex quâ prolem progenuit.

Duellum inter H. Richum Præfectum Satellitii, & . . . . Eirum Penſionarium: uterque levitèr ſauciati.

Archiepiſcopus Cantuarienſis primum lapidem, Georgius Morus & Stoughtonus ſecundum & tertium, in fundatione Hoſpitalis apud Guildford, quod Archiepiſcopus inſtituit, inde oriundus.

7. Jejunium & preces in Hollandia ob Synodum Nationalem felicitèr peractam.

8. Filius Edwardi Villiers baptizatus. Suſceptores Chriſtophorus Villiers & Johan. Wentworth.

11. Epiſcopus Londinenſis ad Crucem Paulinam concionatus, gratias Deo agit de reſtauratâ Regis valetudine, quem meritis laudibus celebravit: & imprimis ob juſtitiam æquabilitèr ſingulis adminiſtratam. Dixerat enim Rex in Camerâ Stellatâ, etſi reliquis humanæ fragilitatis vitiis laboraret, ſe tamen juſtitiam ſincerè coluiſſe: nec eſſe, cur veniam injuſtitiæ apud Deum deprecaretur.

12. Archiepiſcopus Cantuar. & Epiſcopus Londinenſis Regem inviſunt.

Joh. Williams, Feudarius nuper Cantii, deprehenditur fuiſſe Author Libelli famoſi, ante aliquot annos diſperſi, de quo Cottonus ſuſpectus, & in Turrim conjectus.

April 16.

Anno 1619. *Apr.* 16. Comes Bridgwater me invisit.

· · · · Sub hoc tempus Isaak Wake, Regis ad Sabaudiam Legatus, Equestri dignitate ornatus, & pulchrè muneratus, diurno aucto remittitur.

21. Rex rediit ad Waram, vehiculo pensili [*a Litter*] & die sequente carpento à Satellitibus ad Theobalds defertur.

Dies festus Sancti Georgii sive Ordinis ad xxvi. Aprilis prorogatur.

21. Quærelæ exhibentur contra Thomam Smithum Mercatorem Orientalis Indiæ, Virginiæ, & Bermudarum Gubernatorem, quasi malâ fide ageret; adeò ut de adjungendo Edwino Sands cogitarent, & rationem pecuniæ expensæ & per sortilegii imposturam collectæ exegerint: postea ille à gubernatione Virginiæ & Bermudarum amovetur.

Querelæ etiam contra Cancellarium Regi exhibitæ.

Comes Suffolciæ, nuper Thesaurarius, subinde de corruptelis examinatus, ad valetudinem recuperandam licentiam impetrat ad Waldenam redeundi: sed uxor hoc impetrare non potuit.

Wykes fanaticus fingit revelationes sibi factas, & minaciter Regi denunciat: unde pro insano in Bethelem traditur.

Guil. Lake Amanuensis Tho. Lake in custodiam datus, quod literas Dominæ Roos clanculum tradere voluerit, & aufugere cœperit, accusatus à Custode Dominæ Roosæ.

30. Comes Southampton in sanctius Consilium adscitus apud Cameram Stellatam: quo die · · · · · Medcalf mulctatus.

Maii 1. Marchio Tremoulliæ è familiâ Ursinorum, à Gallo Legatus, excipitur apud Gravesendam à Comite Essexiæ, & Londinum deducitur.

2. Post diutinum morbum me aperto cœlo commisi.

3. Ille à Marchione Buckinghamiæ ad Regem conducitur apud Theobalds, ubi opiparè excipitur.

Joan. Williams supra memoratus in Regio Banco læsæ majestatis damnatur: & die 5. supplicio afficitur.

Olden Barneveltius eodem 3 die capite plectitur Hagæ Hollandiæ.

4. Carolus Manwood, filius Petri Manwood Militis, occisus à Milone Heidon in duello in Brabantiâ.

Letitia uxor Arthuri Lake, notha, ut fertur, Caroli Blunt, Comitis Devon. ex Penelope Dominâ Richiâ morbo Gallico moritur.

Jacobus

Jacobus Vicecomes Doncaſtriæ Legatus in Germaniam mittitur. Anno 1619

Maii 7. Tres filii Marchionis Muſſæi in Britannia Armorica me inviſerunt ex patris juſſu.

Præſules Angli à Nationali Concilio Dordraci in Hollandiâ domum redeunt.

Overallus Epiſcopus Norwicenſis, longè doctiſſimus, obiit: de ejus viduâ ſede Georgius Carletonus & Epiſcopus Ciceſtrenſis & alii ambiunt: Ciceſtrenſis prævalet, & Carletonus ad Ciceſtrenſem transfertur.

Georgius Mountaign Epiſc. Lincolnienſis factus Regis Eleemoſynarius in locum Wintonienſis, qui invitus ceſſit.

13. Funus Annæ Reginæ celebratur: quo tempore juvenis literatus inter ſpectatores occiditur, caſu literæ S. ex faſtigio ædium Northamptonienſium.

Fortuita incendia in Hiberniâ abſumpſerunt Limerici 800 ædificia; Kilkenniæ 100, & multa Clonmeliæ, Corcagii, & Fedarti.

Hiſpanus Luſitaniam inviſit.

20. Tremoullius Gallicus Legatus excipitur convivio à Lenoxio ad *Whitehall.*

21. Ille diſcedit Londino.

Agitur de nuptiis inter hæredem · · · · · Chicheſterii, neptem Comitiſſæ Bedfordiæ ex ſorore, & filium Marchionis Hamilton.

25. Feſtum Sancti Georgii celebratur Greenwici.

26, 27. Aberant præter 4 extraneos, (ſcil. 1. Rex Daniæ. 2. Ulricus Holſ. 3. Auriacus. 4. Palatinus.) Nottinghamius, Northumbrius, Derbius, Somerſettus, Exonienſis, Marrius, Suffolcius.

Scrutinium non habitum, quia nullus vacavit locus.

Cliffordius gladium geſtavit.

Arthurus Lake incarceratus.

Rex ad Theobalds profectus.

Perhibetur vulgo, Marchionem Hamiltonium provectum eſſe ad titulum Comitis Cantabrigiæ, Eſmæum Stuartum, Daubignium, ad titulum Comitis Marchiæ & Baronis de Leiton; Joh. Villiers ad titulum Vicecomitis Purbeck & Baronis Stoke: ejus ſocrum Eliſabetham, uxorem Edw. Coki ad honorem Vicecomitis Weſtmorlandiæ: verùm illa tanti emere recuſavit.

Anno *Maii* 30. Literæ ad me ab Heraldis contra Vincentium & Philpot.
1619. *Junii* 1. Rex rediit à Theobalds ad Weſtmonaſterium, civibus Londinenſibus valetudini reſtauratæ gratulantibus, magnâ pompâ exceptus, inter crebra & horrenda tonitrua & alicubi grandines.

Apud Charleton juxta Greenwich ædes deflagrarunt, & pluviæ impetuoſæ deciderunt apud Writlemerſh.

Hoc menſe Marchio Hamilton creatur Comes Cantabrigiæ & Baro Everdalliæ in Cumbriâ: Eſmæus Stewart, Daubignius, Comes Marchiæ & Baro de Leiton: & Joh. Villiers Vicecomes Purbeck & Baro de Stoke per literas patentes traditas ſine inveſtiturâ.

3. Manè crebra fulgura, à meridie poſt horam 3. tonitrua horrenda, fulmina, pluviæ impetuoſæ ferè continuæ, uſque ad horam ſextam in Cantio; quæ tamen Londini non audita.

Scripſi ad Garterium & Norroy de Vincentio & Philpoto.

Legatus à Duce Lotharingiæ.

Profectus ſum Greenwicum & inde Londinum.

Parkerus Clericus in Camera Stellata incarceratus, quod in examinandâ Dominâ Roſsâ malâ fide egit.

8. Legatus à Lotharingo convivio excipitur à Rege apud Greenwich.

Comes Suffolciæ rediit Londinum.

Henricus Mildmaius, Jocalium magiſter, redemit grandi pecuniâ ædes Wanſtead, Rege juvante, à Buckinghamiæ Marchione: cujus etiam commendatione deſponſavit alteram filiam ..... Holyday Senatoris Londini.

Arthurus Lake in cuſtodiâ datur de libello famoſo.

13. Omnes Conſiliarii ex Regis juſſu ſacrâ Synaxi apud Greenwich participant; ut demonſtrarent mutuam invicem charitatem.

Jo. Baro Hollys de Houghton incarceratur ob inquiſitionem malignam in vitâ Edw. Coci, & alios contemptus: Eliſabetha Coci uxore nequicquam obnitente.

Aſtley ad Legem Serviens, qui eidem à conſilio, incarceratur itidem.

Comes Ormondiæ in cuſtodiam conjicitur, quod Regis arbitrio de terris Baroni Dingwell adjudicatis ſtare recuſârit.

Comitiſſa Bedfordiæ morbillis laborat.

18. Courtin & aliquot Belgici Mercatores in Camerâ Stellatâ accuſantur aurum contra leges exportaſſe, miris technis, anchoris ſcil.

ſcil. concavis, &c. mulctantur illi centum millibus librarum, postquam cauſam per aliquot dies exaudita. Anno 1619.

Junii 19. Rex celebrat Natalem ſuum.

Tho. Lakus jubetur in Camerâ Stellatâ, ut publicè agnoſceret ſententiam, contra ſe latam, juſtam eſſe, & injuriam Comitiſſæ Exoniæ factam agnoſceret.

22. Rex apud Wanſted exceptus ab H. Mildmaio Jocalium Præfecto.

Tho. Lakus recuſat ſubſcribere agnitioni calumniarum contra Comitiſſam Exoniæ, itidem & uxor: etſi Roſſa filia confeſſa ſit calumnias illas inceſtûs cum Roſsâ, veneficii, & deprecationis criminis confictas fuiſſe, & ſcriptas ab Arthuro Lake, deſcriptas ab Hobio, famulâ Roſſæ, patre & matre conſociis. Hoc ſummum eſſe Regiæ Majeſtatis contemptum cenſetur.

25. Rex excipitur à Tho. Watſono Milite apud Hawſted, cum Principe, Comite Montgomerico, Barone Sheffeild.

26. Rex venatur apud Nic. Stoddar prope Nottingham.

27. Rex celebrat diem Dominicum Greenwici.

28. Inviſit Comitem Exoniæ apud Wimbaldon.

29. Feſto Sancti Petri Rex benè manè concioni interfuit Greenwici: à prandio venatur apud Mortlake Park.

30. Rex Greenwico diſcedit ad Otelands.

Adfui in Aulâ, & nova audivi de Ducis Oſſuni defectione; Marchionis Sanctæ crucis decapitatione; Legato Reginæ matris à Regis Legato duritèr Romæ tractato, & in Galliam occultè remiſſo, Papam hoc indignè tuliſſe, Regiſque Legatum in cuſtodiam dediſſe, quod hoc in ſuâ juriſdictione auſus fuit. Hæc accepit Archiepiſcopus Spalatanus ab amicis in Italiâ.

Scripſi ad Jacobum Uſherum & H. Bourchier in Hibern.

Feildus promovetur ad inopem ſedem Lhandavenſem.

Julii 1. Sex Nobiles Germani me inviſerunt, in quorum amicorum albis nomen meum in amoris teſtimonium inſcripſi.

7. Rex venit à Windeſorâ Weſtmonaſterium.

Literæ à Comite Arundelio contra Philpot ad me datæ. Jul. 7. Reſcripſi ad Com. 9. Philpotus ad me venit. 9. profect. ad Com.

10. Rex profectus ad Wanſted venatum.

13. Rex ad ædes Somerſettenſes, & Prætorem Londinenſem inviſiſſe dicitur, ut commendaret nuptias filiæ Prætoris cum J. Villerio.

14. D. Dingwell creatur Comes Deſmoniæ jure uxoris.

Anno 1619.

Dux Lenoxiæ mandatur in Scotiam.

Julii 15. S. Swithini dies pluviosus, asello & præsepi cosmicè exorientibus.

14 Tonitru à meridie. 16, 17, 18, 19 pluviæ. 20. pluv. tonitr. 21, 22, 23. pl. 24. seren. 25, 26, 27, 28. pl.

Tho. Lake nuper Secretarius carcere liberandus & tradendus in custodiam fratri suo Ep. Bathoniensi & Wellensi. Domina Rossa filia etiam liberatur. Ille autem elegit, ut potius in arce ageret aliquandiu, ad rem privatam constabiliendam.

Henricus Wotton, spe vanâ consequendi officium Secretarii, rediit à legatione Veneta.

Controversiæ inter Hollandos & Anglos è Societate Orientalis Indiæ, & de navigatione piscationeque juxta Greenland à Rege componuntur, & Delegati Hollandi Equestri dignitate apud Theobalds ornantur.

19. Rex progressum incipit ad Royston, quo die Marchio Buckinghamiæ classem invisit.

Filius natus Comiti Sarisburiæ, cui sponsores Princeps & Marchio Buckinghamiæ.

Donatus Legatus Reipublicæ Venetæ in Angliâ, à Republicâ proscriptus, ob pecunias interversas apud Sabaudum, Londini tamen securus agit; Henricus Parkerus Clericus in Camerâ Stellatâ libertati restituitur, postquam bis unâ de causâ incarceratus fuisset.

Gulielmus Villiers frater natu maximus Marchionis Buckinghamiæ.
Jacobus Lee, Attornatus Curiæ pupillorum.
. . . . Hixus filius Mich. Hixi.
} facti Baronetti.

Maria Crofton pœnitentiam agit publicè apud S. Martinum in Campis de calumniis contra Comitissam Exoniæ.

Sub hoc tempus Smithus filius Thomæ Præfecti Orientalis Indiæ, qui notham Caroli Blounti, patre inconsulto, superiori Novembre duxerat, se ex Angliâ subduxit, patre & uxore insalutatis.

Marchio Hamiltonius & Comes Pembrochiæ iter Scotiam versus capiunt.

Vicecomes Hadingtoniæ ex æmulatione versus Vicecomitem Fenton, & Vicecomitem Doncaster, quodque Rex votis in omnibus non satisfecerit, se à Regno subduxit cum bonâ Regis gratiâ, jussus redire, cum reaccersetur.

Julii 31.

Julii 31. Edictum de aureâ monetâ examinandâ, & novâ minoris valoris cudendâ, & bilancibus à Præfecto rei monetariæ emendis ante finem Septembris. Anno 1619.

Toto hoc mense mendici emissi deprædicarunt virtutes aquæ prope Frant viculum Sussexiæ in confinio Cantii: unde plures ex omni ordine valetudinarii eò confluxerunt. Aqua acida est, & vitriolum sapit.

Aug. 3. Dorothea Comitissa Northumbriæ post dissidia cum marito de filiabus elocatis consopita, placidè è vitâ emigravit apud Sion.

Profectus sum Londin.

7. Chesilhurstum redii.

Inquisitio in corruptelas Comitis Suffolciæ nuper Thesaurarii.

Filius natus Comiti Montgomerii.

Tho. Ratcliffus filius 2. Comitis Sussexiæ, juvenis bellulus vix 19. annorum obiit, corpore Venereis exhausto.

13. Pransus sum cum Recordatore Lond. apud Templ.

Nuptiæ inter Robertum Nantonum Secretarium & W. Lowri Viduam, filiam Thomæ Perrotti, ex Dorothea filia Walteri Comitis Essexiæ.

Edge rediit feliciter à Greenland & cetuum piscaturâ.

15. Nova è Germaniâ de Ferdinando electo in Imperatorem, & Electore Palatino in Regem Bohemiæ, xv. Aug. ab illis sub utraque specie, & Vaivode Transylvaniæ Bethelemo Gabor in Regem Hungariæ.

Sept. 3. Rex venit Windesoram.

Aurea Regis moneta prodiit cum ejus capite laureato, unde Laurells nomen statim invenit apud vulgus, diversi valoris, scil. xx s. cum xx. x s. cum x. & quinque solidorum cum v.

Baronissa Rossa data in custodiam ······ Dillingtono Pensionario in insulâ Vectâ.

7. Decanum Westm. apud Chesilhurst excepi.

8. Pictura mea decidit illæsa, bonum sit præsagium.

9. Rex apud Greenwicum prandet, ad Wansted properans.

10. Christophorus Hatton Miles, qui, Gulielmo Newport adoptato in Hattonorum nomen ab Hattono Cancellario mortuo, cui successit, ex ingluvie obiit, Westmonasterii noctu sepultus.

Literæ à Peirescio de H. Spelmanni Glossario.

Sept.

Anno 1619. *Sept.* 10. D. Williams à ſacris Domino Egertono Cancellario factus Decanus Sarum, in locum Gordoni Scoti nuper demortui, ceſſit verò donativo in Walliâ, & Rectoriâ Sacerdotii Sabaudo, qui comitabatur Archiepiſcopum Spalatenſem: centum libr. ann. Molinio miniſtro Gallico, & Rectoria · · ·

Quæſtiones in ſervulos Hoſpitii Regii habitæ, & nonnulli loco amoti.

Joh. Whitbrok, Eques auratus, in Fleta carcere à Boughtono interficitur.

Octob. · · · Crebri internuncii de rebus Bohemicis; & rumores de Electore Palatino cum Uxore in Regem coronato.

Samuel Daniel Poeta eximius & Hiſtoricus obiit.

Theoph. Field Sacellanus Regius conſecratur Epiſcopus Landavenſis in locum Georgii Carletoni ad Ciceſtriam tranſlati.

Legatus à Duce Sabaudiæ.

12. Courtin Belga & Bourlomachus Italus in Camerâ Stellatâ mulctantur de transferendo auro & argento extra Regnum, & corruptelis in retractando teſtimonia contra eos prolata.

Malè me habui ex catharro.

20. Comes Suffolciæ nuper Theſaurarius Angliæ & uxor poſtulantur in Camerâ Stellatâ de jocalibus Regiis malâ fide interverſis, de pecuniâ in machinas, claſſem, rem Hibernicam, alumen detentâ, & à Regiis famulis & Beneficiariis extortâ.

Johannes etiam Bingley Miles de eiſdem accuſatur.

Illi per Advocatos ſingula pernegârunt, & probationes produci rogârunt: quod die 21. fieri cœpit.

Simon Digby cum literis ex Hiſpaniâ reverſus.

Epiſcopus Lincolnienſis excipit Regem lautiſſimè apud ædes ſuas Bugdeniæ.

Baro Sheffeldius cecidit in causâ, quam habuit cum Radcliffo de manerio de Molgrave in Comitatu Ebor. ex vi tranſcriptionis ſive entayle olim factæ.

Cauſa Comitis Suffolciæ ventilatur ſubinde in Camerâ Stellatâ.

Nov. 1. Rex celebrat feſtum omnium Sanctorum Weſtmonaſterii.

3. Cauſa Comitis Suffolciæ duobus diebus defenditur.

5. Epiſcopus Lincolnienſis concionatur pereruditè in anniverſario Papiſticæ conjurationis.

7. Nicholas Forman ſibi mortem conſcivit.

Nov. 8.

Nov. 8. Causa Jo. Bingley defenditur à suis Advocatis in Camerâ Stellatâ. Anno 1619.

Rex Greenwici prandet, & navibus deducendis nomina imponit, alteri *Happy Entrance*, alteri *Constant Reformation.*

Nova Anglos devicisse Batavos in Orientali India. Rediit Anglica navis cum mercibus Indicis.

9. Rex à Theobalds post concionem profectus, *novum forum* cogitans.

Edictum de Tobacco distinguendo in usum Francisci Nicolls, Jasperi Leeke, & Phil. Eden.

Jacobus Balfour Scotus creatus Baro Clan Auley in Fermanagh.

Andreas Stuart de Ochiltre creatus Baro de Castle Stuart.

10. Comitis Suffolciæ causa disceptatur itidem die 12.

Edictum de observando jejunio quadragesimali & die Veneris, datum Roystonæ.

13. Comes Suffolciæ & uxor 30000 lib. mulctantur, & arci Londinensi incarcerandi durante Regis beneplacito.

Joh. Bingleius 2000 *l.* mulctatur, & in Fletâ detinendus, donec Regi visum fuerit.

15. Ambrosius Brunt Belga perdoctus Lipsii discipulus me invisit.

19. Daius Attornatus, qui fraudulenter egit cum mercatoribus exteris, collistrigio punitur.

20. Comes Suffolciæ & Comitissa uxor in Arcem Londinensem conjiciuntur.

Edm. Withipol Miles pro calculo sectus obiit. Theophilus Finch Baronettus obiit.

26. Mercatores quidam Belgici accusantur in Camerâ Stellata de auro & argento exportato, etiam aliquot dies post terminum finitum.

29. Libertas Suffolciæ Comiti permittitur, & etiam Bingleio sub quibusdam conditionibus.

Festo sancti Andreæ convenimus in Officio Armorum, & facta partitio.

30. Nix alta.

Decemb. 2. Nive omnia candent.

3. Solvitur gelu.

4. Jacobus Fletzerus Noremburgensis me invisit, meumque nomen in album amicorum inscripsi.

Dec. 7.

Anno 1619. *Dec.* 7. Mercatores exteri mulctantur 33000 *l.*

9. Albertus Morton venit Londinum cum novis de Frederico Electore Palatino & Uxore in Regem & Reginam Bohemiæ coronatis: nummique honorarii eorum circumferuntur, in quorum inscriptione *Dei Gratiâ* omittitur: unde lepidè quidam, non temerè; *nec mirum, quandoquidem populi gratiâ electi fuerint.*

21. · · · · filius natus Pragæ Frederico Regi Bohemiæ, cui Rupertus nomen inditum, in memoriam Ruperti primi ex Palatini familia imperatoris.

Elector Brandeburgensis moritur.

23. · · · · filius natus Theophilo Howardo Waldenio, quo tempore ille à Præfecturâ Pensionariorum abdicandus, & abdicatus illè quidem, fratérque ex Præfecturâ Equorum Principis.

Die natali Christi Consiliarii plerique omnes, qui in Aula aderant, sacrâ Synaxi participant post primam concionem: & Rex cum Principe post secundam.

Consultationes de re monetariâ, in quibus Aurifices, Mercatores, & Officiarii in monetâ cudendâ exaudiuntur.

ANNO 1620.

Anno 1620. *Jan.* 1. Vicecomes Doncastriæ ex legatione Germanicâ reversus, Regem accedit; & de statu electi Regis Bohemiæ, & Imperatoris edocet.

Marchio Buckinghamiæ coronâ Marchionis à Cancellario pro strenâ donatus.

Prodiit liber Regis de Regis inauguratione.

5. Leonellus Cranfeld in sanctius Consilium adscitus.

6. Baro de Donaw Legatus ab electo Bohemiæ Rege accedit Regem privatè.

Consultatio de re nummariâ in reducendo auream & argenteam monetam ad æqualem valorem; nec sine gravi Regis offensâ, qui commotior, quod Johnsonus & Dobledaius non aderant tempore cum suis rationibus.

8. Literas accepi à Dudleio Carletono, apud Ordines Legato, de ambitiosâ contentione inter Militares viros in Hollandiá: qua de re Comitem Arundelium consului.

11. Rex Londino profectus est cœlo nivoso, cum sponsalia contracta fuerunt, ut fertur, inter Marchionem Buckinghamiæ & filiam Francisci Comitis Rutlandiæ, ex Franciscâ Knivet relictâ · · · · Bevilli de Cornubiâ.

Jan.

Jan. 18. Maria Seimoura vidua · · · · Rogers, uxor Peiton jam in bello Veneto, ſoror Edw. Comitis Hertfordiæ, nocturno funere in Eccleſia Collegiata Weſtm. inhumata, magnâ Nobilium catervâ comitante. Anno 1620.

Anna filia Thomæ Denys de Comit. Devon. obiit, ad Sabaudium ſepulta.

Novi Commiſſarii pro Officio Theſaurarii; Geo. Calvert Secretarius & Leonellus Cranfeild, Magiſtro Rotulorum amoto.

Rex ſuccenſet Comiti Suffolciæ Extheſaurario, cum deprehenſum eſſet, eum tranſcripſiſſe omnia bona in Sarisburiæ Comitem generum, & Gulielmum Howard fratrem.

Johannes Bingley abdicatur munere Rememoratoris Theſaurarii; & in ejus locum ſurrogatur Robertus Pye, famulus Marchionis Buckinghamiæ.

22. Franciſcus Baconus Cancellarius Angliæ natalem diem LIX. ætatis celebrat.

Comes Wigorniæ, qui nuper reddidit Regi in manus diploma de vitro conficiendo, jubetur, ut in curia Requeſtarum aſſideret cum Magiſtris Supplicum Libellorum; quaſi indignum eſſet, ut tantus magiſtratus Judicaturæ locum non haberet: quod Northamptoni nuper dixerat.

28. Tho. Lakus legit in Camerâ Stellatâ recognitionem calumniarum, quibus Comitiſſæ Exoniæ indignam injuriam intuliſſet. Recognitio hæc ſive ſubmiſſio erat concepta per Cancellarium, Juſtitiarios capitales, & Attornatum generalem, & à Tho. Lake publicè perlecta. In qua agnovit ſententiam latam in ſe 13 die Februarii anno ſuperiori, ob defenſam & ſuſtentatam filiam Dominam Roos, fuiſſe juſtam; quia crimen erat turpe, odioſum, & ſcandaloſum dictæ Comitiſſæ: ſe autem craſsâ credulitate, indulgentiâ, & ignorantiâ fuiſſe ſeductum. Præterea ſe peccaſſe agnovit, incarcerando Lucam Huttonum & Georgium Guilliams in rem ſuam; profeſſus ſe ex animo dolere cauſam tam turpem, odioſam, & ſcandaloſam defendiſſe; culpam à Comitiſsâ deprecatus: Dominos vero rogavit, ut apud Regem pro gratiâ & miſericordiâ intercederent.

Comes Suffolciæ in aliquam gratiam à Rege recipitur, & etiam filii.

Febr. 1. Robertus Car de Ancre Miles ſingulari certamine occidit Carolum Maxwellum, furibundum juvenem, apud Newmarket;

Anno 1620. lite exortâ de Gratiosis apud Principes, Luino & Buckinghamio.



Feb. 1. Sol. splendet Mariâ purificante,& acre frigus subsequutum est.

Rex postulat, ut Inquisitio fieret in bona, possessiones, & debita Comitis Suffolciæ, ut videret, an ille ad mulctam solvendam par esset.

Liberi Suffolciæ Comitis in gratiam recipiuntur.

Rex jubet Consiliarios deliberare de pecuniâ corradendâ ad debita dissolvenda.

7. Comes Wigorniæ, Custos privati Sigilli, sedet in curiâ Requestarum.

10. Jacobus primogenitus filius Baronis Waldenii ad Audley-end baptizatur; susceptores Rex per Ducem Lenoxiæ, ipse Suffolcius, & Comitissa Salisburiæ.

15. Suffolcius & uxor Londinum redeunt.

Acre frigus & nix.

21. Thomas Holecroftus ex præcipiti casu exspiravit.

22. Peacockus Cantabr. qui professus erat se præstigiis Regis animum in causâ Tho. Laki à vero judicio deflexisse, tormentis in arce Londinensi subjicitur: alii amentem, alii impostorem censuerunt.

29. Rex Westmonasterium rediit.

Martii 1. Episcopus Winton. prædicat coram Rege.

4. Vidi Waldenium fungentem præfecturâ Nobilium Pensionariorum.

Geo. Copyn moritur, cui in clericatu Coronæ successit Thomas Edmundus Regii Hospitii Thesaurarius.

Princeps se hastiludio exercet.

Marchio Hamiltonius admittitur in Regii lecti cubiculum.

5. Baro Roos unicus filius Comitis Rutlandiæ moritur, sepultus noctu Westmonasterii.

Princeps invitat Proceres ad convivium in ædibus Somersettanis, & ludum scenicum.

Eodem die Comes de Gundomara Catholici Regis Legatus apud Dubrim appulit.

6. A Prætore Cantuariensi excipitur, deinde à Comite Dorsettiæ.

8. Appulit ad arcem Lond. & perducitur per urbem ad ædes Elienses.

10. Andreas Grey, pulso tympano per plateas, colligit milites pro defensioue Electoris Palatini.

Mart. 10.

Anno 1620.



Mart. 10. Convenerunt Heraldi coram Delegatis de haſtiludio Principis, & audaciâ Chaloneri & Comptoni Hollandi.

• • • • Filius natus Comiti Pembrochiæ.

Rex Weſtmonaſterium rediit.

Domina Lake præ invaletudine ex turre liberatur : eâ lege, ut ſub initium termini ad turrim reducatur, niſi ſe ſubmiſerit.

12. Martinus Fotherby Epiſcopus Sarum obiit, qui conſecratus fuerat 19. Apr. anno 1618.

Comes de Gundomara Legatus Hiſp. dum accedit Regem in aulâ albâ, clathra, quæ juxta oſtium magnæ cameræ, præ multitudine dirupta decidunt & unà Comes Arundeliæ, Baro Greius, Baro Gerardus, ſed illæſi: Legatus ipſe caſurus, ab aſtante ſatellite ſuſtentatus, periculum evaſit.

13. Iterum Regem accedit, & poſt longum colloquium Principem accedit.

14. Rex Hampton-court adiit.

15. Ego teſtis advocatus in causâ inter Fenwicos & • • • • Forſterum.

24. Haſtiludium in anniverſarium Regis Jacobi, ubi Princeps Carolus 12 curſibus decurſis omnem laudem retulit. Ego plumatus & ſuperhumeralibus [ſive Scarfs] oneratus ex colore albo, cæruleo, & viridi, mihi ignotus, ante equitavi. Deduxerunt eum pulcherrimæ cohortes Sclopetariorum & Haſtatorum. Judices, Comes Leiceſtriæ, Vicecomes Doncaſtriæ, Baro North, H. Cary Contrarotulator, Fulco Grevil.

26. Rex magnâ cum pompâ à Weſtmonaſterienſi palatio ad S. Paulum proceſſit cum Epiſcopis & regni Proceribus. Ad Temple-barre Prætor Londinenſis & Senatores exceperunt. Robertus Heath Recordator ingreſſum in urbem gratulatur. Inde ad partem Borealem inter contignationes [ſive *rails.*] Societates Civium ſtabant ordine cum ſuis vexillis uſque ad templum Paulinum, aulæis ex feneſtris dependentibus.

Nec Comitum filii juniores, nec Equites Conſiliarii proceſſerunt, quia de præcedentiâ convenire non poterant: Princeps nudo capite.

Ad occiduam partem, ubi antiqua ænea columna expolita, cathedra poſita, & pulvinus; ad quam proſtratus, cum ſurrexiſſet, Decanus orationem habuit. Inde per mediam Inſulam proceſſit ſub conopæo per chorum ad traverſam juxta Nicolai Baconi

Anno 1620. tumultum: inde post breves precationes & hymnos itum est ad locum, quem Joh. Gandavensis Dux Lancastriæ posuit ad conciones audiendas; Episcopus Londinensis concionem habuit de Templo Paulino reparando. Rediit Rex eo ordine quo venit.



Apr. 3. Dux Lenoxiæ, Comes Pembrochiæ, & Comes Arundeliæ conveniunt in Officio Armorum; & proponunt quo ordine Dux Lenoxiæ progrediatur ad tenendam Curiam de Vierge, & sanciunt, ut Somersettus Heraldus non habeat uxorem in Officio Armorum.

5. Rex ad Hampton-court remittit 1800 *l.* Comiti Nottinghamiæ, quas debuit Reginæ Elisabethæ & sibi.

6. Dux Lenoxiæ, Seneschallus Hospitii Regii, tenuit curiam Virgæ, in prætorio Westmonasteriensi.

6. & 7. Grandinat. Intensum frigus Saturno decurrente per 27. gr. ♊, ubi est Perigæum Excentrici.

14. Die Passionis Domini Comes Oxonii & Henricus Parkerus intempestâ nocte, luxu perditi, invadunt ædes Powelli apud S. Ægidium, ubi Domina Rossa diversabatur, ut stuprum inferrent, sed à vigilibus capti malè mulctantur.

Newell installatur Præbendarius in locum Cuthberti Bellot.

18. Princeps, Marchiones Buckinghamiæ & Hamiltoniæ exercent Hastiludium Westmonasterii, palmamq; retulit Princeps 12 cursibus decursis, judicio multitudinis & Comitis Arundeliæ, Vicecomitis Doncastriæ, Baronis Sheffeild, Henrici Cary Contrarotulatoris, qui judices assidebant.

19. Filius Comitis Pembrochiæ baptizatur apud Bainardi castrum: Sponsores Rex absens per Comitem Montgomery, Marchio Hamiltonius, & infantuli avia.

Princeps Carolus assignat annuas pensiones centum librarum 18. è famulis suis, è quibus non nisi Angli • • • • fuerunt, Dallingtonus tunc neglectus.

22. Nova de Mareschallo Fels, Magistro castrorum Regis Bohemiæ, profligato & occiso à Polonis sub Bocquoio.

26. Festum Sancti Georgii celebratur Greenwici.

27. Rex indixit silentium CXXX. verbi Ministris in Scotiâ, qui se Episcoporum authoritati submittere noluerunt, sed posteà in gratiam recepit mense Junio.

22. Literæ Electorum Ecclesiasticorum, Saxonis, Bavari, & Lantgravii • • • • ad Fridericum Bohemiæ Regem, ut novo regno cedat,

cedat, ne brevi cogatur: quoniam Bohemia sit feudum Imperii, de quo cognitio spectat ad Collegium Electorale, sine cujus assensu Fredericus regnum illud accepit. Ordines Bohemiæ hæc pernegant, & contendunt & agnoscunt nihil ab Imperio nisi feudalem investituram. Anno 1620.

Hispanus constituit Parmensem Generalem suum in Flandriâ.

Spinola aliquid aggressurus est contra Juliacum.

Hispanus interim studet per intercessionem Regis nostri & Galli prorogare inducias cum Ordinibus.

Maii 1. Rex excepit Principem & cæteros, qui se hastiludio exercuerunt, lauto convivio apud Albam Aulam.

2. Rex dedit Calverto Secretario annuam pensionem 1000 *l.* ex custumis: [ille factus Secretarius 15 Febr. An. 1619.] Qui mihi natalis, admodum malè me habui, nec aulam adire poteram, etsi accersitus de causâ præcedentiæ inter juniores Comitum filios, & Equites Consiliarios. Ego totus Deo & divinis meditationibus vacavi.

Clarus inoffenso procedit lumine Titan.

15. Edictum de revocando Rogero Northo, qui vela dedit cum authoritate Regiâ ad incolendum juxta fluvium Amazonum.

Tho Lakus osculatur Regis manum: uxor ad arcem remittitur, quia se submittere pertinacitèr recusat.

16. Marchio Buckinghamiæ ducit Catharinam filiam & hæredem Francisci Comitis Rutlandiæ privatim apud ædes Lumleyanas.

Domina Carletona venit in Angliam ex Hollandiâ.

Treswelli servus mihi impertiit Heraldorum petitionem contra Yorkum & ipsum, quasi perturbatores omnium.

17. Fredericus Henricus declaratus successor Patris in regno Bohemiæ.

Ter tonuit, fulguravit.

20. Legatus ab Unitis Germaniæ Principibus, præfixit quo tempore Regi hunc diem ad respondendum quid faciet pro genero Bohemo.

Baro Northus in Fletam conjicitur, quod author fuit Rogero fratri ad maturandam navigationem ad fluvium Amazonum.

Nova confirmantur de quatuor Anglorum navibus interceptis, cum magnâ vi opum & pluribus Anglis cæsis ab Hollandis in Indiâ Orientali.

Denis O Roghan obiit, & confessus est se falsò accusasse J. Perrotum Hiberniæ Proregem, ex aliorum subornatione.

Anno 1620. *Maii* 20. Henricus Nassovius Frisiæ Gubernator apoplecticus Leowardiæ moritur sine prole.

26. Profectus sum Londinum, ubi in Aulâ interfui contentioni inter Dudleium Diggs & J. Manwoodum Milites. Hic vero carceri commissus à Duce Lenoxiæ, Camerario, & Arundeliæ Comite: quod ebrius dixerit, Dudleium non audere pugnare, sed postea relaxatus.

Eodem die obiit Domina Haringtona filia · · · · · · Kelway, vidua Joh. Baronis Harrington, qui obiit Ann. 1613. in Germaniâ.

27. Dictavi submissionem exhibendam Delegatis pro Officio Marescalli, in causâ inter eum & Dudleium Diggs.

Rex constituit Marchionem Buckinghamiæ locum-tenentem Cantii, postquam Baro Wottonus cesserat; & ille mox Regis consensu idem munus in Lenoxiæ Ducem transtulit.

Vicecomes Purbeck, uxor, & Domina Feilding soror ejus ad aquas Spadanas profecti sunt, fortè ad occultandam ex superbia vesaniam.

Huntus Prebendarius Cantuariensis factus Decanus Dunelmensis: Adamo Newton accepto pretio resignante.

Junii · · · Princeps transiliens murum apud Theobalds lapso pede frontem & nasum graviter læsit, non sine vitæ periculo.

4. Rex celebravit festum Pentecostes apud Greenwich, & sacrâ Synaxi participavit, Episcopo Wintoniæ ministrante, & primam concionem habente, & Lincolniæ Episcopo coram Rege; aula admodum rara fuit. Esmæus Aubignius, quem Comitem Marchiæ Rex nuper creaverat, & multis pecuniis donârat, offensior, quod Rex expensis non satisfaceret, non dixero, odium pro gratia reponere cœpit.

5. Filius Comitis Pembrochiæ, qui natus 10 die Martii, obiit.

Mainardus Baro Wicklow: Gorges Baro Dundalk. Herveius Baro Roosi.

Gulielmus Mainardus Baronettus · · · · · · Bentley · · · · · Foliot, & · · · · · · Gorges consecuti sunt, ut fierent Barones Regni Hiberniæ: fortè ex ambitione, ut præcederent Vicecomitum filios majores, & Comitum filios minores.

10. · · · · · · Aluredus, qui quondam Scriba D. Ever, Præsidis Walliæ, Marchioni Buckinghamiæ tractatulum politum exhibet contra nuptias Caroli Principis cum Hispanâ; unde Rex indignatus eum in carcerem conjicit.

Junii 10.

Junii 10. Dux Lenoxiæ, Marchio Hamilton, Marchio Buckingham, ejus uxor & mater, Comitiſſa Arundell, Tho. Comptonus prandent apud Dominum Walſingham ſen. apud Cheſilhurſt. Anno 1620.

11. Poſt preces veſpertinas dominico Trinitatis Rex ſe Weſtmonaſterium confert.

D. Godwinus Decanus Ædis Chriſti Oxoniæ, & D. Budden Regius ibid. Juris Profeſſor obierunt.

· · · Corbet Dr. Th. alumnus ædis Chriſti ſubrogatur Decanus.

Horatius Vere deſignatur Generalis exercitûs, qui in Palatinatum mittendus; Edwardo Cecilio poſthabito, qui priùs erat deſignatus.

Volones per ſonum tympani colliguntur per Urbem ad bellum Bohemicum ſub ſignis Comitis Oxonii, Eſſexiæ, J. Wentworthi, &c. Edw. enim Sackvil & D. Liſle renunciârunt huic militiæ ex neſcio quâ æmulatione.

19. Rex celebrat diem natalem Windeſoræ, & venit ad Wanſted.

☌ ♄ ♂ & ☽ Nebulæ ad meridiem.

23. Epiſcopus Sar. electus. Aulici quidam & Domina Smitha & Domina Walſingham prandent mecum.

26. Rex inviſit Thomam Watſonum apud Hawſted, conſilio venandi; ſed dies admodum pluvioſus, venatur tamen. Habuit in comitatu Principem, Ducem Lenoxiæ, Vicecomitem Fenton, Baronem Dacre, & alios.

29. Feſto Sancti Petri, Rex poſtremo audivit cauſam de prærogativâ honoris ſive præcedentiâ inter filios minores Comitum & Equites Conſiliarios: & adjudicavit filiis minoribus Comitum.

Attornatus ab officio ſuſpenditur.

Julii · · · · Whitlock factus Serviens ad Legem, & Juſtitiarius Ceſtriæ, Chamberlain facto Juſtitiario in Banco Regio.

Interfui electioni Weſtmon.

Obiit Tho. Marbury.

9. Robertus Tolſonus conſecratur Epiſcopus Sarum, Lambethæ; manus impoſuerunt Lincoln. Roffen. Ceſtr. D. Davenant concionem habuit.

10. Jo. Williams inſtallatur Decanus Weſtmonaſt.

15. Horatius Vere profectus ad Theobalds, ut Regi valediceret, jam oram ſoluturus, in Germaniam cum 4 mille peditum ad Palatinatum defendendum.

17. Edictum de ædificiis intra mille paſſus à Londino.

Anno 1620. *Julii* 18. Rex progressum incipit.



Mulcta imposita Suffolcio minuitur ad 7000 *l.* quæ Haddingtonio solvenda; & Tho. Mounsonus Regis manum osculatur.

20. Fulgor & tonitru nocte.

Archiep. Cantuariensis proficiscitur Cantuariam versus.

Tristia feruntur de Anglorum damnis per Hollandos in Orientali Indiâ illatis, Jordano primario mercatore occiso, & Tho. Gates milite demortuo.

15. S. Swithini dies sine pluvia: præsepi & asello cosmicè exorientibus: sed nubilosus & frigidior ♄ in ♊ in perigæo eccentrici.

22. Generalis Verus, Comites Oxonii, Essexiæ, & alii oram à Gravesendiâ solverunt.

Delegati pro restauratione templi Pauli decreverunt ædes ad Orientalem & Occidentalem ejusdem ante calend. Aug. demoliendas esse.

Aug. · · · · Catharina Comitissa Huntingdoniæ, vidua Henrici Comitis Huntingdoniæ, filia Jo. Dudley, Ducis Northumbriæ, obiit medio Augusti sine prole; sepulta noctu Chelseiæ prope aviam.

Robertus Mansel oram solvit è portu Londini cum navibus regiis & · · · · · · Londinensium adversus Piratas Mahumetanos, mare mediterraneum infestantes.

9. Puer natus Edwardo Bointello.

12. Venti impetuosi & pl. Pransus sum cum Episcopo Roffen. Rich. Mitho Brumley.

13. Non pluit occasu mat. Delphini, vide igitur an pluat exoriente Arcturo 13 Sept.

24. 5 *l.* pro certificatione armorum Savagii mittenda in Hispaniam. Festum sancti Bartholomæi pluviosum.

28. Nova Spinolam cum exercitu in Palatinatu consedisse; & ibidem belli aream constituisse.

29. Archiep. Cantuar. excipitur Doveræ à Domino Zouchæo Limenarcha cum festivo gaudio, tormentorum effulminationibus, & ignibus missilibus.

Ludovicus Stuckley, qui Raleghum prodidit, quodammodo vesanus obiit.

Sept: 2. Ventus lybonotus furit & grandinat; nec Robertus Mansellus ex Tamesis ostio solvere cum classe poterat.

4. Solvit & apud *the Downs* subsistit.

5. Cœna-

Sept. 5. Cœnavit apud Dudleium Digs, & ſexto feſtinavit ad aulam; fortaſse quia minus inſtructus à nautis & neceſſariis. Anno 1620.

Rex ſuccenſet Comiti Wigorniæ, edoctus illius filiam Bruxellas miſſam, ut Sanctimonialis fieret.

Tilenus, magnus Theologus, venit in Angliam, & edit librum contra Scotos, zelotas diſciplinæ Genevenſis.

Filius Hotmanni cum eo in Angliam venit.

Nova Spinolam cepiſſe Openheim, Chriſlac, & Aſlac in Palatinatu, & propugnaculum juxta Moguntiam poſuiſſe.

14. Funus Chapmanni.

Robertus filius Rob. Digby factus Dominus de Geaſhill.

Nautæ & milites graviter conqueruntur annonam claſſicariam computruiſſe.

Richardus Boylus, Baro Boyl de Yoghall in Hibernia, creatur Comes Corcagii & Vicecomes Dungarvonæ, nuptiis pactis inter ejus filium & filiam Edw. Villiers, & Boyli filiam cum Villerii filio hærede.

27. Funus Simondi.

Lechus ab Epiſtolis Baroni Carew ſibi mortem conſcivit.

Henr. Radcliffe primogenitus Roberti Comitis Suſſexiæ, qui duxit filiam Michaelis Stanhop, obiit ſine prole.

Thomas Lakus frangit brachium vehiculo excuſſus.

Die ult. Rex venit Weſtmon. inviſit novam fabricam, & à prandio ad Theobalds properat.

Octob. · · · Propoſitio facta, ut ſinguli Comites 1000 *l.* Barones 500. Baronetti · · · · · Milites · · · · conferrent ad Palatinatum defendendum contra Spinolam, Imperatoris in illis partibus Generalem.

5. Impetuoſi imbres cum grandine.

8. Nova Spinolam intercepiſſe Bagrac, Bing, & Clut. Cum Hiſpanicus Legatus ſubaccuſaretur Regi intimaſſe, Spinolam non cogitare Palatinatum cum exercitu, Buckinghamiæ Marchio, literis ad Legatum datis, agnoſcit nec Legatum nec Hiſpanum nec Archiducem Albertum hac in re cum Rege diſſimulaſſe, ſed ſingulos profeſſos fuiſſe eum bella in Palatinatu geſturum.

Requiritur ab Officiariis in Cancellariâ, Scaccario, Judicibus, & Juris profeſſoribus, & aliis opulentis, ut ſubſidiariam pecuniam conferant ad ſubveniendum Electori Palatino.

Anno 1620. *Octob.* 8. Paulo post Rex declarat aliis ad eum literis, se neutiquam probare abdicationem Imperatoris, & Electionem Palatini per Bohemos, dum conscientiam suam, honorem, & quam perniciosi sit exempli omnibus Regibus secum seriò perpendit, & imprimis Danorum Regi.

29. Palatinus victus, & Praga capta.

Nova adferuntur de Dampiero ab Hungaris occiso.

Henricus Carvillus de sanctâ Mariâ accersitur, accusatus quod pecuniam submiserit auxiliarem contra Electorem Rheni. Hinc Hispanus Legatus conqueritur contra Nanton Secretarium.

Rex venit Westmonasterium vigiliâ omnum animarum serò; ideoque ad preces vespertinas non accedit.

Nov. 1. Festo omnium Sanctorum matutinas preces accedit, offert, strumosos tangit; concio verò habetur nulla.

5. Celebratur festum conjurationis sulphurariæ apud Theobalds, & Vicecomites nominantur.

7. Indicitur Parlamentum inchoandum ad xvi diem Januarii.

8. Attornatus in Camerâ Stellatâ culpam agnoscit, & Regis misericordiæ se submittit.

Attornatus sistitur in Camerâ Stellatâ denuò, ubi ejus Advocati & ipse agnoscunt, quod erraverit ex ignorantiâ, negligentiâ, & facili credulitate, non ex corruptelâ, aut animo nocendi.

10. Idem mulctatur quatuor millibus, depositione à munere & incarceratione in arce Londinensi, donec Regi visum fuerit.

9. Guil. Cavendishus, filius Caroli Cavendishi, creatur Vicecomes Mansfield, traditione literarum patentium, sine ullâ investiturâ.

10. Comes Essexiæ, Comes Oxoniæ, Baro Gerard, Edw. Sacvillus, Heidonus Thesaurarius exercitûs Anglici in Angliam redeunt.

16. Dudleius Diggs & Mauritius Abbot mittuntur in Hollandiam, de repetendis Anglorum bonis interceptis in Indiâ Orientali. Rowlandus Woodward Secretarius illis constituitur, qui mihi hodie valedixit.

Funus Wil. Sebright.

Nox spissa.

Cum Domina Lake in Camerâ Stellatâ sistenda esset, ut culpam in Comitissam Exoniæ agnosceret, scripsit literas ad eandem, derogat justitiæ regni, & repetitis versiculis ex 139 Psalmo ad divinum Tribunal provocat, unde in Arcem datur.

Nov. 21.

Nov. 21. Comes Bridgwater, ut expiaret ſacellum in ædibus ſuis apud Barbacan Londini, Miſſis pollutum, de novo conſecrandum cenſuit, & obtinuit ab Epiſcopo Londinenſi ægrotante, ut Epiſc. Landavenſis delegaretur, & conſecraret: quod ritè factum. Jo. William Decanus Weſtmonaſt. concionem habuit, & Cantores Weſtmonaſterienſes aderant. Anno 1620.

Prodiit liber inſcriptus, *Vox populi.*

Cœlum nivoſum & frigus intenſum.

Propoſitum à Conſiliariis, ut Nobiles, qui pecuniam ad Palatinatum defendendum contulerant, non novâ contributione gravarentur, ut pecunia pro ratione facultatum cujuſlibet, ne minus in ſubſidiariâ pecuniâ concederetur: verum hæc Regi minimè placuerunt.

29. Nova adferuntur Electorem Palatinum fuſum eſſe, & in Sileſiam fugatum; Pragam verò à Bavaro & Bucquoio captam, & fautores Electoris ex urbe ejectos.

Hæc ex literis Ducis Bavariæ ad Electorem Moguntinum, impreſſis Bruxellis.

Gainsford incarceratur de libello *Vox Populi.*

Randolphus Mac-Surley, qui jampridem factus Vicecomes Donluz, (ſcil. anno 1617.) nunc creatur Comes Antrim.

Olivarus St. John Pro-rex deſignatur Vicecomes Grandiſon.

Decemb. 3. Henricus Montagu, capitalis Juſtitiarius Banci regii, bacillo apud New-market tradito, fit Theſaurarius Angliæ.

Egelaſcit.

Rex, qui procuravit opulentiam, ſcribit ad Conſiliarios populi Scotiæ, ut agant cum opulentioribus Scotis de pecuniâ conferendâ ad Palatinatum defendendum.

4. Fæx Populi tumultuatur contra Legati Hiſpanici famulos ob verbula, quæ exciderunt Hiſpano de Bohemo profligato; uſque adeo ut Cancellarius juberet 300 viros ad excubandum circa Legati ædes ſub Ludovico Lewknor & H. Spillero.

Fertur patrem Magiſtrum, qui nuper ex Angliâ Romam verſus profectus, colloquium habuiſſe cum Comitiſſâ Arundeliæ Patavіis: eam unà cum illo Romam adiiſſe, unde Rex offenſior perhibetur.

Rex confert Theſaurario titulos & honores Baronis Kimbolton & Vicecomitis Magnavillæ: forſitan quia Kimbolton olim ſedes Magnavillorum è Normanniâ.

Anno 1620.


Nunciatur in trepidâ fugâ Regis Bohemiæ Uratiſlaviam versus, ejus vehicula ab hoſte ſequente intercepta fuiſſe, & in iis coronam regni Bohemiæ & alia Regalia reperta, eúmque jam Preſburgum cogitare ad colloquendum cum Bethlem Gabor.

Decemb. 13. Scripſi ad Petrum Puteanum.

14. Novus Theſaurarius venit ad Scaccarium, Fulcone Grevillo Procancellario comitante: ubi coram Cancellario præſtitit juramentum de officio Theſaurarii fidelitèr adminiſtrando. Cancellarius monuit, ut Burghleium Theſaurarium & Nicolaum Baconum Cuſtodem Magni Sigilli ſibi in exemplaria proponeret.

Attornatus, etſi incarceratus, eligitur Burgenſis pro Villa Northamptoniæ à civibus zelotis.

Rex conceſſit veniam Ordinibus tranſportandi 100 tormenta ferrea cum pertinentiis: & totidem Legato Hiſpanico non ſine multitudinis murmure.

Poſtulantur 20000 l. à Londinenſibus: illi 10000 l. libentèr donant per ſocietates colligenda.

Nunciatur Robertum Mansfeldium infeliciter pugnaſſe contra Turcicos Piratas.

Domina Lake ex carcere liberatur neſcio quibus conditionibus.

23. Rex Weſtmonaſterium venit: ad Sacellum non acceſſit, podagrâ impeditus.

Die Chriſti Natali Proceres ſacra Synaxi participant in Sacello; ipſe & Princeps in privato Sacello, interim Decanus Capellæ in Capellâ concionem habuit.

Scottus Dec. Roff. obiit.

Edwardus Villerius deſignatur Legatus in Bohemiam. Diſceſſit 3 Januarii.

26. Edicitur, nequis intemperatâ libertate loquatur aut ſcribat de arcanis Imperiorum.

Jacobus unicus filius Comitis Bridgewater obiit.

Cadenet Mareſcallus Franciæ, Frater Ducis Luynes gratioſi illius venit Londinum cum magnâ Nobilium catervâ, flumine exceptus apud ædes Somerſettenſes: in cujus adventum officinæ in Aulâ Weſtmonaſterii amoventur. Die Dominico carpentis cum ſuis per plateis advectus, Regem accedit in ſuperiori domo Parlamentariâ: poſtea ſermones privatos habet cum Rege.

Crean-

Creantur Vicecomes Fielding & Baro de Newnham Paddocks, Henricus Cary Vicecomes Falklandiæ & Baro . . . . item Greius Northumbreius Vicecomes . . . . in Scotia . . . . Conſtabulus de Flamburrough. In Hibernia etiam . . . . Fitz-Williams creatus Baro de Liffer . . . . . . Willimottus Vicecomes . . . . Calfeildus Baro Charlemont. Anno 1620.



Rogerus Northus, accepto ab Hollandis nuncio, Regem illum propoſito edicto revocaſſe, ſponte rediit, & in arcem Londinenſem datur.

Anno 1621.

Januar. 1. Rex non adiit Sacellum; ſed Princeps cum Proceribus. A prandio Legatus Gallicus eum inviſit. Anno 1621.



Dux Lenoxiæ lautè excipit Legatum apud Hampton-Court venatione & aucupio.

4. Rex Legatum & Gallos opiparo prandio in ſuperiori Conſiſtorio Parlamentario excipit.

Sederunt hoc ordine: Rex in mediâ menſâ; ad ſiniſtram Legatus: ad caput menſæ Legatus Ordinarius. Dux Alverniæ abiit, quia ad Regis menſam non adhibitus. Princeps convivio non intererat.

Die Epiphaniæ Rex adiit Sacellum, ægrè ſuſtentatus, offert aurum, thus, & myrrham, & LXXX ſtrumoſos tangit.

Filius natus Comiti Sarisburiæ.

7. D. Cancellarius accerſit me & Norreium, & ſermones habuit benè manè de neceſſariis ad honorem Vicecomitis apparandis: ſtatuerat enim Rex eum titulo Vicecomitis Sti. Albani ſolenni cæremoniâ inveſtire.

8. Vicecomes Doncaſtriæ excipit Legatum Gallicum & comites lautiſſimâ cœnâ apud ædes Eſſexianas, cui Rex interfuit cum Principe, Cancellario, Theſaurario, &c.

In perſonato paſtorum ſpectaculo Scoti & Angli palmam Gallis præripuerunt, ut in haſtiludio & decurſu ad annulum; lites in hoc ſpectaculo intervenerunt inter Ailoffum & Hoſpitii Regii Contra-Rotulatorem; ſed graviores inter Baronem Digby & Geo. Goring, qui eum ad ſingulare certamen provocavit, quod uxorem ejus ſede amoverit, in qua Dux Lenoxiæ, Hoſpitii Seneſcallus, eam locaret: ſed Rex reconciliavit. Legatus Regi valedicit.

Rex

Anno 1621. Rex semel atque iterum accingit se itineri Theobaldas versus, sed podagrâ impeditus substitit.

Jan. 14. Die Dominico Legatus Gallicus cum suis flumine secundo ad Gravesendam devehitur.

Baro Norris & . . . . Wrayus agunt mecum de titulis Comitis Gloucestriæ vel Bristoliæ, & Vicecomitis Abington; & de titulo Baronis Rycot aut Tame transcribendo Edw. Wraio cum . . . . . . unicâ Baronis Norisii filiâ.

13. Concilium Militare instituitur, ad quod advocantur Comites Oxoniæ, Essexiæ, Leicestriæ, Vicecomes Wilmot, Baro Davers, Edw. Cecilius, Horatius Vere, ... Binghamus. His quædam proponuntur de recuperando Palatinatu.

Montgomery Episcopus Midensis & Clagherensis obiit. Doctor Usherus succedit.

Parlamentum prorogatur ad ultimum mensis diem.

14. Rex profectus est ad Theobalds; quo die Nantonum Secretarium increpuit, & à Secretarii munere suspendit; quia (ut dicitur) egerat cum Gallico Legato de nuptiis Henriettæ sororis Regis Galliarum, Rege inconsulto.

Febricitavi statim a prandio, & totâ nocte gravissimè.

Dominus Buck, Præb. West. ferè nonaginarius obiit.

Episcopus Hereford. me invisit.

Baro Norris significat mihi, Regem concessisse titulos Comitis Berkshiriæ & Vicecomitis Tame.

Tho. Coventry, qui fuerat Sollicitator Regis, factus est Attornatus: Robertus Heath, qui fuerat Recordator, factus Sollicitator: Robertus Shutus Recordator Londini, qui obiit 6to Februarii.

Vicecomes Haddington fit Comes Holdernessæ & Baro de Kingston, cum accessione honoris, ut gestet gladium coram Rege die V. Augusti, scil. Conjurationis Goureanæ.

27. Cancellarius creatus est plenariâ investiturâ Vicecomes S. Albani, trabeam prægestavit Baro Carew; coronulam Baro Wentworth, Marchio Buckingham . . . . sustentavit. Ille gratias Regi egit septemplices; quod ipsum primò Sollicitatorem. 2. Attornatum. 3. Consiliarium privatum. 4. Custodem Sigilli. 5. Cancellarium. 6. Baronem Verulamii. 7. Vicecomitem Sti. Albani.

Jan. 29.

Jan. 29. Jacobus Leigh, Attornatus Curiæ Wardorum, conſtituitur capitalis Juſtitiarius in Banco Regio: & in Curiâ Wardorum Walt. Pye Attornatus. Anno 1621.

30. Die menſis penultimo, cœlo ningido & frigido, Rex venit eques ſub conopæo ad templum Weſtmonaſterienſe cum Regni Proceribus ordine pulchro: concionem habuit Lancelotus Andrews Epiſc. Wintonienſis: Comes Cumberlandiæ gladium prægeſtavit: Rutlandius pileum; Arundelius virgam Mareſcalli. Concionem habuit Epiſcopus Winton. textus pſalmo 82. *Deus adſtat in congregatione Principum.*

Feb. 2. Feſto Purificationis ſol toto die clarè ſplenduit: vide an frigus intenſius ſubſequetur.

4. Tho. Richardſon admiſſus eſt Prolocutor inferioris conſeſsûs, & Regi præſentatus; qui venit in carpento privatè, & rediit ante horam ſextam.

6. Acritèr diſputatur in inferiori conſeſſu de libertate loquendi contra Recuſantes, Papiſticis picturis; ut ex Urbe ſubmoverentur; de eorum ad Hiſpanici Legati Miſſas exaudiendas concurſu; de ſubſidio conferendo. Proponitur etiam, ut ſinguli ex inferiori conſeſſu ſacrâ Synaxi participent; ut Jacobus Uſherus Epiſcopus Midenſis concionem haberet, Decano Weſtmonaſterienſi quaſi poſthabito.

Acre frigus.

Edw. Cokus ſe optimum Patriotam hac die geſſit: docuitque proclamationem quamcunque contra Parlamentum non valere.

In Superiori proponitur, de tormentis ferreis, de revocando Edw. 3. de conſtituendis quibuſdam, qui exaudiant querelas de injuſtitiis in Cancellariâ, & aliis Curiis, nec non de actu reaſſumptionis.

10. Frigus ſolvitur.

Sheppardus, quòd Puritanos liberiùs perſtrinxit, è Parlamento ejicitur, & Fludus, quod nihil juris competere Palatino in Bohemiæ regno, ſtigmate inuritur.

In inferiori domo conqueruntur quidam, tormenta in Hiſpaniam tranſmitti; & hoc Regi ſignificatur, qui reſpondit, ſe ante biennium licentiam Hiſpani Legato tranſmittendi feciſſe; uti etiam Ordinibus Unitis & Duci Brunſwicenſi, & ſe non poſſe non fidem liberare.

Anno 1621.



Feb. 16. Comes Berkshiriæ stetit in angusto introitu Cameræ Parlamentariæ cum famulis colloquens; Baro Scroop eum præteriit, & ob loci angustias eum paulùm loco movet: unde ille commotior insequitur;, & rudiùs protrudit coram Principe & universo consessu, unde Fletæ adjudicatur arctius custodiendus.

Eodem die Communitas offert duo subsidia Regi; & executionem legum in Papistas exigit, atque ut ad suas ædes relegentur, & exarmentur.

18. Inferior Consessus sacra Synaxi participat apud sanctæ Margaretæ Westmonast. Concionem habuit D. Usherus Episcopus Midensis, ex 10 capite, V. 7. prioris ep. ad Corinth. *Quoniam unus panis, unum corpus, quod multi*, &c.

19. Die tamen 19. Edw. Sacvillus & 20 Gulielmus Airmin seorsim communicant in Collegiatâ Ecclesiâ Westmonasterii, & postea Gul. Airmin.

21. Plures ex Comitibus & Baronibus petitionem per Principem exhibent, ne novi Hiberniæ & Scotiæ Vicecomites locum habeant in Anglia ante Barones Angliæ. Hoc Rex ægrè tulit, & Baroni Despenser succensuit.

Eodem die cœpit agi de gravaminibus, in Domo inferiori & . . . . . . Drake ex Devoniâ probat Ægidium Montpessonem iniquius contra diversoria tenentes, & cervisiam vendentes per administros suos, famulos Thesaurarii & Cancellarii, Dixon & Almond egisse.

Ante hos dies respondit Rex quinque articulis contra Recusantes, optatque ut legum severitas in eos adhibeatur: providè tamen, ne Pontificii Principes in Reformatæ Religionis cultores irritentur: se verò acturum cum Hispani & Galli Legatis, ne Anglos ad suas Missas admittant. Docuit etiam Gallum jam cogitare obsidionem Rupellæ, Sabaudum Genevæ, & Hispanum Valteliniam in suam possessionem reddidisse, &c.

Sebastianus Harvey ille opulentus obiit.

23. Franciscus Michell Eques Auratus, nuper creatùs, mittitur ab inferiori Consessu ad Turrim Londinensem ignominiosè per Urbem, ob graves exactiones ad cervisiam vendentes & publica diversoria tenentes.

Edw. Somerset filius natu minimus Comitis Wigorniæ obiit hydropicus.

24. Armilustrium Middlesexiæ in Toothill.

Baro

Baro Digbeius Londino solvit. Anno 1621.

Henricus Portman, qui duxit filiam Comitis Derbiæ, obijt.

Febr. 24. Barones Angliæ, qui iniquè tulerant, Vicecomites Hiberniæ sibi prælatos, jubentur accedere Regem, & manum ejus osculari. Pauci admissi, & illi objurgati.

Ex Italiâ nunciatur Paulum V. Pontif. Max. obiisse, & in ejus locum suffectum · · · · · · de Ludovicis Episc. Bonon. eumque nomen Gregorii xv. assumpsisse. Iis diebus Hispanus proponit pacem generalem Ordinibus Unitis his conditionibus, i. e. si eum Protectorem eorum agnoscant: 2. si in Orientales & Occidentales Indias non amplius navigent. 3. si permittant Catholicis suam religionem exercere & sua templa habere. 4. si navigationem inter Antwerpiam & Zelandiam aperiant.

Martii 3. Ægidius Montpesson, postquam vocatus esset coram inferiori Consessu, sibi malè conscius aufugit. Mox Proclamatio ad eum apprehendendum prodiit. Buckinghamius eum derelinquit, in quo spem posuerat.

9. Inferior Consessus queritur, Jurisconsultos, quos miserunt referre ad Proceres, malâ fide egisse, & prævaricatos esse.

10. Rex audit inferiorem Consessum de prævaricatione istâ, & posteâ aucupio se oblectat.

Albertus Morton redit è Germaniâ, & Rex eo die non admisit.

14. Malè convenit inter Marchionem Buckinghamiæ, Southamptonium, Sheffeldium, qui illum interruperant, quod sæpius eâdem de re loqueretur, & extra ordinem in Parlamento receptum; sed Princeps reconciliavit.

Robertus Bowyer Clericus in Parliamento obiit.

J. Cotton de Cant. Miles obiit.

Subsidiorum concessionem factam à Clero Provinciæ Cantuariensis Regi exhibent cæterorum nomine Wintoniensis & Lincolniensis apud *Hamptoncourt*. Cancellarius repetundarum postulatus præ se fert, quasi, honoris pertæsus, officio cederet, laceratus plurimùm calumniis.

18. Vaivode Sandomariæ filius, Legatus à Rege Poloniæ, Regem Westmonast. accedit, & Latinè significat, quanta moles bellorum orbi Christiano impendeat à Turcâ hosti communi, ex turbis in Germania exortis.

Anno 1621. *Martii* 18. Variatur in Parlamento de antiquitate Academiæ Oxon. & Cantabr. quænam priùs nominanda in concessione subsidiorum.

Funus Sebastiani Hervey.

Cancellarius mittit literas per Buckinghamium ad Dominos Parlamenti, & orat, ut innocentem & inauditum non condemnent ex falsis quorundam suggestionibus.

23. Anniversario hastiludio cum Princeps intraret, imber grandinosus depluit, & mox serenitas gratissimè illuxit: ille vero 12 cursibus palmam cæteris præripuit.

27. Rex Parlamentum accedit, & sententiam in Ægidium Montpesson pronunciat: uxoris tamen dignitate illibatá.

28. Parlamentum prorogatur ad 18um Aprilis.

29. Jo. King Episc. Londinensis ex calculo obiit.

30 Edictum de proscriptione Ægidii Montpesson, & aliud de revocatione patentium diversoriorum & tabernis Cervisiariis, necnon patentium pro filo aureo & argenteo ductili; atque etiam de conformitatibus.

April 5. Nunciatur Philippum 3. Hispaniarum Regem placidè obiisse, filiumque Philippum 17. annorum successisse.

Edw. Villiers domum rediit.

Quidam Apprenticii Londinenses, qui Hispani Legatum indignè tractarunt, flagris per Urbem cæduntur.

Edw. Comes Hertfordiæ moritur.

6. Rex venit ad Prætorium Londinense, & gravissimè objurgat Magistratus de vulgi insolentiâ contra Legatos; & Nobiles in urbe Londino & locis adjacentibus interminatus, se armatis legionibus cohibiturum: eaque de re 8. Aprilis edicitur.

20. Joh. Benet, Judex in Prærogativâ Curia, gravitèr accusatur de exactionibus & corruptelis: unde primum Vicecomitibus Londin. & mox carceri committitur.

Sententia lata à Proceribus trabeatis.

Maii 1. Adivi Sanderherst, & frustra quæsivi castra Alexandri Severi Imperatoris, qui in Britannia occisus in vico Sisila; crediderunt nonnulli hoc loco occisum fuisse: sed ex conjecturâ & nullo certo argumento.

2. Natalis mihi, quo bonis studiis & piis meditationibus totus vacavi.

Magnum Angliæ sigillum cum Cancellarii authoritate aufertur à Vicecomite S. Albani die 3 Maii; & traditum Thesaurario,

ſaurario, Camerario, Duci Lenoxiæ, & Arundeliæ Comiti. Anno 1621.
Maii 2. Cancellarius adjudicatus eſt carceri pro Regis arbitrio: mulctatur 40000 l. excluditur omni loco in Parlamento & judicaturâ, & ne accedat Aulam intra 12 mil. paſſ.

Sententia pronunciatur in inferiori Domo contra Fludum, qui probrosè calumniatus eſt Principem Palatinum & uxorem, ſed à Rege revocatur, qui edoceri cœpit, an ulla ſit Judicaturæ authoritas in Conſeſſu inferiori.

5. Franciſcus Michel ſiſtitur & judicatur, ut Equeſtri dignitate degradaretur, ſine præjudicio uxoris & liberorum: ut nulla in re munia gerat, 1000 libr. mulctetur, incarceretur, donec Regi viſum fuerit, in Finsbury-feild in carcere, quem poſuit ipſe.

Altercatur inter Proceres de ſiſtendo Elvertono ex-Attornato judicio: Barones cenſuerunt utramque partem exaudiendam; Arundelius contra. Baro Spenſerus, cui cum Arundelius paſtoritiam vitam objiceret, reſpondit, Rex, qui me ex ignobili nobilitavit, item te ex ignobili nobilem reddidit. Attinctus vero fuerat; ſed Princeps Carolus in priſtinam gratiam reſtituit.

Arundelius in Arcem mittitur.

Elverton Ex-Attornatus mulctatur.

Clemens Cocus filius natu minimus Edw. Ex-juſtitiarii in turrim conjicitur, ob inſolentem calumniam in Moriſonum.

9. A meridie tonat.

15. Robertus Tonſon Epiſc. Sarum obiit Weſtmonaſterii inops, ibique ſepultus: liberos reliquit 15. & uxorem viduam.
Epiſc. Carleolenſis obiit.

Fludus, qui probrosè Palatinum & Palatinam irriſerat, equo facie ad caudam obversâ per Urbem vehitur; in colliſtrigio ſpectaculo exponitur; flagellatur, litera K. fronte inuritur, mulctatur, & perpetuo carcere damnatur.

Comitiſſa Kellys fil. Norris obiit.

Excancellarius in arcem traditur, poſt biduum deliberatus.

Rex per Cheſſilherſt venatur ult. Maii.

Junii · · · D. Davenant ſurrogatur in locum Tonſoni ad Epiſcopatum Sarum, cui Rex præcepit, ne uxorem duceret.

Melburnus Menevenſis ad Carleolenſem ſedem tranſlatus.

Mountaigne Lincolnienſ. ad Londini Cathedram.

Williams Decanus Weſtmonaſterii ad Lincolniam nominatur, & Cuſtos ſigilli magni conſtituitur.

Anno 1621. Præfectus Coll. S. Joh. Cantabr. ad Menevenſ. ſedem transferendus, & Senhouſe in ejus locum.



Curlus ſurrogatur Tookero in Decanatu Leichfeldiæ.

16. Comes Southamptoniæ Decano Weſtmonaſterienſi in arctam cuſtodiam traditus.

Item Jo. Seldenus & Edwinus Sands Vicecomiti London. committuntur.

Poſtremo die termini poſt meridiem horâ tertia Franciſcus Michel Miles adducitur à Vicecomitibus London. ad Prætorium Weſtm. mox advenerunt Commiſſarii pro Officio Comitis Mareſcalli, viz. Cuſtos privati ſigilli, Dux Lenoxiæ, Marchio Buckinghamiæ, Comes Arundeliæ, & plures Barones ſpectatores. Coram his Franciſcus Michel ſiſtitur. Deinde ſententia Parlamenti in eum clarâ voce à Philpoto Proſecutore ad arma prælegitur; calcaria à ſervulis Equitis Mareſcalli diſſecantur & projiciuntur: inde gladio, qui argenteus erat, cum auratus eſſe deberet, diſcingitur, qui ſupra caput diffringitur & projicitur. Poſtremo pronunciatur eum non amplius eſſe Equitem auratum ſed nebulonem, ut olim Andreas de Harclâ, cum degradatus ab Antonio Lucy.

Garterus, Clarenceux, & Norroy Reges Armorum ſederunt ad pedes Commiſſariorum.

Th. Hariotus, Mathematicus inſignis, moritur: bona legavit Vicecomiti Inſulæ & Thomæ Ailsburio.

Dux Lenoxiæ ducit viduam Comitis Hertfordiæ.

Interfui electioni Weſtmon. 4 dies ibi manſi; die Jovis Cheſſilhurſtum redii.

Julii . . . Rex Edwardum Cook & Uxorem reconciliavit.

Eſſexius cum paucis in Hollandiam ſe recipit.

15. Joh. Williams Decanus Weſtm. factus eſt Cuſtos magni ſigilli, & preces veſpertinas audivit; Manwaringo prægeſtante ſigillum, & Suttono Atrienſi.

Epiſc. Bangor examinatur, & in le Flete datur; ſed paulo poſt liberatur.

Edw. Montague creatur Baro Montague de Boughton.

Fulco Grevil creatur Baro Brook, & Tho. Baro Darcy de Chich creatur Vicecomes Colceſtriæ ſibi & hæredibus Thomæ Savagii.

Anno 1621.

Julii 15. Henricus Baro Hunſdon creatur Vicecomes Rochford, Leonellus Cranfeld creatur Baro Cranfeld de Cranfeld in Com. Bedford. duxit filiam Jacobi Bret. Edicitur de Parlamentariis negotiis.

Comes Oxoniæ in cuſtodiam datus ob garrulitatem; item G. Leeds Miles, & Sutcliffus Decanus Exonienſis, & Chriſtoph Nevil Miles, & Briſæus Miniſter.

Marchio Hamiltonius legatur in Scotiam ad Parlamentum tenendum; & Vicecomes Doncaſtriæ ad Gallum extraordinarius Legatus.

Edw. Herbertus revocatur è Galliâ, quod Luinum Conſtabularium irreverentèr tractaſſet.

Edw. Sackvillus in ejus locum deſtinatur.

Georgius Mountaigne tranſlatus à ſede Lincolnienſi ad Londinenſem.

Swithini feſtum ſerenum, Aſellis & Præſepi Coſmicè exorientibus.

Boſſevillus redit in Galliam cum faſciculo ad Puteanum.

18. Comes Northumbriæ è cuſtodiâ, in quâ 15 annos integros conditus jacuiſſet, liberatur, tormentis majoribus effulminatis.

Comes Southamptoniæ eodem tempore liberatur. Item Edwinus Sands & J. Seldenus.

D. Wilſonus ceſſit pro pecuniâ numeratâ & annuo munere Scholarchia Weſtmonaſterii.

H. Spelman me inviſit.

Albertus Archidux Auſtriæ obiit Bruxellis A. ætat. 62. Dum Archiep. Cant. venatur in Bumhil Parke Baronis Zouch juxta Hertford Bridge, forte fortunâ cuſtodem arcubaliſtâ occidit. Quæritur, an hoc non ſpontaneo homicidio irregularitatem incurrerit aut ſuſpenſionem.

Bucquoius ille bellicoſus occiditur apud Newhewſel ab Hungaris, ex inſidiis interceptus.

Edictum ne de imperii arcanis Regum, Regnorum negotiis licentiosè loquantur.

Aug. 5. Halo circa ☉ h. 4. P. M. Gulielmus D. S. John, filius primogenitus Marchionis Winton. obiit.

Holms Præcentor Weſtm. obiit.

Baro Chandos ad aquas Spadanas obiit.

Anno 1621. *Aug.* 5. Dr. Hackwell Principi à ſacris ſcripſit tractatum contra nuptias cum Hiſpanâ, quem Principi, Rege inſcio, tradidit: unde Rex offenſior Th. Murraium Principi à ſecretis, Doctorem, ejus fratrem, & omnes conſcios in cuſtodiam dedit.

Comitiſſa Bedfordiæ rediit ex Hollandiâ, quo profecta fuit ad inviſendam Bohemiæ Reginam.

Guil. Cotton Epiſc. Exon. obiit.

Meredyth Decanus Bath. & Wellen. obiit.

Dum Rex per Baronem Digby intercedit apud Imperatorem & Hiſpanum, ut Bohemiæ Ex-Rex in avitum Palatinatûs honorem reſtitueretur, ipſe Ordinum ſigna ſecutus, contra eos militat; unde Rex offenſior illum increpat.

Guil. Du Vaire Procancellarius Franciæ & Epiſc. Lexovienſis obiit anno ætat. *64*.

Ult. *Aug.* Noct. ſanguinem coagulatum ſæpius eructavi.

Sept. · · · · Edw. Villiers miſſus in Germaniam ad Comitem Palatinum rediit ſub finem menſis.

Chaſma in Cœlo viſum.

Rediit ex Indiâ Orientali navis dicta Jacobus Magnus, pipere & pretioſis mercibus onuſta.

Geo. Chaworth mittitur ad Archi-ducissam, ad condolendum morti Alberti Archiducis.

Comes Arundeliæ factus abſolutè Comes Mareſcallus Angliæ cum annuâ penſione 2000 *l*.

Funus Georgii Boul Senatoris Londini.

Rob. Maunſell, Præfectus Claſſis Anglicæ contra Piratas Turcicos, ex Mediterraneo rediit, re nullâ præclarè geſtâ.

Fulco Grevil Baro Brook, factus à camerâ lecti Regis, cedit officio Cancellarii Scaccarii Ric. Weſtono.

· · · · Suckling factus regni Conſiliarius.

Octobr. Cottingtonus agens in Hiſpaniâ deſignatus Secretarius Principi loco Thomæ Murrey.

9. Cuſtos ſigilli adiit Prætorium Weſtm. ſine pompâ. Piratæ Algeriani deprædantur XXXV. plus minus Anglorum & Scotorum naves, in vindictam belli per Robertum Maunſell illati.

Fertur Polonum magnâ clade à Turcis affectum, filium ab illis captivum abductum.

15. Cauſâ auditâ, an Yorkus fuerit Heraldus, non eſſe probavit Noyus; contrà Whitfeldus capitalis Baro Scaccarii Yorko imprimis favit.

Octob. 15.

Octob. 15. Funus Guil. Reade Mil. Anno 1621.

Festo S. Lucæ Prætorium Westm. inundatur.

Baro Digbeius è Germaniâ redux, quid cum Imperatore egit, Regi & Consiliariis enunciat.

Parlamentum in finem hujus mensis edicitur.

Arsennius venit ab Ordinibus Unitis in Angliam de rebus Indiæ Orientalis.

Novembr. · · · · Archiep. Cant. declaratur à Delegatis, nec irregularitatem incurrisse, nec scandalum Ecclesiæ fecisse.

11. D. Williams Custos magni sigilli & Decanus Westm. consecratus Episc. Lincol. in Collegiatâ Ecclesiâ Sancti Petri; manus imposuerunt Londinensis, Wigorn. Elien. Oxon. Landavensis, à Rege speciali authoritate delegati.

Nov. 18. D. Davenant in Episcopum Sarum; Valentinus Cary in Episc. Exon. Guil. Laud in Episc. Menevensem consecrantur in Capellâ Palatii Episcopi Lond. Manus imposuerunt Londin. Wigorn. Oxon. Eliens. & Landavensis. Vicecomes Colcestriæ, Vicecomes Rochfordiæ, Baro Brook, Baro Montacutus, trabeati inter Barones trabeatos, in Cameram Parlamentariam introducuntur: & traditis Custodi sigilli diplomatibus, & mox ab eodem redditis, in suis sedibus collocantur.

Tumultuosiùs agitur in inferiori Consessu de incarceratione Edwini Sandes, donec Calvertus Secretarius protestaretur, eum incarceratum fuisse, non de causâ Parliamentariâ.

Gravis tempestas concitatur in inferiori Domo contra Recusantes, & decernitur, quod subsidia duplata, ut alienigenæ, solvant, quandoquidem se alienos à religione receptâ, & Papæ devotos præbuerunt.

Eodem die tertium subsidium conceditur.

Tristia ex Palatinatu nunciantur, scil. Heidelbergam esse expugnatam, Horatium Verum & Anglos profligatos esse; sed falsò.

22. Rex remittit omnem irregularitatem Archiep. Cantuariensi, si quam fortè incurrit.

Decemb. 4. Petrus Heymore & alter mittuntur ad Edwinum Sandys, sciscitatum, an ille de causis Parlamentariis in custodiam datus fuerit.

Subsidium concessum persolvendum Febr.

Anno 1621. *Decemb.* 4. Postridie Rex literis missis graviter increpat inferiorem Consessum, quod ad Edwinum Sands miserit: jubet, ne de Imperii arcanis sese immisceant; ne de nuptiis filii agitent; Hispano charissimo fratri ne obloquantur, &c. parumque abfuit, ne Consessus dissolveretur.

Ferdinandus filius & hæres Baronis Dudley obiit, filiolâ relictâ.

14. Consessus inferior quosdam è suis ad Regem mittit, deprecatum, quod in arcana Imperii se immerserint, de nuptiis Principis cum Hispanâ tractarent: rationes, cur hæc fecerint, edocent; mala ingruentia exponunt, & quæ remedia adhibenda, bellum Pontifici & Hispano indicendo, & Pontificios in Anglia severioribus legibus coercendo, Protestantesque foras majoribus auxiliis sublevando.

Yorkus & Sommersettus Heraldi sistuntur, ob verba contemptim effutita contra Comitem Marescallum coram Præside Concilii, Duce Lenoxiæ, Marchione Hamiltonio, Comite Wigorniæ, Barone Digbeio, & ipso Comite Marescallo; atque unanimi consensu Marescalliæ adjudicantur.

Brogravii ædes in Hertford. deflagrarunt.

21. Non benè convenit inter Regem & Consessum inferiorem; unde protestatione de tuendâ libertatê factâ, Parlamentum ad ..... Febr. prorogatur, & quodammodo dissolvitur.

Nocte subsequente plures ædes in Chancerylane fortuito incendio deflagrarunt, multis Archivis vi ignis absumptis.

Vigilia Nativitatis Christi Rex adiit preces vespertinas; & similiter ipso festo tam matutinas quàm vespertinas.

Rex jubet Wrightum inferioris Consessûs Clericum, ut Consiliariis traderet commentarios inferioris Consessus, ut Reipublicæ gravamina clariùs videret.

27. Rex suscipit filium Thesaurarii è sacrofonte; consponsores Marchio Buckinghamiæ & uxor: Cancellarius baptizavit.

Eodem die Edw. Cooke, ad arcem Londinensem mittitur; postridiè examinatur.

Robertus Cottonus & Tho. Wilsonus mittuntur ad excutienda scripta Edw. Coci.

Vigiliâ circumcisionis Rex non adiit preces vespertinas.

Anno 1622.

ANNO 1622.

Jan. 1. Die Circumcisionis Rex audit preces matutinas, descendit, offert, ascendit, reliquas preces audit.

Comes Wigorniæ gladium prægestavit.

Itidem in festo Epiphaniæ, quo concionem habuit Doct. Ratcliffus Ænei-Nasi Coll. Custos.

Tobias Matthæus accersitus in Angliam venit, ut ejus operâ Rex in nonnullis uteretur.

6. Parlamentum Edicto dissolvitur.

Rex cum Principe Theobaldenses ædes adiit: in itinere parum abfuit, quin submersus fuerit, equo excussus tertio à Theobalds lapide.

Dominus Sheldon, Juris Oxonii Professor Regius, me invisit.

Edictum pro indemnitate eorum, qui passi sunt damna, ex incendio in Chancery-Lane.

Marchio Buckinghamiæ, ejus uxor, & mater confirmantur ritè ab Episcopo Lond. quo die cum suis templum ingrederetur, & in chorum ascenderet, quidam facetè luserunt, quod malè luerunt.

Robertus Philips, qui tantoperè nuptiis cum Hispano adversatus, in arcem Lond. abditur. Item · · : · Mallory ex comitatu Eboracensi.

Somersettus Comes ex diutinâ in arce Lond. incarceratione liberatur, & jubetur, ut se contineat apud Vicecomitem Wallingfordiæ, & in circumviciniâ.

Edw. Cooke arguitur malâ fide egisse in causa Comitis Somersettiæ, reticendo quasdam confessiones veras, & falsas obtrudendo.

Tho. Howardus filius secundo genitus Tho. Comitis Suffolciæ creatur Vicecom. Andover, & Baro de Charleton, duxit filiam Gul. Cecilii filii junioris Baronis Burghley.

28. Comes Oxon. & Franciscus Steward emittuntur cum quibusdam navibus armatis ad intercipiendas naves Ordinum ex Indiâ Orientali reversas: sed illæ in Zelandiam evaserunt.

Franciscus Comes Berkshiriæ sub hoc tempus sibi mortem conscivit, filiâ relictâ innuptâ, & filio naturali, cui mille libras redituum legavit.

Anno 1622.


Rex edito libro rationes reddit, cur Parlamentum diſſolveret.

Febr. 2. Feſto Purificationis ſol reſplenduit.

Comes Oxon. ad Ordinum naves Indicas intercipiendas emiſſus, ſed illæ faventibus ventis evaſerunt.

Rex aucupatur apud Newmarket.

· : · · Hubbard filius Henrici Hubbard, Juſtitiarii ad communia placita, ducit in uxorem filiam ſecundam Comitis Bridgewater: duxerat ille prius filiam Comitis Leiceſtriæ.

20. Henricus Savillus Eques auratus, optimè meritus de Academiâ Oxon. & universâ Republicâ literariâ, ingens ſui deſiderium literariæ nationi reliquit, anno ætat. *69*. Sepultus Etonæ funere nocturno. Succeſſit Tho. Murray Scotus, & in Mertonenſi Collegio Brentus.

Antonius de Dominis Epiſc. Spalatenſis pertæſus beneficentiæ Regis ſe accingit ad iter Romam verſus, neſcio quâ ſpe convocandi generalis Concilii & rem Religionis componendi. Venit in Angliam Decembre *1616*.

Rainutius Dux 2. Parmæ obiit Martii · · · · reliquit filium ſurdum & mutum. Edw. fil. 2. ſucceſſurus eſt.

Ædes meas Siwardo elocavi pro reditu annuo 4. ſugar loaves ſive ſaccharatis Pyramidibus.

Balcanquall Scotus conſequitur ejus reſignatione Præfecturam Domûs Sabaudiæ: & Baro Digbeius ad Hiſpanicum iter ſe accingit.

Prodiit liber inſcriptus *Cancellaria Hiſpanica*.

Haſtiludium prorogatur, quia cœlum pluvioſum, in 7 dies.

Navis Hollandica ex Orientali India redux, capitur à Merwino Pro-Admirallo & Portero (Endymionis fratre) cum magnâ vi opum.

Richardus Weſtonus Cancellarius Scaccarii mittitur ad Archi-Duciſſam.

Comes Gundomarius cogitat de reditu in Hiſpaniam, & Vicecomes Doncaſtriæ accingit ſe itineri in Galliam.

Martii 30. Marchioniſſa Buckinghamiæ filiam primogenitam peperit: ſtatim morbillis correpta difficultèr evaſit.

Joh. Suckling factus eſt unus ex Principalibus Secretariis.

Vicecomes Doncaſtriæ in Galliam mittitur.

April. · · · · Vicecomes Swartzenburg venit Legatus ab Imper. Ferdinando.

April.

April · · · Comes Pembrochiæ deduxit illum à Gravesenda flumine secundo ad ædes Somersettanas. Anno 1622.

Regina Franciæ abortiit.

Eodem die nunciatur, Regem Bohemiæ cum pauculis ex Hollandiâ in Daniam transmisisse, ut novum bellorum incendium ibi excitaret, quod Regem nostrum malè habuit.

7. Winif à sacris Principi Carolo ejus gratiâ excidit, quia ineleganti declamatione assimilaverit Fredericum Ex-Regem Bohemiæ agno, & Spinolam lupo sanguinolento, quod Regem malè habuit.

8. Imperatoris Legatus ad Regem admittitur cum comitatu, die Dominico in superiori domo Parlamentariâ cum magna · · · · · congratulatione.

In hastiludio se exercet.

Iterum lautissimo prandio in domo Parlamentariâ excipitur, & Regi valedicit.

15. Swartzenburgius me magno honore dignatus est, cum per Ludovicum Leuknorum innotuissem, plura de scriptis meis loquendo & collaudando.

18. Swartzenburg oram solvit, & cum eo Richardus Westonus, Cancellarius Scaccarii; & in altera navi Archiepiscopus Spalatensis ad vomitum.

Comes Oxon. in arcem Lond. conjicitur ob verba temerè effutita in Regem nostrum & Hispanum.

Rumor percrebuit Ductores, quos Baro Vaulx misit in Flandriam, fuisse ab Hollandis interceptos, & in mare projectos. Milites, qui voluerunt Ordinibus militare, in Hollandiam esse missos, cæteros in Angliam fuisse expositos.

27. Marcus Antonius Columna, Gubernator Cameraci, venit ab Hispano Legatus, in locum Comitis Gondomari, qui me nominatim salutavit.

Maii · · · Rich. Weston, Cancellarius Scaccarii, proficiscitur Bruxellas, cujus filius furore correptus.

2. Natali meo, clarus inoffenso processit lumine Titan.

Guil. Beecher junior mittitur in Germaniam cum Barone Chichestrio & unà Hottomannus junior.

Foscarini, qui fuerat Legatus Reip. Venetæ in Angliâ, in carcere miserè strangulatur: & inter alia, quòd Comitissæ Arundeliæ quædam arcana impertiisset.

Anno 1622. *Maii.* 2. Quærebam frustra Dominum Thesaurarium in Aulâ, ab eo accersitus, quam ob causam nescio.

Tristia ex Palatinatu adferuntur, Tillium Bavarici exercitûs Ductorem & Gonsalvum Hispanum Mansfeldicos oppressisse, & castra diripuisse: interim Ordines Brabantiam latè persultant.

Olivarius St. John Hiberniæ Prorex in Angliam rediit.

Junii .... Soubize ex familiâ Rohanensi venit in Angliam profugus.

Soubize Archirebellis venit in Angliam ad opem implorandam contra Regem suum, qui tamen surdâ aure negligitur.

Prodiit Liber politus ad promovendum connubium inter Carolum Principem & Mariam Hispanam.

Vicecomes Grandison, & .... Conwaius in sanctius Concilium adsciti.

Baro Saius, etsi grandem pecuniam ad bellum in Palatinatu obtulerit, in custodiam tamen datur, quod vicinos suo cujuslibet arbitrio relinqueret.

Papa nullo modo consentire vult, uti etiam Delegati, ut matrimonium contrahatur inter Principem & Infantam.

Sancti Swithini dies perquam serenus.

Moricius Junior mihi & Johanni Doderegio multum negotii facessit de Præbenda de Ilfarcomb, Johanne Packero favente.

Magni tumultus Constantinopoli.

Trecenti Angli in Virginiâ à Barbaris trucidantur.

Fama est, Comitem Gondomarium reducem in Hispania in custodiam datum, quòd connubium tantoperè promoverit; necnon ex Italia scribitur, Infantam connubio conjungendam cum Duce Florentino.

Navis ex Orientali Indiâ rediit Londinum.

Aug. ... Comes Marescallus, dum prosilit è vehiculo, ab effrænibus equis raptatus, mortis periculum vix evasit.

Uxor Calverti Secretarii, mulier modestissima, moritur.

Doctor Perkin à supplicum libellis moritur.

Edictum de non invehendis mercibus exoticis non nisi Anglicis navigiis.

Septembr. ....

Octobr. ... Arthurus Chichester Baro Belfast ab Imperatore rediit.

Rolandus Searchfeild Episcopus Bristol. obiit.

Kevercher sedem ejus ambit.

Decembr.

Decembr. • • • Joh. Bennet Legum Doctor mulctatur 20000 l. ob corruptelas in Curiâ Prærogativæ, (ult. Novembr.) omni judicaturæ loco jam inde exclusus, atque ut injustè ablata restituat. Anno 1622.

Rex venit Westmonast. vigiliâ Natalis non adiit preces: ipso die sacrâ Synaxi communicavit.

Edictum, ut Nobiles domi manerent, & inter suos hospitalitatem exercerent sub gravi mulctâ.

Ultimo Dec. Arthurus Chichester Baro Belfastius in sanctius Angliæ Concilium juratus.

Anno 1623.

Januar. • • • Copingerus famulus Comitis Somersetti in turbas se conjecit, effutiendo quædam de Henrico Principe, quasi veneno sublatus fuisset. Anno 1623.

Rex Horatium Verum è Germania reducem tam gratantèr excepit, ut sui oblitus caput nudaverit.

Febr. • • • Vicecomes de Grandisono præficitur Curiæ Pupillorum, Thesaurario ægerrimè ferente.

Thamesis quater die naturali fluit & refluit, multis demirantibus.

Sol splenduît Mariâ purificante, frigus intensum subsequutum est, nive plurimâ & grandine.

6. Nuptiæ celebrantur inter Vicecomitem Magnæ Villæ, filium & hæredem, & • • • • Hillam agnatam Marchionis Buckinghamiæ in Whitehall.

Rumores increbrescunt, Spinolam Stadam intercepisse, & nuptias inter Carolum Principem & Infantam consummatas esse, Comite de Olivares proxenetâ; quia Digbeius noluit interesse Missæ, & illa sine Missâ celebrari noluit.

7. Obiit Tho. Cecilius Comes Exoniæ anno ætatis 80 plus minùs: successit Guliel. primo-genitus.

Carolus Princeps, Marchio Buckinghamiæ, & pauculi alii in Galliam trajiciunt.

Hen. Rich. Satellitum Præfectus creatur Baro Rich de Kensington, & missus in Hispaniam ad Carolum Principem.

Martii • • • D. Wright Rector Ecclesiæ Sunnengensis consecratur Episcop. Bristol. apud Lambeth.

April 10.

Anno 1623. *April.* 10. Festivi ignes passim per Urbem habiti ob prosperos Principis Caroli in Hispaniâ successus.

Tho. Murray Præfectus Ætonæ ex calculo dissectus moritur, nullà prole relictâ.

Rex Guil. Becherum designat successorem.

Maii 2. Mihi dies natalis. Clarus inoffenso splendebat lumine Titan: Ego Theologicis meditationibus totus vacavi.

Comes Ormundius, potissimus R. Angliæ in Hiberniâ subditus, obiit.

Theobaldus, Vicecomes Tully creatus, duxit filiam & hæredem Comitis Ormundiæ. Illa renupsit Tho. Somersetto Equiti aurato, filio juniori Comitis Wigorniæ.

Elisabetha relicta Moili Finch Militis & Baronetti, filia & hæres unica Thomæ Heneage, creatur Vicecomitissa Finch de Maydstone in Cantio sibi & hæredibus masculis.

Marchio Sancti Germani Hispanicus Legatus Ordinarius & Rex jurant in quosdam articulos, quos Calvert Secretarius Latinè prælegerat.

Festo translationis S. Swithini sub noctu pluit.

Eodem die tres plumæ, insignia Principis Walliæ, fulgetro dejiciuntur, quod in malum omen à nonnullis arreptum: sed Deus avertat.

Comes Bathoniæ obiit.

Aug. 18. Dum in cathedrâ cogitabundus sedebam, nec pes nec manus officium suum facerent, in pavimentum decidi, sine læsione tamen, & mox resurrexi.

Corolo Principi ex Hispaniâ reduci Anglia ubique festivis ignibus congratulatur.

Ex occasu domûs Scenicæ apud Black-Fryers Londini 81 personæ spectabiles necantur.

A D-

ADDENDA.

Jan. 4. SIR *Tho. Parry* had Audience concerning the Duke of *Bouillon.* 1603.

The *French* Ambassador complains of depredations.

Commission about the same to Sir *Tho. Parry*.

Octob. 16. *Bufalo* the Cardinal, and P. Nuncio in *Fr.* deliver'd certain Articles to Sir *Tho. Parry*, promising much to the King; yea, whatever he should think fit, to preserve his state from any trouble or attempt of the Catholicks. A Project then, that some of the quietest sort of Priests should be made Governors of those Seminaries at the King's nomination.

The Pope seem'd to be jealous of the K. power and people united.

The 4th advertised that *Pere Cotton*, coming to the President *Thou*, fell into discourse of Sir *Ant. Standen*, and the affairs of *England*, affirm'd, that there was no hope of the K. He was obstinate; but for the Q. they were assur'd she wish'd better to the Catholicks than the Protestants. That She did ever separate her self from them, she being a *Lutheran*.

Martii 5. Jacobus Hay Miles venit Lutetiam Legatus ex Angliâ.

June. A copy of the Nuncio's receipt of Reliques.

Octob. Card. *Bufalo*, Nuncio in *Fr.* departed toward *Rome*.

Decemb. *Barbarini Clerico de Camera*, a *Florentine*, succeeded.

The Constable of *Castil* was appointed to plot 5 main Points: 1. To gain some Favourite in the Court. 2. To place some mask'd Catholicks about the Prince. 3. To withdraw the privy maintenance and relief of the disunited Priests, till they were regain'd. 4. To make overture for correspondency and intelligence with the principal Heads of the Catholick Faction, and to draw in the Malecontents to the Ligue. Lastly, to spare no promises for confirming all their hopes.

Decemb.

1604. *Decemb.* The Duke of *Lenox* in *France.*

The *French* King complains to him of the *English* Ambassadour at *Venice*, for injurious speeches against him.

The Lord *Theophilus Howard* in *France.*

Tho. Morgan in great danger, for intermedling with the Count of *Auverne.*

The Marquiss *Vernueil* committed.

The Lord Admiral prepareth for *Spain* in *March*, for a confirmation of the Treaty.

Exceptions against *English* cloth.

The Duke of *Bouillon* labour'd to be declar'd Prince of the Empire.

A Son born to the Count of *Soissons.*

Cardinal of *Bufalo*, the Pope's Nuncio, in *France.*

Parsons laboureth for an excommunication against the King at *Rome.*

Sir *Tho. Parry*, in *June*, continueth in *France.*

Arrest of *English* Cloth at *Rome*, in *Novemb.*

Spinola in his passage through *France* conferreth with the King.

Duke of *Bouillon* excuseth himself of imputations made to the King of *England* by the *French* King.

Martii 11. Duke of *Lenox* came into *France* Ambassadour; had ac-
1605. cess to the K. *Martii* 18. mediated for his Cousin the Marquess *Vernueil.* After his departure, the King sent him a Bever hat, with diamonds and stones valued at 4000 *l.*

May, *Petro de Medices*, Brother to the Grand Duke of *Florence*, died in *Spain.*

July, Complaint against *Peter Matthew*'s Story.

The Earl of *Hume* and the Earl of *Arundell* permitted to carry Troops to the Arch-Dukes aid.

Amphitheatrum honoris prohibited at *Paris.*

Questions propos'd to a possessed Woman, about the King and the State, by Father *Cotton.*

June, *Spaniards* at *Dover.*

Sept. Sir *George Carew* appointed Ambassadour for *France.*

Memorabilia hæc sequentia (in Cod. MS. Annalium Jacobi I. Regis Angliæ, &c.) de seipso propriâ manu exarata reliquit V. Clariss. Guliel. Camdenus.

An. 1551. NAtus 2. Maii.
1563. Peste correptus Islingtoniæ.
1666. Oxoniam missus.
1571. Oxoniâ redii.
1575. Westmonasterium veni.
1581. Cum Barnabâ Brissonio amicitia.
1582. Iter Eboracense per Suffolciam, & reditus per Lancastriam Aprili.
1586. Britanniam edidi.
1589. Ilfarcomb Junio.
1590. Iter in Walliam cum D. Godwino.
1592. Febris quartana 26 Octobr. occupavit, sæpius purgavi, sanguine misso, uvula decidit.
1593. Scholæ Præpositus Martio.
1594. Febre liberatus Junio.
1596. Iter ad Sarum & Wells Julio. Redii per Oxon.
1597. Gravissimè ægrotavi, & ad Cuthb. Lini ædes me recepi; cujus uxoris curâ convalui.
Grammaticam Græcam edidi.
Creatus Richmond 22 Octob. & Clarenceux 23.
1600. Iter ad Carleolum cum Roberto Cottono æstate, domum redii Decemb.
1601. Febricitavi, sed convalui, curante Heathero.
1603. Conningtoniæ, peste Londini grassante, egi, usque ad natalem Christi.
1605. Λείψανα prodierunt primum.
1606. Primæ literæ ad Thuanum per Dominum Insulanum.
1607. Equo decidi 7. Sept. tibiâ læsus: domi decubui ad quartum Julii, quo profectus sum ad funus J. Fortescue Mil.
1608. Annales digerere cœpi.
1609. Morbo gravissimo correptus 2. die Maii, natali meo: sanguis semel atque iterum missus; & peste in proximis ædibus grassante translatus ad ædes Heatheri, curante D. Gifford,

convalui, xv die Augusti ad Chiselhurst primùm me contuli, & mansi ad xxviii Octobris.

1619. 8. Febr. Sanguinem tussiendo toto die & sequenti eructavi: bis animus deliquit; necessarium visum D. Giffordo sanguinem mittere ad 7 uncias. Ultimo Augusti, sæpius noctu sanguinem coagulatum eructavi, & alvo fui laxiore.

1622. 7. Junii gravissimè totâ noctè ægrotavi, & totam noctem insomnis duxi.

Ipso die Solstitiali æstivo, totâ die graviter ex hypocondriaco flatu laboravi, nocte tamen utcunque quievi.

Com-

Commentarius de Etymologiâ, Antiquitate, & Officio Comitis Marescalli *Angliæ per G. Camdenum.*

SUch is the uncertainty of Etymologies, that Arguments drawn from them are of least force, and therefore called by an ancient *Grecian*, μάρτυρα ἀλάζονα, as Proofs only, which do nothing but set a good face on the matter. Neverthelefs, when as *Plato* will have them admitted, if there be a consonancy and correspondence between the name and the thing named, we will produce three Etymologies of this word *Marshall*, wherein the name is or hath been answerable to the Office in some part or other in signification. For the word *Marescallus* is used for a Principal Officer in the Court, in the Camp for a Ferrar, and an Harbinger. The *Germans*, from whom the word was first borrowed, called him *Marescalk*; the *Latins* mollifying the same, *Marescallus*; the office, *Marescalcia*: The *French*, *Mareseaux*; and we *Marshall*. All deduced from the *German Marescalk*; which according to the received opinion is compounded of *Mare*, or *mark*, which do both, say they, signify an Horse; and *Scalk*, which doth not signify skilful, as some will, but an Officer, Servant, or Attendant: So *Godschalck* is interpreted *God's servant*; and in the old *German nunc dimittas servum*, this word *Servus* is translated *Scalk*. So that joyntly the word notifieth an Officer and Attendant about Horses. This Etymology is confirmed first, *ex legibus Allamannorum, si quis Marescallus, qui* 12 *equis praeest, occidit*, 4. *solidis componat.* Then out of *Choniates*, who writing the life of *Baldwin*, Emperor of *Constantinople*, saith, that this word *Marescaldos* noteth him, whom the *Græcians* called πρωτοστάτωρ, which according to the name, doth signify him, which marcheth foremost before the Army. To maintain this Etymology, they say, it may not seem strange, that so high an Office as it is now, should be derived from horses; when as all preferment in ancient time, as one saith, had the first rise from the Stable; and such as were there brought up, proved most serviceable Horsemen; and many other names, which time hath advanced to high dignity,

had very mean and ſmall originals. But this Etymology lieth open to ſome objections, as that the Marſhals now have no command over the Horſes or Stable; but certain it is, that in divers offices, albeit the functions are altered, the name remaineth. And as *Varro* writeth, *Equiſo* among the *Latines* doth not only ſignify Maſter and Ruler of the Horſes, but alſo of all other things committed to his charge; ſo accordingly it is to be ſuppoſed, this word *Marſhall*, not only to ſignify an Officer of Horſes, but alſo of other Civil and Military matters appropriated to his function. It is ſaid alſo, that *Mare* doth not ſignify an Horſe in the *German* Tongue, but as in ours, that which is more ignoble in that kind, and that names are to be impoſed *à potiori*. And albeit it is moſt certain out of *Pauſanias*, that *Mare* ſignified an Horſe to the old *Gauls*, as it doth ſtill to our *Britains* their deſcendants; yet they ſay it is unfitting to compound one word of two different Languages. But *Quintilian* ſheweth the contrary in *Epirhedium*, *Anti-cato*, *Biclinium*, *Epitogium*, being compounded of *Greek*, *Latin*, and other Tongues; and to this Etymology do they incline, which will have the Marſhal to be called in *Latine*, *Magiſter Equitum*, rather than *Tribunus Militum*.

There is alſo another deduction of *Marſhall* from *Maer*, the *Latin* word *Major*, and *Sala*, which ſignifieth a Kings-Court in the *High-Dutch*; for that they were *Magiſtri domûs*, and principal Officers for ordering the Court.

There is a third derivation of this name from *Marke*, as it ſignifieth a *Marche*, *bound*, or *limit*, and *Scalck*, which is *Miniſter*, as we ſaid before. From *Mark* in this ſenſe we have *Marchio*, for a Lord Marcher, and *Mark-grave* in the very ſame ſenſe: and therefore he relieth upon this opinion, which calleth the *Marſhall* in *Latine*, *Prætor comitatus Auguſtalis*, as being the civil Judge within the limits of the Court, which we call now the *Verge*; for that the *Verge* or Rod of the Marſhall's Authority ſtretcheth ſo far: and they alſo, which have the Marſhall called in *Latine*, *Deſignator caſtrorum*: for it was incident to his office to be as it were an Harbinger, and to appoint limits and lodgings both in war and peace. Of theſe Etymologies happily one may be true, happily none.

When this word entred firſt into *England*, I cannot reſolve. I do not find that our *Saxons* uſed it, or any other name equivalent unto it, unleſs it was *Stal-here*, which ſignifieth Maſter of the Stable; but that may ſeem rather anſwerable to the name of Conſtable; yet

Eſgar,

Esgar, who was *Stal-here* to King *Edward* the Confessor, writeth himself in a donation to *Waltham*, *Regiæ Procurator aulæ*; whereas *William Fitz-Osborne*, in the Chronicles of *Normandy*, is called the *Marshall.* I believe that *William Tailleur* the Author spake according to the time he lived in, and not according to the time he wrote of. *Fauchet*, a learned man in the *French* Antiquities, saith, the name of *Marshall* was first heard about the time of *Lewis le Grosse*, who was in time equal to our King *Henry* the first, and *Stephen* of *England*, and from thence doubtless we borrowed that name as many other. The first Author that used the word in *England*, was *Petrus Blesensis*, Chancellor, as he was then called, but indeed Secretary to King *Henry* the second of *England*, who used this word *Marescallus* for an Harbinger, in these words, complaining of them, *Epistolâ* 14. *Vidi plurimos, qui Marescallis manum porrexerunt liberalem, hi dum hospitium post longi fatigationem itineris cum plurimo labore quæsiissent, cum adhuc essent eorum epulæ semicrudæ, aut cum jam fortè sederent in mensâ, quandoque etiam cum jam dormirent in stratis, Marescalli supervenientes in superbiâ & abusione abscissis equorum capistris ejectisque foras sine delectu & non sine jactura sarcinalis, eos ab hospitiis turpitèr expellebant.*

The first mention, that I find of a Marshall in record, is in the red book of the Exchequer, written in the time of *Henry* the second, which hath reference unto the time of King *Henry* the first: *Regis avus*, that is, *Henry* the first, *feoffavit Wiganum Marescallum suum de tenementis, quæ de eo tenuit per servitium Marescalciæ suæ, & Rex reddidit ea Radulpho filio Wigani, tanquam Marescallo suo.* What *Marshall* this was, I cannot determine. The second mention of *Marshall* is in the first of King *John*, and hath also a reference to the time of King *Henry* the first, in this Charter, where King *John* confirmeth the Office of *Marshall* unto *William Marshall* Earl of *Pembroke*, in these words: *Johannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos concessisse, & præsenti nostrâ carta confirmasse dilecto & fideli nostro Willielmo Marescallo Com. de Pembroco & hæredibus suis Magistratum Marescalciæ curiæ nostræ, quem Magistratum Gilbertus Marescallus Henrici Regis avi Patris nostri & Johannes filius ipsius Gilberti disrationaverunt coram prædicto Rege Henrico in Curiâ suâ contra Robertum de Venoiz, & contra Willielmum de Hastings, qui ipsum magistratum calumniabantur; & hoc judicio, quia defecerunt se à recto, ad diem, quem eis constituerat prædictus Rex Henricus in Curiâ suâ, sicut carta ipsius Regis, quam vidimus, testatur.*

Here

Here is to be noted out of these authentical Records, That there were Marshalls in the time of King *Henry* the first, answerable in time to the first Marshalls of *France*, that there were more Marshals than one; and that *William Marshall*, Earl of *Pembroke*, had only *Magistratm Marescalciæ Curiæ*, that is, *Marshall of the King's house:* which Office was so long invested in that family, that it gave them a sirname; as also to other Families, which have been *Marshals* in great Houses. And lastly, that it was given to *William Marshall* and his Heirs, and so it was challenged by them as hereditary. Nevertheless it is certain, that the next succeeding King *Henry* the third took away that Office from *Richard Marshall*, the Son of the said *William*; for among the grievances of the said *Richard* he complained, was, as appeareth in the History of *Thomas Rudborne*, that the King, in these terms, *spoliavit me officio Marescalciæ, quod hæreditariò ad me pertinet & possedi, nec aliquo ad illud me restituere voluit requisitus.* Happily upon this ground, which *Rigordus* the *French* Historian writeth in this age of the Marshalship of *France*, *Hæreditaria successio in talibus officiis locum non habet.* And after he was dead, and his Brethren, his five Sisters and Coheirs, which, as appeareth by the partition, had every one a Thousand five hundred and twenty pounds yearly rent, began to contend about the Office of the *Marshalship*, and the Mannor of *Hamsted-Marshall* in the County of *Berkshire*, belonging to the same; but *Roger Bigod*, Son of the eldest Daughter, with great difficulty obtained the same. For as *Matthew Paris* writeth 1246. *Multiplicatis intercessionibus concessa est Marescalcia cum officio & honore Comiti Rogero Bigod ratione Comitissæ filiæ Comitis magni Willielmi Marescalli primogenitæ, matris suæ.* His Nephew, *Roger Bigod*, Earl of *Norfolk*, was enforced to surrender to King *Edward* the first this Office, with all his inheritance in *England*, *Ireland*, and *Wales*, for certain insolencies against the King: and this *Roger*, or his Unkle *Roger*, was he, which first stiled himself, as pride is highest, when downfall is nearest, *Marescallus Angliæ*; whereas all his Predecessors used no other stiles than the simple addition of *Marescallus*, as *Gulielmus*, *Richardus*, *Gilbertus Marescallus*, *Comes Pembrociæ*. And no doubt, but as the greatness of *William Marshall* the elder, called the *great Earl*, which he had gotten in the minority of King *Henry* the third, gave the first greatness to this Office; so there was a far greater access of Dignity thereunto, when King *Edward* the second granted

to

to *Thomas* of *Brotherton*, his half Brother, a Prince of the Blood, the lands of *Bigod*, and ſhortly after the Office of *Marſhalſhip* with the rights thereunto belonging, and performing the ſervice accordingly. After the death of *Thomas* of *Brotherton*, we find *William Montacute*, Earl of *Sarum*, *Thomas Beauchamp* Earl of *Warwick*, *Henry* Lord *Piercy*, *John Fitz-Alane* Lord *Matravers*, *Thomas Holland* Earl of *Kent*, and then *Thomas Mowbray*, right Heir unto *Brotherton*, had the Office of the *Marſhall* of *England*, with the Name, Stile, Title, State, and Honour granted unto him in the 20th year of King *Richard* the ſecond, *de aſſenſu Parliamenti ſibi & hæredibus ſuis maſculis de corpore.* Yet neverthelefs, the next year after, he being baniſhed, it was granted to *Thomas Holland* Duke of *Surrey*, as amply as it was to him; that he might as well bear in the preſence and abſence of the King a Rod of Gold enamelled at both ends, with the King's Arms in the upper end, and his own in the lower end. Afterwards, according to the alteration of times, ſometime to the *Mowbrays*, and the *Howards*, deſcended from them; ſometime others, by interruptions upon ſundry occaſions, enjoyed the ſame dignity.

What belonged to that Office anciently, I have read nothing, but that at a coronation of King *Richard* the firſt, *William Marſhall*, Earl of *Pembroke*, carried the Royal Scepter, which had the Croſs on the top; and at the coronation of Queen *Eleanor*, Wife to King *Henry* the third, the Marſhall carried a Rod before the King, made way both in Church and Court; and ordered the Feaſt, as *Matthew Paris* writeth. There is a Treatiſe, carried about the Office of the *Earl Marſhall* in the time of King *Henry* the ſecond, and another of the time of *Thomas* of *Brotherton*; where I find confuſedly what belonged to them in Court and Camp, as in Court, that at the coronation the *Marſhall* ſhould have the King's horſe and harneſs, and the Queens palfrey; that he ſhould hold the crown at the coronation; that he ſhould have upon high Feaſts, as the high Uſher, the table-cloths and cloth of ſtate for that day; that he keep the Hall in quiet; that he ſhould bring offenders within the Verge before the high Steward; that he ſhould aſſign lodgings, and when the King paſſed the ſea, each man to his ſhip; that he ſhould have for his livery three winter robes at *Chriſtmas*, and three ſummer robes at *Whitſuntide*; that he ſhould allow but twelve common women to follow the Court, (in which ſervice, I ſuppoſe, he had

had *Hamo de Gaytou* his ſubſtitute, which was called *Mareſcallus meretricum* ; by which ſervice he held the Mannor of *Cateſhall* in the County of *Surrey*); that he ſhould have a Deputy in the *Kings-Bench*; that he ſhould keep Vagabonds from the Court. In Camp, that he ſhould lead the forward; that the Conſtable, with him, ſhould hold Courts in Camp; that he ſhould have certain ſpecial forfeitures, as armour and weapons of Priſoners; to appoint lodgings; to be abroad till all be lodged; to have fees of armourers and Victuallers of the Camp; to have all the armour and whole cloth of Towns taken by compoſition; to have ranſome of Priſoners eſcaped, if they be taken again; with many ſuch like too long here to be ſpecified: and in peace and war the *Marſhall* ſhould execute the Conſtables commandments in Arreſts and Attachments; and that appeareth by the Proceſs between *Grey* and *Haſtings*. In the ſecond ſtatute of *Weſtminſter*, held 13 of *Edward* the firſt, when many grievances of the *Marſhall* were complained of, it was ordained in theſe words, *Mareſcallus de quolibet Comite & Barone integram Baroniam tenente, de uno palfrido ſit contentus, vel de pretio, quale antiquitus percipere conſuevit, ita quod ſi ad homagium, quod fecit, palfridum vel pretium in formâ prædictâ ceperit, ad militiam ſuam nihil capiat. Et ſi fortè ad homagium nihil ceperit, ad militiam ſuam capiat. De Abbatibus & Prioribus integram Baroniam tenentibus, cum homagium aut fidelitatem pro Baroniis ſuis fecerunt, capiat palfridum vel pretium, ut prædictum eſt. Hoc idem de Archiepiſcopis & Epiſcopis obſervandum eſt. De his autem, qui partem Baroniæ tenent, ſive ſint Religioſi, ſive Seculares, capiat ſecundum portionem partis Baroniæ, quam tenent. De Religioſis tenentibus in liberam elymoſynam, & non per Baroniam vel partem, nihil de cætero exigat Mareſcallus.* And about that time were ſet down all the droites belonging to the *Earl Marſhall* in a Roll, which was laid up in the Wardrobe; but that vaniſhed ſhortly after. For as it appeareth by Record, in the 18th of *Edward* the 3d, the King directed a Brief to the Barons of the *Exchequer*, of the fees, and all things elſe belonging to the Office of *Earl Marſhall*; and they returned in their Certificate, annexed to the Brief, nothing but certain petty allowances of money, wine, candles for the *Marſhall* and *Magiſter Mareſcallus*, and for the *four Marſhalls* for every day, *qua faciant herbergeriam.* And out of the red book of the *Exchequer*, they certify in theſe words: *De officio Mareſcalciæ ſervivit Gilbertus Mareſcal, Comes de Strigal, cujus eſt officium tumultus ſedare in domo Regis, liberationes*

rationes

rationes hospitiorum facere, ostia aulæ Regis custodire. Accipit autem de quolibet Barone facto Milite à Rege & quolibet Comite eâ die palfredum cum sellâ. And by an inquisition taken about the 11th of *Henry* V. it appeareth, that there belongeth to the *Earls Marshalls* disposing the Office of the *Marshall* in the *King's Bench*, the *Marshall* of the *Exchequer*, with the Office of the Cryer before the Marshall, and the *Marshalls* of the Hall of the King's-House, and some other such places. But the greatest encrease of the Authority of this Office hath been, since there were no Constables: for the Kings since that time have referred many matters to them, which in former times were proper to the Constable. Neither had the Marshall any precedency in respect of his place, until King *Henry* the Eighth, in the 31st year of his Reign, by Parliament assigned him place next to the Lord Constable, and before the Lord Admiral.

William Camden.

De origine & dignitate Comitis Marescalli Angliæ, per GULIELMUM CAMDENUM *Clarentium.*

SOme learned men, which have discoursed of offices and magistracies in respect of some conveniencies in military matters, have thought the office of Marshall in our age, to be answerable to that of the *Tribuni militum* in the ancient *Roman* state; and of the Protostrator in the late state of *Greek* or *Eastern* Empire. But this name of Marshall now in use, which in process of time hath ascended unto so high a dignity, began at such time, as the *Goths*, *Vandals*, *Franks*, and other *Northern* people overflowed *Europe*, who settling themselves in the provinces of the *Romans*, liking well their policy and government, began not only to imitate the same, but also to translate their titles of civil and military dignities into their own tongues; so they translated, retaining the signification, *Limitanei Duces* into *Marche-graffes*, *Scutati* into *Shield-Knights*, *Præfectus Palatii* into *Seneschalk*, *Comes Stabuli* into *Mar-staller*, *Minister Dei* into *Godsschalke*, *Præfectus Equitum* into *Marschalk*. For all they, who have lately traced out Etymologies, do consent, that as *Mar* and *Mark* signify a horse; so *Schalk* signifieth a ruler, an officer, or Provost.

voſt. But the *French* mollified this harſh concurrence of conſonants, and have made of *Seneſchalk*, *Marſchalk*, &c. *Seneſchal* and *Marſhall*. This name (albeit happily the office might be) was not in uſe in this realm in the *Saxon* government, only they had their *Staller*, which by ſignification and authority of Hiſtorians, doth ſeem to be all one with the *Conſtable*. But as this name came out of *Germany* with the *Franks* into *France*; ſo out of *France*, firſt arrived here with the *Normans*: and *Roger de Montgomery*, which was Marſhall of the *Norman* army at the Conqueſt, is accounted the firſt Marſhall of *England*. For ſome years after there is in Hiſtories no mention of this office, until in the confuſion under K. *Stephen*, when as *Maud Fitz* Empreſs, for ſtrengthning of her part, made *Milo* Earl of *Hereford* and Conſtable of *England*; ſo he, for aſſuring his faction, made *Gilbert Clare* Earl of *Pembroke* and Marſhall of *England*, with the ſtate of inheritance, who in reſpect of his uſual habitation at *Stryghall*, was commonly called Earl of *Stryghall*; in which office his Son *Richard*, ſirnamed *Strongbow*, ſucceeded, who firſt opened the way to the *Engliſh* for the conqueſt of *Ireland*, by whoſe only daughter and heir, it deſcended to *William Marſhall*, who had by her five ſons, which died all without iſſue; and five daughters, the eldeſt of them named *Maud*, to whom, in the partition, was aſſigned the office of Marſhall of *England*, with the Mannor of *Hempſted-Marſhall*, which, as it is in old records, the Marſhals held in *Mareſcaugiâ, & per virgam Mareſchalliæ*.

This *Maud* was married to *Hugh Bigot* Earl of *Norfolke*, whoſe ſon *Roger*, in right of his mother, was Marſhall of *England*; and after him *Roger Bigot*, his nephew by the Brother, who incurring the diſpleaſure of K. *Edward* the firſt, by denying to ſerve him in *Guienne*, practiſing to hinder the King's expedition into *Flanders*, and diſſuading the Commons to pay ſubſidies impoſed by Parliament in that reſpect, for recovery of the King's favour, ſurrendred up to the King for ever both his Earldom of *Norfolk*, and Office of Marſhall of *England*; which K. *Edward* the ſecond granted to his Brother *Thomas* of *Brotherton*, from whom it came inheritably to *Thomas Mowbray* Earl of *Nottingham*, whom K. *Richard* the ſecond created Earl Marſhal of *England*; whereas in former time they were ſtiled only Marſhals of *England*: and ſo from the *Mowbrayes* to *Howards* late Dukes of *Norfolk*; yet this office hath not ſo deſcended without interruption in the aforeſaid families, but that upon disfavours

vours and attainders, it hath been oftentimes conferred upon others, as appeareth by this Catalogue of them, wherein they are ſet down ſucceſſively.

The Marſhalls of England.

Roger de Montgomery, Earl of *Shrewsbury.*
Walter Giffard, Earl of *Buckingham.*
Robert Fitz-Ede, baſe ſon of K. *Henry* the firſt.
Gilbert de Clare, Earl of *Pembroke.*
Richard his ſon, Earl of *Pembroke.*
William Marſhal the elder, Earl of *Pembroke.*
William his Son, Earl of *Pembroke.*
Richard his Brother, Earl of *Pembroke.*
Gilbert his Brother, Earl of *Pembroke.*
Walter his Brother, Earl of *Pembroke.*
Anſelme his Brother, Earl of *Pembroke.*
Roger Bigot, Earl of *Norfolk.*
Roger, his Brother's Son, Earl of *Norfolk.*
Roger Lord *Clifford.*
Nicolas Lord *Segrave.*
Thomas Brotherton, Son to K. *Edward* the firſt, Earl of *Norfolk.*
William Montacute, Earl of *Sarisbury.*
Thomas Beauchamp the elder, Earl of *Warwick.*
Edmund Mortimer, Earl of *March.*
Henry Lord *Percye.*
John Fitz-Alan, Lord *Maltravers.*
Thomas Holland Earl of *Kent*, half Brother to K. *Richard* 2.
Thomas Mowbray, Earl of *Nottingham.*
Thomas Holland, Duke of *Surrey.*
John Montacute, Earl of *Sarisbury.*
Ralph Nevill, Earl of *Weſtmoreland.*
Thomas Mowbray, Earl of *Nottingham.*
John his Brother, Duke of *Norfolk.*
John Holland, Earl of *Huntingdon.*
John Mowbray, Duke of *Norfolk.*
John Mowbray his Son, Duke of *Norfolk.*
Richard, ſon of K. *Edward* 4. Duke of *York* and *Norfolk.*

Thomas Grey Knight.
John Howard, Duke of *Norfolk.*
William Marquiſs *Berkley*, and Earl of *Nottingham.*
Henry Duke of *York* , ſon to K. *Henry* the 7th.
Thomas Howard, Earl of *Surrey*, afterwards Duke of *Norfolk.*
Charles Brandon, Duke of *Suffolk.*
Thomas Howard, Duke of *Norfolk.*
Edward Seymour, Duke of *Somerſet.*
John Dudley, Duke of *Northumberland.*
Thomas Howard, Duke of *Norfolk*, reſtored.
Thomas Howard his Nephew, late Duke of *Norfolk.*
George Talbot, Earl of *Shrewsbury.*
Robert Devreux, Earl of *Eſſex*, deſcended from *Eva de Breoſa*, daughter and co-heir of *William Marſhall*, Earl of *Pembroke*, by the *Bohunes*, Earls of *Hereford* and *Eſſex*, and from *Ralph Bigot*, brother unto *Roger Bigot*, Marſhall, by *Lacy*, *Verdon*, and *Crophul.*

In

In Doctiss. Viri ROGERI ASCHAMI *laudem Sylva.*

MArmore de Pario ſtatuas ſi ponere poſſem,
Pingere vel vultus, vivoq; polire colore:
Ducere ſi poſſem referentes ære figuras,
Carmine vel dignos memori committere famæ,
Sive viros meritos cœlo ſtelliſque beare,
Aſchamum ſtatuæ, color, æs, carmenque referrent:
Staret & in cœlo radiantibus inclytus aſtris,
Quà draco Junonis ſublimes dividit Arctos,
Aut ubi cum Jovio, lyra volvitur Orphica, cygno.
Sola ſed in cœlum divina potentia tollit,
Et mea non docilis manus eſt, heu ſcribere doctè
Nulla poteſt, cælare nequit, depingere neſcit.
Invidet ingenium Cyllenius, invidet artes,
Sola valet, quæ cuncta velit, propenſa voluntas,
Hæc cupit Aſchamum famâ celebrare perenni,
Cumque nequit, luget, ſtupet, admiratur, & eccè
Non benè deductum parit admiratio carmen.
Carmen at in tanti laudes timet ire magiſtri,
Qui ſolus veteres æquat, ſuperatq; futuros,
Solus & eripuit laudem præſentibus omnem.
De patria laus nulla ſibi, de ſtemmate nulla
Quæritur, & patria eſt regio celebrata Brigantum,
Et genus antiquo proavorum ſtemmate ducit.
Ille ſed ingenio nomen quæſivit, & arte,
Quo genus & patriam celebrat, celebratur ut ille.
Auſpicibus diis natus erat, Junone favente,
Ingeniique dator ſupera Cyllenius arce
Naſcenti affulſit, dedit ingeniumq; facetum,
Quod dii ſuſpiciunt, homines mirantur, & unde
Ni Jove nata foret, velit ipſa Minerva renaſci.

Nec

Nec levis ingenium varias coluisse per artes
Cura fuit, studiis melioribus abdidit ipsum,
Evolvit veteres, doctum Ciceronis in ævum
Se retulit, secum placidè Romana venustas
Cecropiusq; lepor secum sunt sæpe loquuta,
Jura Deûm, moresq; virûm percalluit omnes,
Spectaris terras, tenuit terrestria quæque,
Spectaris cœlum, cœlestia singula novit,
Omnia sic novit, rectéque est omnibus usus.
Præstitit eloquii facundi divite vena,
Larga sibi fandi, scribendi gratia larga:
Invidiam superat scriptis, hoc nemo repertus
Materiem vel nosse prior, vel scribere major.
Perlege quæ scripsit monimenta, revise libellos,
Quàm benè rem sermo digesserit ordine verbis,
Hic facilis, simplex, & illa faceta, diserta.
Quique suos laudant, & laudent, non ego dignis
Laudibus invideo, sed non viburna cupressum,
Non cedrum coryli, non æquat Cynthia solem;
Attollit magnum Batavus vicinus Erasmum,
Belgica Longolium loquitur, deplorat ademptum,
Sturmius est doctis Germanis, Tullius alter,
Deliciæ Venetum Venetos Manutius ornat.
Præsulis Osorii vim Lusitania laudat,
Roma Sadoletum jactat, Bembóque triumphat,
Gallia clara suum prætendit ubique Bunellum,
Aschamum jactet, celebrétque Britannia nostrum,
Hic est Mercurius, Suadæque medulla Britannis.
Hos superet dicam? dubio mens fluctuat æstu,
Quod ratio proferre velit, reverentia celat:
Hoc saltem dicam, si non supereminet omnes
Viribus eloquii, tamen omnes unus adæquat:
Dumque sit eloquii Ciceroni laurea prima,
Fas erit Aschamo palmam deferre secundam.
Sedulitas solers, solertia sedula mentis
Hoc coeunt, junctimque viget prudentia docta.
Reddidit hunc aptum natura, scientia certum,
Usus & expertum, referensque imitatio summum.

Majori

Majori ſunt digna tubâ, plectróque ſonanda,
Hæc cantent alii Muſis, & Apolline pleni.
Et quòd te minimè celebrarim carmine digno,
Ignoſcas Aſchame precor, voluiſſe probetur.
Non mihi Muſa pedes fundit, non avia Cirrhæ
Novi, non hederæ virides mihi tempora lambunt.
Ut Plato Cecropius tantum laudandus honeſtis,
Sic laus Aſchami tantum cantanda peritis.
Sed verbis metriſq; modus, modus omnibus inſit:
Aſchami longum maneat per ſecula nomen,
Floreſcat, vivat, vigeat, non excidat ævo.
Vindicis & Grantæ ſtudium celebretur, ametur.
Conſulit is nobis, Aſchamo conſulit, illum
Conſuluiſſe juvet, ſtudium modo conſulis æqui.

Gul. Camden

Weſtmonaſterienſis.

HIBER-

HIBERNIA.

AUT me candenti Cocyti merge barathro,
Aut nimis infeſtus mihi Caurus condat in undis,
Aut mea jam tandem lecti genialis honores
Eliſabetha ferat, maternaque nomina noſcat,
Solatura meas curas, trepidæque ſororis.
Hac nobis Dominâ, nobis hâc auſpice Divâ,
Aurea primævi mundi mihi naſcitur ætas.
Exuo ſylveſtres. Non amplius effera, mores.
Undique ſecuris plaudit Lagenia villis,
Submittitque ſuos Conacchia legibus enſes:
Curvat & in falces Momonia læta ſecures,
Criniger Ultonius tandem miteſcere diſcit;
Luxuriat paſſim frugibus mihi Media lætis.
Hæc tu provehito, non retro lapſa ferantur:
Hæc non invideas creſcentia gaudia nobis.
At nimis invideas, nimis indigneris utrique,
Illi ſi Thalamos prohibes, ſi pignora nobis.
Eheu funeſtis quam debacchabitur armis
Ira fremens, odiis paſſim flammata ſuperbis!
Eheu quot jugulis merſos civilibus enſes
Aſpiciam! celſis fumabunt oppida muris.
In cumulos creſcent trunci, tum Sena rubebit
Sanguine, quæque vehet mirabitur ipſe Boandus
Funera, ſanguineis incedens auctior undis.
Perpetiar lugenda Getis, ploranda Gelonis.
Ah redeat potius corrupto ſidere morbi
Tabida vis, qualis quondam per viſcera ſerpſit,
Arboribus frugibuſque lues, quæ civibus urbes,
Quæ mare navigiis viduet, quæ rura colonis.
Sive ſecurigeri redeant in damna furentes
Ouſtmanni potius, nos hoſticus hauriat enſis:
Non Mars civilis; ſemper civilibus armis
Ut vinci miſerum, ſic eſt vixiſſe nefandum.

Nec

Necdum finierat, ſolio cum Juppiter alto
Inſit, ubique tenent taciturna ſilentia cœlo.
Solvite conceptos trepidanti mente timores,
Siſtite nunc lachrymas, ac exſpectate ſecundos
In pia vota Deos; vobis nam deferet ultro
Quæ petitis volvenda dies & lætior hora.
Dixit, & excipiens inſcripſit marmore Clotho.
Anglia jam roſeâ ſurgens cervice refulſit,
Quam pallor proſcripſit, adeſt, redivivaque lucet
Majeſtas oris, grato ſuffuſa rubore.
Purpureo rurſus lætatur Hibernia vultu:
Altera & alterius miratur frontis honores.
Credula ſollicito ludit ſpes mixta timore
Alterno vultu; juvat & ſperare timentes.
Tunc ſenſim vaſti laxatur machina mundi,
Conjunctæque manus linquunt ſuprema ſorores.
Saturni placidique Jovis confinia primum
Permenſæ, rutuli tranſcendunt regna Gradivi,
Et collucentis gemmata palatia Phœbi.
Inde tholos Veneris ſuperant, & Arcadis orbem,
Lunaremque globum, liquidum tunc aera tranant,
Amplexæque ſtatim ſecedunt: Anglia tandem
Conſtitit, herboſos qua clara Britannia campos
Explicat, & ſtellis turritas conſerit urbes
Adverſus rigidos Gallos ac oſtia Rheni,
Qua ſua ſicca piger reſupinat plauſtra Bootes.
Altera ad occiduos divertit Hibernia tractus,
Qua Titan currum mergit devexior undis,
Vergivium pelagus qua rauco murmure latrat.
Utraque nunc gaudet, nunc utraque ridet, utrique
Continuant Superi curſu meliora ſecundo,
Succeſſuſque bonos ſemper melioribus augent.

In eximium opus R. Hakluyti *de* Anglorum *ad disjunctissimas regiones navigationibus* Gulielmi Camdeni *Hexastichon.*

ANglia, quæ penitus toto diſcluditur orbe,
Angulus orbis erat, parvus & orbis erat.
Nunc cum ſepoſitos alios detexerit orbes,
Maximus orbis honos, orbis & orbis erit.
At quid Haklute tibi monſtranti hæc debeat orbis?
Laus tua, crede mihi, non erit orbe minor.

In Clementis Edmundi *de re militari ad* Julii Cæſaris commentarios *obſervationes.*

CUR creperos motus, & aperto prælia Marte
Edmondus nobis pace vigente refert?
Cur ſenſus menteſque Ducum rimatur & effert?
Diſerteque Anglos bellica multa docet?
Scilicet, ut mediâ meditetur prælia pace
Anglia bellipotens, nec moriatur honos.
Providus hæc certè patriæ depromit in uſus;
Ut Patriæ pacem qui cupit, arma parat.

Guil. Camdenus Cl.

Epitaphia

Epitaphia à G. CAMDENO *composita.*

Memoriæ S.

GUilielmo Hewyt Armigero,
Roberti Hewyt
A Killamarch in agro Darbiensi
Filio secundo genito,
Qui, mortuo fratre natu majore,
Paternam crevit hæreditatem,
Posterisque transmisit.
Nobilem mercaturam exercuit,
Vitâ integerrimâ & moribus suavissimis,
Bonarum literarum studia promovit,
Egenorum proventus largitèr auxit,
Liberalitate, charitate insignis,
Nec minor pietate;
Religionem cum Ministris sacris & coluit & fovit:
Ita per omnia se ubique gessit,
Ut probitatis, comitatis, candoris vivum exemplar,
Christum Redemptorem cogitans,
Vitam ante mortem consummaverit.
Filios genuit quatuor,
Joannem, Solomonem, Thomam, Guilielmum;
Et filias duas, Mariam, Elizabetham:
Annum LXXVII. agens,
XII. Junii CIↃDXCIX. ad patriam cœlestem
evocatus,
Magnum sui desiderium
Reliquit Posteris.
Qui hoc piè ac mœren:
P. P.

MAria Scotorum Regina, & Galliæ Dotaria, Jacobi Quinti Regis Scotorum filia, Jacobi quarti neptis, Henrici VII. Regis Anglorum proneptis, Francisci II. Galliæ Regis conjux, fratris nothi perfidâ ambitione regno exturbata, in Angliam promissis evocata, ejusdem artibus detenta, & suspicionibus onerata; postea insidiis subinde petita, injuriis indignis affecta, & diuturnæ captivitatis tædio afflicta; demum factionum studiis, dum alii saluti, alii exitio subdolè incumberent, in perniciem præcipitata, inauditoque exemplo Regiæ Majestatis fraudi vitâ spoliata VI. Eidus Februarii
MDLXXXVI. ætatis XLVI. captivitatis XVIII.
hîc requiescit.

Deo optimo Maximo Sacrum,
Et
Optimæ charissimæque Parentis memoriæ æternæ, charitati maternæ, innocentiæ exagitatæ, constantiæ invictæ, cæterisque Regiis virtutibus:
Jacobus filius magnæ Britanniæ, Franciæ,
Et Hiberniæ Rex, mœrens mœstusque
Supremum hoc pietatis persolvit officium.

GUilielmo Pyriam Viro Equestri dignitate, summâ virtute, & plurimo rerum usu, qui publicè in communium Placitorum Tribunali annos · · · · & in Fisco Regio primarius Baro annos · · · · justitiam deliberatè & æqualibitèr, & in Capitalibus clementissimè administravit. Privatim verò summâ benignitate, placidissimis moribus, & modestiâ omnibus gratus, ubique Christianæ veritatis acerrimus propugnator, & divini Numinis cultor assiduus, Deo Opt. Max. plenus dierum, plenus honorum, spe certâ resurgendi, supremum vitæ spiritum die ix. Octobr. 1604. reddidit.

J. filia, uxor · · · · · Pate, & · · · · · · · · · · optimo Patri filiæ mœstissimæ devotissimè observantiæ ergô posuerunt.

Memoriæ

Memoriæ S.

JOanni Young, Episcopo Roffensi, sacræ Theologiæ Doctori, Londini nato, Cantabrigiæ bonis literis innutrito, non minus variâ doctrinâ & prudentiâ quàm sanctimoniâ claro, qui cum Domino diu vigilasset, senex in Domino piè placidéque obdormivit, die x. Aprilis 1605. cum annos XXVII. sedisset Episcopus.

Memoriæ S.

JOanni Still Episcopo Bathoniensi & Wellensi, sacræ Theologiæ Doctori, acerrimo Christianæ veritatis propugnatori, non minus vitæ integritate quàm variâ doctrinâ claro, qui cum Domino diù vigilasset, in Christo spe certâ resurgendi obdormivit. Vixit annos · · · · · sedit Episcopus · · · · obiit die xxvi Februarii M. DC. VII. Nathanael filius primogenitus optimo Patri pietatis ergô mœrens posuit.

THomas Ravis clarâ & antiquâ familiâ Maldonæ in Suthreiâ natus, Regius alumnus in Scholá Westmonasteriensi educatus, in Academiam Oxoniensem adscitus, omnes Academicos honores consequutus, & magistratibus perfunctus, Decanus Ecclesiæ Christi Oxon. constitutus, & bis Academiæ Procancellarius: unde ob gravitatem, doctrinam, & spectatam prudentiam à R. Jacobo primùm ad Episcopatum Glocestrensem provectus, deinde ad Londinensem translatus: & dum Ecclesiæ, Patriæ, & Principi vigilaret, à Christo in cœlestem patriam evocatus, placidè & piè emigravit, & quod mortale fuit hîc deposuit. die · · · : · · · : · · · : anno salutis M. DC. IX.

Hugo

HUgo Beeſton Eques auratus, Georgii Beeſton Equitis etiam aurati filius, mortalitatis memor, & ſpe certâ in Chriſto reſurgendi, hoc ſibi & Georgio Beeſton unico filio, ordinis itidem Equeſtris juveni, immaturâ morte proh dolor prorepto, monumentum poſuit. Obiit Hugo Pater anno Chriſti · · · · · Georgius filius 1611.

Mors tranſitus ad vitam.

M. S.

RIchardo Carew de Antony
Armigero,
Filio Thomæ Carew ex Annâ Edgcombiâ,
Nepoti Wimundi Carew Militis ex
Marthâ Denniâ,
Pronepoti Joannis Carew ex Thomaſinâ
Hollandiâ:
Viro
Moribus modeſtis, mente generosâ,
Eruditione variâ,
Animo erga Deum devoto;
Qui inter medias de cœleſti vitâ meditationes
Placidè in Chriſto obdormivit,
Anno ætatis LXIII.
E. Arundelia uxor marito chariſſimo,
Conjugalis fidei ergô,
Et · · · · Filius Patri optimo,
Officioſi obſequii ergô,
Poſuerunt.
Obiit · · · · · · · · · · ·

Memoriæ

Memoriæ Sacrum.

PIetate, virtute, & doctrinâ insignis, Jacobus Montacutus, Edwardi de Boughton in Comitatu Northampton. Equitis aurati, à Sarum Comitibus deductâ propagine, filius quintogenitus, à sapientissimo Jacobo Rege Sacello Regio Decanus præpositus, ad Episcopatum Bathoniensem promotus, deinde ad Wintoniensem: ob spectatam in maximis negotiis fidem, dexteritatem, & prudentiam in sanctius Concilium adscitus, Regique, cui charissimus erat, in Aulâ assiduus; in medio vitæ cursu, quam Deo, Ecclesiæ, & Patriæ devoverat, ad æternam vitam evocatus, xx Julii anno Domini MDCXVIII. ætatis LI.

In alterâ parte.

Reverendissimus hic Episcopus in hoc templo antiquissimo, quod, inter alia multa egregia pietatis monumenta, maximis expensis instauravit, corpus deponi jussit, donec Christo Redemptori videbitur eum cum justis ad interminatam vitam, quam in terris semper anhelabat, excitare.

Carolus Montacutus testamenti Curator, Edwardus Montacutus de Boughton, Henricus Montacutus Capitalis in Banco Regio Justitiarius, & Sidneius Montacutus à supplicum libellis, Equites aurati, fratri optimè merito cum lachrymis posuerunt.

Serenissima

SEreniſſima Regina Anna, ... Jacobi Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis Conjux, Friderici ſecundi Regis Daniæ, Norwegiæ, Vandalorum, & Gothorum filia, Chriſtiani IV ſoror, hic deponitur. Obiit anno ſalutis MDCXVIII. IV nonas Martias. Annos nata XLIV. menſ. iv. dies xviii.

Errata omiſſa in indice ad finem.

PRæf. c.3. l.17. *conſcripſit.* In vitâ p.36. l. 30. *iiſdem.* Epiſt. p.9. l.33. *plura*, lege *alia.* P.10. l.26. *ſuſpicere.* p.22. l.22. *nanias* lege *exuvias.* P.25. l.30. *quos.* P.26. l.19. *putas.* P.36. l.3. *Britannici.* P.36. l.5. *eoſdem.* P.128. l.1. dele *jam.* P. 258. l. 25. *illinc.* P. 265. l.15. *Providentia.* P. 290. l. 4. *quarum.* P.296. l.29. *vivet.* P.312. l. 8. *faire.* P. 560. l.12. *vicinia.* P.392. l.19. *fracta.*

In vitâ Camdeni. Pag. LVIII. l.11. Poſt hæc verba, *ſaltem operi coronidem impoſitam fuiſſe*; adde, *circa* * *annum* M. DC. XVI. *vel ſi alium & fortaſsè certiorem calculum inire velimus, circa*

* V. Epiſt. C.XX.III. p.164.

Index

Index rerum præcipuarum, quæ in his Epistolis & in Appendice continentur.

Index Librorum, qui in his Epistolis memorantur.

Sweertii

F I N I S.

Dum schedas impressas relego, tot fœdos errores, partim Typothetarum, partim Exscriptorum incuriâ, admissos planè attonitus reperio, ut tuâ & meâ maximè referre putem, ut isti oculis tuis hic columnatim subjiciantur.

	Lege
PAg. 2. l. 13. quod	quid,
p. 2. l. 25. accipias	accipies
3. l. 9. meo l. 29. Croilandensis fragmenta	
4. l. 28. neque enim	
5. l. ult. etiam περιηγησ.	
6. l. 30. impetraret	impetrarat
25. l. 16. tibi ex	tibi &
27. l. 27. scribe	scribes
33. l. 6. reversurus	reversus
l. 20. perferrem	adferrem
37. l. 13. *Glocestershire*	*Glocester*
39. l. 14. that is	that number is
50. l. 18. vires suas virusque	
63. l. 16. ex parte	eâ parte
70. l. 35. tu tuo	
74. l. 34. instituerim	institui
76. l. 2. facias	facio
18. longer	long
78. l. 10. His Countrymen	our Countrymen
90. l. 2. movet	monet
93. l. 16. their quarters,	these quarters
95. l. 6. καιμελίε	κειμηλίε
96. l. 7. procuraretur	procuretur
19. aditum tam facilè	
98. l. 7. commeatu	comitatu
100. l. 19. reverebor	venerabor
l. 11. atque humanitatem eximiam	
l. 25. politiorisque literaturæ	politiorisque humanitatis
l. 31. literulis tuis	literulis unis
105. l. 37. qui nec Ælianus	
106. l. 13. æresque	æreique
107. l. 15. Verorum est,	
108. l. 9. Camdenus	
108. l. 14. ut Casaubono autem &	
123. l. 7. we are here told	we do here hold.
127. l. 16. turpissime fædavit	
128. l. 7. nunquam mittam	non committam
131. l. 9. assigned Paulus	
131. l. 24. inveniam	invenient
138. l. 20. sed ne quidem	
176. l. 20. Jacobus	
185. l. 28. Saribay	Garibay
383. l. 4. Philarchæus	
211. l. 17. spicilegium	
329. l. 5. devinctissimus	
100. l. 8. sylvestres, non	
105. l. 6. prærepto	
In vita G. Camdeni p. 2. l. 6. dele magis	
11. l. 3. primæ lege primi	
26. l. 8. repræsentat.	
40. l. 22. Mausolea. 42. l. 15. δοθεῖσας.	
46. in margine 20 Aug. lege 15 Aug.	


SERVARE MENTEM.
S.r Tho.s Seabright Bar.t